[illegible] tam in dictis aliis quam in receptione huiusmodi possessionis ubi aliquid ius ad ipsum pertinent nisi [illegible]
mandatis nostris immo verius apostolicis non paruerit vel paruerint ac effectum contradictores [illegible]
contra. In capellam vero dicte ecclesie sancti Johannis Osnaburgensis sententiam suspensionis et in ipsos [illegible]
vel per se aut per alium vel alios [illegible] fuerit per vos vel aliquem vestrum presentia per [illegible] vel scienter [illegible]
huiusmodi mandatum per alios sex dies [illegible] sex dierum immediate sequentium sustinuerint pendente vos presentes [illegible]
canonica monitione premissa ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc in hiis
in Romana curia expeditis negotiis universis et singulis dominis Abbatibus prioribus prepositis decanis
personis capitulis conventibus non curatis vicariis plebanis clericis Tabellionibus seu Notariis publicis [illegible]
committimus plenarie vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas quos nos etiam requirimus et [illegible]
tum dictis spatium pastoribus per dictum Gherardum vel procuratorem suum super huiusmodi executione fuerit requisiti [illegible]
litteras apostolicas et huiusmodi nostrum processum et omnia et singula in eis contenta vobis omnibus legatur intimare
beneficium huiusmodi et dicto domino nostro pape et per nos ut premittitur restitutus sit quod in dicta ecclesia sancti
eidem Gherardo vel procuratori suo ut premittitur duxerit acceptandum sibi vel dicto procuratori pro eo consensum
fendat inductum sibique vel dicto procuratori pro eo de ipsius beneficii fructibus redditibus proventibus iuribus et
pertinentiis iuxta traditam per dictum a sede apostolica nobis formam. Ita tamen quod iidem subdelegati
premittitur volumus autem quod quamdiu per eum inceptum fuerit per alium finem plenarie et terminum
procedat fuerit in hiis nostro processu per ut eis et cuilibet alii visum fuerit expedire. Non obstantibus commissionibus
eorum super dicti [illegible] dictis aliis que dicto Gherardo in preiudicium generare possent ipsis et eorum cuilibet
concedimus commissionem nostram huiusmodi in aliquo revocare nisi de revocatione huiusmodi specialem et expressam
et non per vos vel quemquam alium contra ipsum Gherardum volumus quolibet detineri. Contrarium
in sumptibus et expensis. Absolutionem vero omnium et singulorum qui prefatas nostras sententias aut earum
bilis fuerit prius publicum instrumentum huiusmodi nostrum processum in se continens seu continentes per Notarium
habitationis Reverendissimi in Christo patris et domini domini Cardinalis de Columpna Sub Anno a Nativitate domini Millesimo
et domini nostri domini Johannis divina providentia pape vicesimitertii Anno primo presentibus ibidem discretis

Et ego Lambertus Wulften clericus Osnabrugensis
mandatis inhibitionem subdelegationem [illegible]
sicut et agerentur una cum prenominatis [illegible]
alium me impedito fideliter conscriptum [illegible]
eiusdem domini Executoris sigilli appensione [illegible]

C 12

Liber frm̄ ſcē Cruc̄ ī pace marie

In hoc libro continent᷑ [redacted] ſubſcripta ſcilicet
Obitus beati iheronimi.
Dyalogus bti gregorij pape
De trāſitu et viſionibus et trāſlatiōe ſci martini.
Lib. ſecūdus. tercius. et quartus vitaſpatrum.
Viſio tondali militis
Epla alfonſij contra iudeos.
Hiſtoria barlaam et ioſaphat. pulchra valde D.19.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Incipit epistola beati Eusebii ad sanctum Damasum portuensem episcopum et ad Theodosium Romane urbis senatorem de morte gloriosissimi confessoris Jeronimi doctoris eximii.

Patri reverendissimo Damasio portuensi episcopo et christianissimo Theodosio Romanorum senatori. Eusebius olim Jheronimi sanctissimi discipulus nunc vero eodem orbatus nomine pium dolorem et suavissimum gaudium. Multifarie multisque modis deus locutus est nobis omnibus per suum dulcissimum filium sanctum Jeronimum de scripturis sanctis in virtutibus et prodigiis multis que passim fecit ipse dominus in medio nostri sicut vos scitis. De quo nos testes sumus etiam qui eum vidimus et oculi nostri eius spexerunt prospeximus et manus nostre contrectaverunt de verbo eius sciencie et doctrine atque vita manifestata est. Quod ergo vidimus et audivimus annunciamus vobis. Erravimus enim tamquam oves errantes erroribus et superstitiosis fabulis, non audientes sanam doctrinam sed coacervantes nobis pseudo apostolos, qui surgentes in ipso magistri mendaces introducebant sectas varie perdicionis. Donec iste illucesceret dies qui tamquam sol refulgens quinquaginta annis et sex mensibus inter labores et erumpnis in lectionibus et vigiliis ut nobis frangeret panem doctrine desudans tenebras errorum effugans cunctos a perdicione liberans effulsit in templo dei. Incipiens ab oriente usque ad occidentem et auferens bella hereticorum contra ecclesiam conterens arma et scuta sua conbussit igni. Quem in ipso deus posuit prodigia super terram ut nomen suum notum fieret in nacionibus. Deinde pertransiens usque ad fines terre sanando oppressos ab hereticorum iaculis et illuminando mentes hominum, scripturarum enigmata reserando, et solvendo nodos, obscura dilucidando, dubia exponendo et refutando et corrigendo falsitates, et verissima ex linguis pluribus adunando, ut nobis nota fierent vias vite, et nos adimpleret gaudio. Leticia et exultacione templum domini corroboravit, ut eius aditum instar lucerne non sub modio sed sub candelabrum in domini aula poneret dominice irriguum rore plenissime fecunditate postis omnibus sua uberum precelsis elegancia singulari excellencius aliis omnibus patefecerit ut intrent in civitate hierusalem et locum glorie invenirent, et ne fierent velut priores eorum generacio prava et amara quos direxit et liberavit ab errore perdicionis.

Commendacio beatissimi Jeronimi.

Cum enim sim sicut stipula ante faciem venti et sicut lutum platearum, balbuciens loqui nesciens nec verba plene formare valens, quid importat vobis karissimi fratres et domini sue laudis? Tempore namque illud apostoli: Si linguis hominum loquar et angelorum, suum laudandi genus non dum attingerem. Propterea non in arcu meo sperabo neque gladius meus salvabit me, sed dominus erit illuminacio mea qui docuit et docebit manum meam ad scribendum et digitos linguam meam ad loquendum ut quondam asine Balaam, qui ipsius est regnum et imperium et dominatur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terre, in cuius dicta sunt posita dicioni, terra quoque prodat reges, et non est qui possit sue obsistere voluntati, qui omnia quecumque voluit fecit in terra in mari et in abyssis, et sic lingua mea tanti viri laudem meditabitur et nomen suum annunciabit universis. Hic vere fuit ille israhelita in quo dolus non fuit, electus secundum cor domini ad loquendum omnia que sibi mandaverat dominus universis gentibus et regnis. Et doctor datus in gentibus ut sentes evelleret destrueret disperderet dissiparet et sapiencie verbum seminaret edificaret atque plantaret. Hic est fratrum amator, hic est qui pro populo christiano tot librorum volumina ex linguis hebraica et greca in latinam non parvo pondere transtulit. Divinum officium primus ordinavit. Et tenebras sacre scripture apertam fecit planam. Certe in huius lumine vidimus lumen et panes sue salutifere doctrine sumus pasti. Ambulavimus usque ad montem dei oreb. Hic est flumen aque vive splendidum tamquam cristallum procedens de sede dei in civitatis medio et ex utraque parte eius lignum vite afferens fructus tempore suo

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

cuius folia lignum sunt ad gencium sanitatem. Vir iste in populo suo mitissimus apparuit.
et deo dilectus et hominibus. erat enim per ecclesia sancta. Vas vere admirabile hominum ornatum
lapide precioso opus excelsi. Verumptamen de hoc quid plura dicam. Cuius enarrant celi
gloriam et opera sapientie manuum eius annunciat firmamentum. Non est sunt loquele neque
sermones cuius non audiantur doctrine verba eius in omnem terram exivit sonus eius. ¶ O
ineffabilis misericordia salvatoris que tot gracie cumulos in Iohannem adunasti ut
que plene solus possidet pene nulli hominum nisi particulariter fas sit aspirare. ¶ Hic certe
dux iure fidei ad se currentes in celum duxit turmam. ¶ Huius preconiis posteriorum ora
sunt insignita dignitatum et cantilenis et in psalmis et oracionibus et imprecacionibus
inclinate sunt gentes. ¶ Cuius nota facta est in populis dum quod impletus fuit quasi
flumen sapiencia. ¶ Et ut vere dicam in me illud regine saba. Rumor quem de eius sapiencia sua
et opera quem rumor ~~semper audivit fecit eum mirabilia magna in terra nostra~~ que
audistis. ¶ Quam bonus certe est iste hiis qui recto sunt corde. Et quam malicia semper
gedimit. fecit mirabilia magna in terra nostra. ¶ Sub umbra illius sedimus et fructus
eius dulces gutturi nostro. ¶ Quanta autem de eo audivimus et cognovimus quam
enarrabimus. Et qui non sum eloquens ab heri et nudius tercius. Et breviter dicam
si vultis accipere. Iohannes baptista ipse est virgo verus heremita. ¶ De Iohanne
dicitur. Erat Iohannes vestitus camelorum pilis in deserto. ¶ De se idem Ieronimus dicit
horrebant sacco membra deformia et squalida cutis situm ethiopice carnis ob
duxerat. ¶ De Iohanne iterum locustas et mel silvestre edebat. ¶ De se iterum Ieronimus
dicit. ¶ De cibis et potu taceo cum monachi aqua frigida utantur et coctum aliquid
accepisse sit luxuria. ¶ Quid plura. Ille propter iusticias martirium. Iste vero et si eius
spiritum martiale ferrum non abstulit. Tamen martirum premio non est expers. ¶ Duplex
namque martirium est unum sustinere gladiis impiorum et alterum in infirmitatibus
et adversitatibus in animo pacienciam custodire. ¶ Certe hic est verus martir qui per iusticiam
et mansuetudine et salutifere sue doctrine verba in huius mundi lacrimarum valle
stante forte a malorum cetu viriliter supportavit. Sciendum quod omni fortior est
sapiens. Non enim impie gessit in conspectu dei sed in omnibus tribulacionibus suis tacens dum
non peccavit in labiis suis neque stultum aliquid contra deum locutus est. Taceo namque
tribulaciones et labores afflictiones cruciatus agones flagella fames sitim
amaritudines carnis temptaciones abstinencias vigilias peregrinaciones carnis
maceraciones nuditates et erumpnas. Et non solum hec sed graviora et innumera-
bilia propter christum ihesum nomine in suo gloriosissimo pressus est corpore ut idem loquitur
Stabam in heremo constitutus. Et in illa vasta solitudine que exusta solis ar-
doribus monachis ~~horridum~~ prestat habitaculum horridum. Et cogitans me romanis po-
tiri deliciis. Cottidie gemitus cottidie lacrime. Et si quando me sompnus imminens
oppressisset repugnantem. Unde homo vix ossa herencia collidebam. ¶ Et cum
socius essem scorpionum tamen et ferarum sepe choris intereram puellarum. Et in frigido
corpore et in premortuo iam homine sola libidinum incendia pullulabant. ¶ Testor
dominum meum me die crebro iunxisse nocti. Nec a pectoris cessasse verberibus donec
iubente domino in me rediret tranquillitas. Flebam continue et inpugnantem car-
nem ebdomadis inedia subiugabam. Cellula mea quasi cogitacionum consciam per-
timescebam et mihimet iratus rigidus solus deserta penetrabam. et sicubi concava
vallium et prerupta montium cernebam illic meae miserrime carnis erat ergastulum.
Ibi mee oracionis locus. Quis ergo infirmatur est et non ipse. Quis scandalizatur et
et non ille. Ecce si omnium infirmitatibus et laboribus laudandi sunt sancti certe et hic
laudandus est veniat ad contumelias et persecuciones quas ab impiis et falsis pertulit
fratribus in huius valle miserie. ¶ Quid aliud in hoc mundo sua vita fuit nisi

quendam iugis adversus reprobos et improbos hereticorum et malorum omnium animos pugna continuaque certamen super eum rugierunt ut leones heretici quos corripuit eos et tabescere fecit sicut araneam animas eorum / et fructum eorum de terra perdidit et semen eorum a filiis hominum / Apperuerunt in eum etiam lasciviis dediti ora sua et despexerunt eum et locuti sunt labiis dolosis. et odio iniquo oderunt eum. quoniam eorum insectatus est vitam pessimam et omnia / circumdederunt canes multi et thauri pingues obsederunt eum / et insurrexerunt in eum testes iniqui acuentes linguas suas sicut serpentes / et venenum aspidum sub labiis eorum / cogitantes malicias in corde / tota die constituebant prelia supplantandos gressus eius / et funes extenderunt in laqueos sub pedibus eius ut delerent de terra memoriam eius / ut eicerent eum de nationibus / ut obprobrium fieret vicinis suis / super Romanum populum fuit magnificencia eius / et virtus eius mirabilis in operibus suis / et sanctus in omnibus operibus suis Allevians torquentes / solvens compeditos / illuminans cecos / et dirigens iustos / dans fortitudine et virtute plebi dei / Et quasi tuba altisonans annuncians cunctis iniquis scelera portans pacem / et vectes ferreos constringens prophetia doctrine sue / Audientes autem hec impii dissecabantur in cordibus suis stridentes dentibus suis in eum cogitaverunt / et locuti sunt nequicias / Arcum suum tetenderunt et illum paraverunt / et in ipso paraverunt vasa mortis / Cum autem ille esset plenus spiritu sancto in orationibus et operibus bonis persequens vicia mortificans bona vivificans / suscitans de pulvere egenum / et de stercore erigens pauperem / qui non in viribus equi vel in tibiis viri beneplacitum fuit sibi / nec speravit in diviciis / Sed fortitudine domini roboratus non formidavit adversarios suos / sed super ipsos correctionibus et doctrinis sanctis tonuit dans imperium Regi suo et sublimans cornu christi sui / alios docens laborando sicut bonus miles christi sciens / quia non coronabitur qui in agone certat / nisi qui legitime certaverit / Videntes autem hec viri iniqui irati sunt / et dolores comprehenderunt eos / quia sunt generatio prava et perversa filii in quibus fides non est in ipsis / et exacerbaverunt eum in consiliis et in abhominationibus suis ad iracundiam concitaverunt eum / et perdito consilio sine disciplina veste muliebri irridentes ei tamquam viro luxurioso / et iniquo impetu fecerunt unanimiter in eum / et eicerunt eum extra civitatem Romanam. At ille benignus humilis paciens et mansuetus eorum vesanie locum dans / proiciens post tergum suum omnia peccata eorum / Recedens inde pervenit Constantinopolim ad Antistitem sanctissimum Gregorium Nazazenum / O vir ineffabilis O virtutum vas admirabile O splendor patrie et lampas perfulgida O dyadema honoris et glorie / angularis lapis firmissimus et exemplar innocentie columpna aurea totius ecclesie quanto plus tenderis a te irrideris tanto amplius confunderis / Agnus quidem innocens loqueris pressus collo tot iugis gratias ago deo meo / quia dignus habitus sum ut me odiat mundus et malefici me garriens / Scio namque pervenire ad celestem gloriam per infamias et bonam famam. veniat ob domini mei nomen atque iusticiam universa me infidelium turba persequatur. veniat in obprobrium meum solidus exurgat hic mundus. apparuit autem zelos patria eius. quia ibi confirmata semper fuit virtus eius glorie. Et in deo posuit spem suam fortitudine sua. non a deo unquam recessit cor eius. Arcus fortium superatus est. et ipse accinctus est robore et prevalet in infirmitate sua et fortis factus est in bello. et dextera sua glorificata est in virtute. Dextera manus eius confregit inimicos. et quia adiutor et protector factus est sibi dominus in salute. Et ideo cantemus domino quoniam magnificare fecit. Annunciemus hoc in universa terra. Hauriamus aquas in gaudio de fonte salvatoris. Evanuerunt ipsi in cogitationibus suis, quia obscuratum fuit insipiens cor eorum, et credentes se esse sapientes, et in malitiis suis stulti facti sunt, quia mutaverunt veritatem in mendacium. Et tamen veritas de terra orta est. Et iusticia de celo prospexit. Et tamen facti in laqueo quem apposuerunt, et in fovea quam fecerunt inciderunt, et iniquitas eorum fuit conturbata, quia deus firmavit manum eius. Unde sanctissime pater et domine considerate virum istum, quia fidelis et iustus semper in domo domini sui fuerat ad docendum nos et illuminandum abscondita tenebrarum, et effugandum nequicias pravorum. De quo nobis grandes essent sermones inenarrabiles ad discendum, sed nimis excellens factus super me. Introivit tremor in ossa mea, et subtus me turbata sunt vestigia mea, ne nimis ascendam. Est enim angusta porta et arta via, et cibus iste solidus perfectorum est et sapientum, qui exercitatos habent sensus ad discretionem. Quapropter non modica delinquens difficilia et ardua tanti viri ineffabilis, cuius laudis plena est terra, cuius splendor est sicut lumen, et cornua sunt in manibus eius, ad presens sui exitus gloriosi aliqua brevissime cupio enarrare.

Incipit transitus beatissimi Jeronimi.

Deus cum omnipotens cuius misericordia preit ante faciem eius, qui et iustus est et rectum iudicium suum, et reddens mercedem laborum suorum servis, pastor verus et bonus in unum disponens omnia et aggregans oves suas in sinu suo, novissime diebus istis cursum ineffabili et onerose agonis consummasset, in quo et caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem, feliciter consummato portum quem tam diu concupivit de navigatione huius maris procellosi, in quo sunt reptilia innumerabilia et innumerorum agmina colluctantia, ut decipiant et trucident rectos corde, sanctum obtento suum dilectissimum filium Jeronimum, exuta toga mortalitatis ~~bravio decoratum ad celeste atrium vocavit ut quod videbat hic in enigmate~~ et putredinis huius carnis infirmitate, perpetue immortalitatis bravio decoratum ad celeste atrium vocavit, ut quod videbat hic in enigmate ibi videat facie ad faciem. Qui cum extrema eius hora egredi de corpore vellet, sua completis nonaginta sex annis febre estuans, pallida suos circa se voluit esse filios in unum, quos sicut novellas plantationes stabilivit a iuventute sua. Quorum vultus luctu gementes intuens ut pius et amorosus hiis pluribus motus fletibus infremuit spiritu et lacrimas in me aliquantulum elevans oculos plana voce inquit: Fili Eusebi, cur istas inutiles fundis lacrimas? Nonne vanum est super defectum producere lacrimas? Quis vivens non videbit huius corporis solutionem? Quod semel locutus est deus et audisti. Audes contradicere, et nosti nullum resistere posse sue voluntati. Sed fili rogo, non secundum carnem ambules. Flere desine, quoniam arma militie nostre carnalia non sunt. Deinde vultu hylari iocundo alacri voce ceteros alloquens filios exclamavit: Cesset meror, luctus abeat, et sit omnium una vox gaudencium, quia ecce tempus acceptabile, ecce dies iubilacionis et leticie pre omnibus diebus vite mee, in quo fidelis dominus in verbis suis et sanctus in omnibus operibus suis aperit manum suam ut meam exuentem animam tenebris in carcere mortis huius ob reatum mei genitoris Ade invocet ad supernam patriam recuperatum filium sui sanguine precioso. Nolite filii mei dilectissimi, quos semper habui in visceribus caritatis, impedire gaudium meum, ne prohibeatis reddere terre quod suum est. Corpus meum statim exuite, terre date, ex qua factum est, ut redeat unde venit. Quibus finitis verbis omnes fratres lacrimis madefacti denudantes suum sanctissimum corpus ita squalidum et deforme abstinenciis quod quidem terribile cunctorum visui cernebat. Ita tanta erat affectum macie ut ossa eius potuerunt per articulos numerari. Et sic omnibus cunctatum ut leprosi potius corpus videretur quam sancti viri huius, continue viderunt. Et ipsum corpus sacco lineo cooperuerunt. Ast ubi vir dei terre sensit aspectum nimium iocundatus, conversus ad fratres pre dolore et angustia lacrimarum fontibus inundantes ait: Hortor vos karissimi mei et dilectissimi filii quos genui, et cupio in visceribus Ihesu Christi pre dilectione et caritate qua dilexi vos

ut purificati nunc parte beatis. Debet enim vos tangere dei ministros domesticos et alios d pace r ẽ loᵒ
ad spiritualia anhelantes ut sitis aliis ad exemplum. vos qui spirituales estis cur istas in
fructuosas effunditis lacrimas. peccatorum recordatio vobis semper lacrimas inducat.
¶ Tanto prompti estote ad lacrimas quanto prompti fuistis ad culpam. ¶ Cum quis moritur
non flete. nam si malus ad penam a morte surgit. angeli gaudent in celis. certe
si bonus peccator moritur angeli dolent. ¶ Heu vere non tantum moriente lugeatis sed de miseria
meum tamquam portum salutis attingentem gaudeatis. ¶ Quid denique crudelius miseria huius vite
huius vite qua tot concutimur dolorum et passionum agminibus ut nulla pene hora
sit in qua dives quamque homo a dolore immunis transeat. ¶ Si dives undique
angustiatur timore ne quod possidet amittat. Si pauper nunquam quiescat ut inveni
at. ¶ Si bonus hinc dyaboli timet periculum hinc ne navis mortalis corporis in huius
mundi pelago naufragetur non mediocriter pertimescit. ¶ Ideo nullus sexus etas
et condicio doloris transit expers quousque in hac manet miseria vite. ¶ Si quid in
me cernitis meum spectetis iter. dolete heu quot naufragium per hoc mare mag
num et spaciosum in quo sunt tot diversa genera temptationum secundum cuiuslibet virium qualitates
colluctancium per multa navigandi felicitate post multas victorias incredentes
fine capite per optatum aliqua dyabolica suggestione in hac hora ad laqueum perdicionis
sunt indiscrete pervenerunt. ¶ Heu quam hec vita commendati et fama quibus unica
pari consensu dirum mors imminet et ruina. ¶ Ideo dum vivimus timeatis fratres. prin de timore
cipium enim sapientie timor domini. Vita nostra militia super terram. ¶ Qui hic vicerit alibi coro
nabitur. dum hac pelle tegimur nulla nobis inest certa victoria. ¶ Si primus genitor ti
muisset nunquam cecidisset. principium omnium malorum superbia. ¶ Qui non timet de se p
sumit quo inter latrones quis onustus auro securus graditur. ¶ Salvator quod nos
aliud docuit nisi timere. vigilate inquit quia nescitis qua hora fur venturus
est. ¶ Nam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret utique et non sineret perfodi do
mum suam. ¶ Proinde ille claviger petrus. sobrii inquit estote fratres et vigilate. quia adver
sarius vester dyabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret. nec inter superos
cum securitate habitat. quia sanctior et sapientior est plus sibi timeat. nam qui altius est cadens
maiores casus recipit. Ecce dyabolus electa est de malis non curat. quia sui sunt. Cecidit ille
sapiens salomon. cecidit et eius genitor david electus secundum cor domini. ¶ Timeatis fratres iterum rogo
undique timeatis. quia beatus est vir timens deum. ¶ Etenim si consistant adversum eum castra. non time
bit cor eius. si consurgat adversum prelium cum in hoc sperabit. perfectus dei timor foras va
num mittit timorem. ¶ Timere vanum non habet caritas. ¶ Caritas et timor dei amici
sunt. ¶ Considerans enim hoc propheta clamans dicebat. ¶ Confige timore tuo carnes meas.
¶ Quis ex vobis cupiens est videre dies bonos. accedat huc et illuminetur et facies sua
non confundetur. ¶ Qui timet deum faciet bona et demorabitur in bonis anima eius et se
men eius hereditate possidebit terram. Firmamentum est dominus timentibus eum et testamentum
ipsius ut manifestetur illis. ¶ Si quis bonum facit cum magna fiducia timeat. Multi bona
faciunt quia fraus surripit humane laudis appetitus. ¶ Decem fuerunt virgines et tamen
medie a celi hostio sunt exclusae. ¶ Heu quot hodie homines sunt renati baptismate christi
ano funguntur nomine quibus foret melius non fuisse. ¶ Est enim gehenna pena paganorum infini
to minor quam malorum christianorum. ¶ Utinam non foret talium maior pars navis undique sentina
vincens subingitur foramine. Extruerunt homines in hac lata solitudine et alii colla
avaricie iugo submittentes et alii luxurie feditate ut turpissime suos deturpet
¶ Alii terrena vestibula diripienda occupati. non abiecto iure usu cooperantes ut iumenta
insipiencia et utinam siles erit illis via civitatis habitationis non invenerunt. ¶ In regnum
celorum regibus nullus ingreditur. centuplo est arta via eius quam creditur quamvis larga sit ve s'lo
timentibus. ¶ Timenti centurioni permittit christus ad eum accedere consumenti regulo cum illo christus
ire denegavit. ¶ Ve non omnes hodie obediunt ewangelio. Et veniet tempus dicebat apostolus in quo

sanam doctrinam non sustinebunt homines. plures predicant sed non omnes veritate predicant. Ex-
plicant corda in paruis alligant. alligant onera gravia in peritis minimis. in quibus oculo
transeunt cominente.

De falsis doctoribus et bono exemplo

Est enim doctor falsus gladius acutus anceps. hunc scindit opere et exemplo.
hunc perimit et inficit verbis dolosis et iniquis quo ignis frigiditate
demittit aqua caliditate lapis quomodo sursum grandet. Vir luxuriosus
quam predicabit castitatem si predicat quod audientibus inde veniet utilitas.
quod potest dicere audiens. Ut quid predicas que opere denegas bene loquens ore
et male vivens opere semetipsum dampnat. plus enim talis taces predicat quam verbis loquens
Facere quam dicere sit acceptabilis talis predicatio ondit per psalmistam. ubi peccatori dixit deus.
Quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum. odis-
ti disciplinam et proiecisti sermones meos post te. Multi loquuntur grandia et addis-
cunt ardua et subtiliter disputant ornate loquuntur. ut a populo honores capiat et magi-
ster plebes nominetur. nichil faciunt. Si exemplo creditis michi credite. plus movet cor-
da hominum vite sanctitas quam ornata colloquia. primo facite et postea predicate. facere valet
sine predicare quam non predicare sine facere. Non dixit deus qui predicaverit voluntatem patris
mei. sed qui fecerit. Cepit ihesus facere postea predicare. Non vitupero predicacionem nisi non
facientibus ea que predicant. Subtilia verborum doctorum sunt et non operum et quedam levis
aurium inflacio. et vanitatis fumus cito sine fructu transiens. Intelligite fratres quid dico.
Multo plus meretur qui facit et predicat quam qui facit et tacet. Si bonum solum facio michi
solum prosum. et si predicans facio et michi et aliis prosum. Unde qui ad iusticiam eru-
diunt plurimos. erunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Sunt enim sancti predicatores
lux ad illuminandum. quia per eorum doctrinam corda reliquiarum et tecta nube peccati ipso vero lumine
quod lucet in tenebris illuminantur. Sicut etiam ad condiendum verbum dei quod anime est cibus operibus
bonis similibus sociatur iungitur predicatoris officium divine fruatur. primo et plus dicam. Qui
scit. et solum facit. et alios non docet tenebitur deo reddere racionem. Cum enim apostolus
Iohannes. Qui odit fratrem suum homicida est. Et qui habuerit substantiam mundi et viderit fratrem su-
um necessitatem patientem. et clauserit viscera sua ab eo quomodo manet caritas dei in
eo. Quanto magis qui videt fratrem suum errantem et mortalibus oppressum criminibus et non in-
struit ei verbum doctrine ille qui doctus est homicida est et sine caritate. Attendatis o
doctores et rectores quibus iniungitur divinum predicacionis officium si non exemplo suo verbum divinum instruit.
Si enim et unum exemplo vel verbo neglectum peccatis moriatur. tot de manu vestra requiret deus.
Quanto enim estis altiores gradu tanto maioribus cruciabimini cruciatibus. Non estis domini sed
pastores. unus dominus est et unus pastor principalis qui cognoscat oves suas et exquiret
eas de manibus vestris. Heu quod hodie in ecclesia non pastores sed mercenarii. ad quos nichil per-
tinet de ovibus christi. Immo et ut verum dicam et inprimet sunt lupi rapaces qui et
oves rapiunt et dispergunt. Certe nichil peius nichil abhominabilius quam cum ille qui
custodire debet dissipat. Heu quod hodie in aliquibus ecclesie non pastoribus sed destructoribus
quorum non est pars mea fratres. Sudores et labores hominum tamquam infinitis insaciabiliter deglutiunt.
et non solum eos a peccatis non emendant sed et inprimet vel exemplo negligencia vel suis pessi-
mis vel suis nephandis operibus eos trahunt ad illicita. Ita quod dicam hos tales deus
si spiritus relinquent deus amplius non est. Et ideo ut sepedictum est. Filii karissimi deo
devotis servite domino in timore et exultate ei cum tremore. Apprehendite discipli-
nam eius ne quando pereatis de via iusta. Gustate filii mei karissimi et iterum dico gustate et
videte quoniam suavis est dominus. Divites eguerunt et esurierunt et dormiunt hic in diviciis
et voluptatibus suis nichil invenerunt in manibus suis. Inquirentes autem dominum non defici-
ent omni bono. Iunior fui et senui et nunquam vidi iustum in fine derelictum.
nec semen eius egens pane

De imitacione paupertatis christi

bo ex°

de malo

pastoribus mal.

Imitatores paupertatis estote et sequamini vestigia eius. Qui cum in forma dei esset possidens omnia ab eo virtutis sue in cuius domo sunt divicie et gloria. Semetipsum exinanivit formam servi accipiens et pauper et inops natus est pauper et plus quam inops fuit quousque vixit pauperrimus mortuus est et sepultus. Unde vulpes inquid ideo foveas habent et volucres celi nidos filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Apostolis eciam iubet non portare sacculum neque peram et Thesaurum iuvenem consulit vendere omnia que habet et pauperibus erogare. Si Christum deum creditis eum non falli posse credite alioquin non esset deus. Et si ipsum non falli posse creditis Christum sequimini. Impossibile est diviciis affluere et Christum sequi. Natura denegat ut contraria misceantur. Non possumus deo servire et mammone. Aut ego fallor aut ipsi in fine decipientur. Cum michi non credunt eo divicie sue non miserint in egestatem. Dives hic epulabatur cottidie splendide indutus purpura et bisso sed mortuus quia moysi et prophetis noluit credere in tormentis positus est. Nemo militans deo implicat se negociis secularibus. Non salvabitur rex per multam virtutem suam nec dives diviciis suis. Est enim equus divitiarum fallax ad salutem. Nonne diviciis genita est superbia et ubi superbia est ibi peius est. Nonne omnia oriuntur mala ex superbia tamquam ex radice. Cum enim dives factus est homo et cum multiplicata fuit gloria domus eius nonne superbit. Et cum superbierit nonne polluuntur vie eius in omni tempore. Et sic sedens in insidiis cum divitibus in occultis cogitat ut interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt et insidiatur in occulto ut rapiat eum tamquam leo in cubili suo. Oblitus est deus inquit avertit faciem suam ne videat usque in finem. Est enim deus aliquando dormiens quasi crapulatus a vino. Cum enim plus moratur deus paciencia ad incendendum iudicium plus inebriabitur. Imo ergo plus centuplo timendus est eo longanimiter tollerit mala quam cum festinat punire. Permittit eciam aliquo tempore cruciari et pati bonos ab iniquis et superbis ut supra dorsum bonorum fabricent peccatores et prolongent iniquitatem sibi. Et ideo quamvis aliquantulum obliviscatur deus pauperem tamen in fine non obliviscetur misereri. Sed quoniam pupillo ipse adiutor est cum derelictus est pauper et superbis resistit deus dans humilibus graciam conterit brachium peccatoris et maligni. Exaudiet desiderium paupertatis iudicium iudicare pupillo et humili ut non apponat ultra superbus magnificare se homo super terram.

De bono humilitatis

Quapropter dilectissimi filii mei si pauperes estis humiliamini sub potenti manu dei et non amittatis quod absit que facitis. Nichil paupertas deo graciosa sine humilitate est. Placuit deus de beata virgine incarnari propter humilitatem quam propter aliud quamcumque virtutem. Sicut enim ex sola superbie radice omnia oriuntur mala. Sic ex sola humilitatis radice generantur omnia bona. Discite a salvatore quia mitis est et humilis corde. Humiliavit semetipsum pro nobis factus obediens usque ad mortem crucis.

De vera obediencia et sua subiectione

Propter quod dico vobis et si humiles esse vultis estote et obedientes omni humane creature propter deum. Considerate filii karissimi quo censeamini vocabulo. Monachus id est unus. Non decet monachum velle tibi et nolle nisi in non peccando. Sit enim vobis velle et nolle hoc unum in omnibus bonis in rebus licitis obediencie. Nec multa sint vobis precepta ut faciatis. Non est obediens sed negligens qui secundum expectat mandatum. Ad unius dictum iussionis beati petrus et andreas relictis retibus et omnibus que habebant dei sunt secuti vestigia. Hoc semper vera optat obediencia magis sue obtemperare voluntati sed revehitur aliene. Istud nempe in ultima cena expressius Christus reliquit cum suorum abluens pedes discipulorum petro dixit quod nisi obediens fieret non haberet partem tecum. Porro dilectissimi filii sicut vobis unum est nomen monachi ita sit unum velle et nolle. Bonum est enim et iocundum habitare fratres in vnum

De humilitate prelati

Nec sit vobis maior et minor. Et quis professor est sit sicut minister. Ne
videlicet regum gencium ad instar qui maior est in vobis dominetur ceteris fratribus
vt eis gaudeat superuacuis laudibus attolli. Sed ad exemplum regis
ihesu xpi maior humilitate efficiatur quasi minor qui regendis preest.
Sit enim vir maior per humilitatem sociis minoris cum bene agit. Sed cum de-
linquit sit erectus contra vicium per zelum iusticie. Nullum sit vnquam cum viciis fedus. Sic
diligatur homo vt eius vicium odiatur. Magnum doloris signum est hominem in quibuscumque
criminibus reprehendere. Sepe multum vana humilitas nocet. Non vana humilitas est vicia tacendo
permittere dicari / vtinam quasi vicia omnis clamaret creatura quia si pastor deum non timet. tum
homines vereatur. Quod apostolus nos docens dicit Iusani et nolite peccare. Sed non ca-
dat super incuria vicium. Iustus est dominus et iusticias dilexit equitatem vidit vultus
eius. Si iusti et vos iusti estote. Negligencia et vana pastoris humilitas efficit vt
lupi in agnos audere possint / non respicias in vultu potentis. Non enim est personarum
acceptor apud deum / vbique quod iustum est operari. Vult vera iusticia dicere vnicuique quod
suum est. Obedire oportet deo et non hominibus. Nonne si veritate taceatis metu potentum
iudicatis apud vosmetipsos & facti estis iudices cogitacionum viciorum. et non plus
vestra habundat iusticia quam scribarum et phariseorum. Non plus diuitem honoretis quam
pauperem nisi melior sit. Ymmo vt verius dicam multo plus pauperem honoretis
Relucet enim in paupere ymago ihesu xpi. In diuite autem mundi. Omnes nos sumus
ex vna carnis radice geniti. Omnes nos sumus vnitem membra vnius in corporis
cuius caput est christus xpc. Quid ergo plus honoris meruit diues et potens quam
pauper. forte quia diues est et potens. Sed si ita hoc est. quare diuitias in seculo
detestamur. quare mundi gloriam contemnendam predicamus. Memineritis esse malorum vsum
honorandi propter. Qui diuitem honorat diuicias plus paupere deo preponit mundum.
Et si plus aliquid deo in mundo diligis non dignus es deo. Reddite ergo que sunt dei
deo et que sunt mundi mundo. Bonitas vbique honoretur. malicia omnino deturpetur.

Nota

De [illegible]

Sed quid in memoria de hijs qui in caducis suis diuicijs gloriantur. quinimo quanta fide
carimus pro modica prominerem incasure nobilitate. potencia & dignitate vana.
siquidem in leui aura quorundam stultarum hominum in sufflacionem extolluntur & alios
contempnendo despiciunt. ac se ob hoc credunt illam gloriam attingere quam solis humilibus
et mundi contemptoribus promisit dominus promittit. Sermo est xpi de eis vt docent disse-
rui. Ve ve vobis qui ad celorum regna diuiciarum itinere festinatis. Facilius
est camelum pertransire per foramen acus quam diuitem intrare in regnum celorum. Non mea
sunt hec verba sed xpi. Si hec incredibilia est firma. xpus ergo non est deus. Celum
inquam et terra transibunt verba autem mea non transibunt / Vlulate vos o miseri
instabiles ventis fortune. nobiles et potentes. Cum alios confunditis et
tanquam ignobiles conculcatis. Et quia tumores mundi vanitatibus honorum & falsarum
dignitatum fumo excecati non in vere vite breuissime tela morte velut a
tonante forte hac nocte succidetur in inferno fine interminabili pre aliis cru-
ciabimini continue moriendo viuentes. In laboribus hominum in mundo non estis. ymmo non
solum cum hominibus laborem non fertis. Sed et laborantes viuere non permittitis. Ideo
non cum hominibus sed cum dyabolis flagellabimini. Quanto enim in mundo fuerit ma-
ior gloria et leticia. tanto maior in inferno pena succedit. Sed quid dicam.
duodecim fatemur xpm apostolos elegisse. quorum vnus eorum solus bartholomeus ex-
ius origine fuit nobilis. Et matheus diuitijs antequam apostolatum reciperet insistebat.
Ceteri vero erant pauperrimi piscatores. Cur ergo hec certa si xpc verax est. & qui

que ex ore eius audiui mendacia non sunt. Unius hominis vix vnus aptus in regno dei recipitur de mille. quia vero eorum multi non credunt. post modicum tempus in tormentis potius sencient. Et forte quis veritatis lumine cecus iam mirabitur. Ad que ego si ex hoc me arguet videre vlo ne vnico credimus dampnari hominum mortalium paucos. Et si hoc in comparatis est, ergo saluabitur certe millibus. Et quid diues et nobilis fuimus aurum pastus aliud est quam quoddam paruum putridum vas. vbi superbia. vbi auaricia. vbi luxuria. Nonne in diuitibus nobilibus et potentibus. Nonne et latrones sunt. quia et pauperum mercedem molestant deprendunt et eos deprimunt atque necant. Quando ex vbertate domus deum faciunt et que cum pauperibus necessaria gesserint recipiunt eciam superflue vestitorum superfluitate nimie addunt de pauperibus frigore et nuditate morientibus non curantes. palacia et magna erigunt edificia vt huiusmodi culis compleantur et pauperes in plateis moriuntur in commodis. Omnia frequenter aliis spoliant diuitibus vt secularis delicias sue ventris repleant in gula. Omne quod pauperes fame corrumpunt. Quando aliud est eorum vita quam paruo sicut tota repletus est ciborum copia nec non ne ad fores eius adest luxuria. Quando ergo apostolus loquitur cum omnibus mortalium lingua deficiet vt quid paruo fiant intimaret. Nec deum nisi sompniando cognoscunt. nec se vtpote morituros arbitrantur. Non ei sensuale in paruo labitur quia se moriturum cogitat et deum se fore iudicem non ignorat. Ve nimis est inbecilli et miser cum hominem est mendacia sicut cuncta dyabolica temptamenta non facile vilipendit. Pro certo vero dico si deum sui iudicem agnoscerent et se mori crederent non peccarent saltem tam secure. Cur hii miserrimi ad cultus properant vt diues mittat iusticia. Cui vt compleant mulierum vultus. hec sua predicacio meditacio et dei cognicio. Sic diuina perdantur legem. vt pecunia tua more paganorum crebris vigiliis et meditacionibus sibi et suis filiis congregent. Certati vestitura sive in societate nimia artificiorum varietate frequenter mutent. Torneamenta et ludos hastiludia choreas. pocula ebrietates. magnum conuiuium delicatas suas alternatim exhibeant sodalibus. milites ad suam voluntatem explendum sufficiat. Et vere miseri quid facitis. ne agnoscitis corpus in tempore destruitis. et animam interficitis hii feminis et mores tam intempestiua. nisi ex nimia ciborum copia et forti mulierum vsu. Deum deludere creditis. et tamen deluditis vosmetipsos. qui corpore obliuiscamini aliquid et tamen corpus sit cum anima destructus anima et corpus. Et in gaudete et comedamus et letamini in hoc tam breuissimo temporis spacio quod habetis vt post modicum cum dyabolo sine fine temporis lugeatis. Quid facitis non differatis. frequentissime vestimenta permutetis. Et ne forte vim differat nobilitas. nec sit qui vos excedat. vt in inferno verecundia recipiatis et confusionem. vbi commia vbi delicata fercula et vbi vina preciosa melle mixta et aromatibus parate epulemini et inebriemini. non ei post mortem amplius facietis. Sed cum diuite qui cottidie splendide epulabatur in tormentis gehenalibus guttam aque minime portabitis. Nec hic potestis agite solacia vestra in luxuriis explete voluptates. Remanete incorrupti. ne de voracium colligatis diuina sententia quam iustus ille dabit iudex in magno iudicii die dicens: Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Heu cor lapideum si curate eo cogitaris. cur ob huiusmodi solacia priua nimium sinatis. non formidastis illum tempus diem tam horribile et crudele in quo non est solum de luxuriis. vestibus et ebrietatibus et comessacionibus et de toto tempore amisso quo vixisti. Sed etiam oportebit te de qualibet cogitacione vana deo reddere racionem. Cur non emendaris. cur morularis de die in diem miser conuerti ad deum. Cur te iam maliorum non penitet. Ecce iam mors properat vt te consumat die noctuque circumes. Ecce dyabolus se iam parat vt te recipiat. Ecce diuicie tue tibi deficient. Ecce vermes corpus quod tantum nutriuisti diligenter expectant vt illud rodant. Quibus iterum conuictio anime eo illa post paucos habeat amicitias. Quid eciam per huius seculi a commoditates petit solacium decimis gloriam et tamen sic placita non tenemus. Hic quia hic non sunt. Sed si vera queris gaudia ad illam celestem gloriam propera ad quam factus es. Ibi enim illa sunt vera gaudia que nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. Dicite

De pctis diuitum
et potentum mundal

pro tribule malad

quod caduca momentanea ut habere valeas eterna et perpetua. Sed quia de hiis qui non dum
timore non amore nec mortis nec tormentorum subsequendo terrore a peccatis cessant si
adolent sicut oportet penitenciam agere non possunt. dicitur ve ve misere qui hic ridetis quia
plangetis. Ve qui estis oportet gaudium temporale quia vos intus sustinebitis tormenta
infernalia. Certe valde modicum restat temporis. Implete mensuram malicie
vestre et veniat super vos omnis divina indignacio. Fruamini hoc pro tempore in conviviis /
ebrietatibus / prelijs / tornamentis / choreis / et peccatis / nec vacuum preterire tempus permittatis

Quid morimini. Dum vivitis congregate vestris filijs honores divicias et pom vinij augere
nobilitatem et famam ut et vos possint filij quos fecistis complere. qualis ad illos perit in inferno
ampliora patiuntur cruciamenta. Sed forte quis dicit. benignus est deus et misericors qui
omnes peccatores ad se redeuntes recipit et indulsit. verum quidem hoc est consiteor. benignior
est deus quam creditur. et unumquemque peccatorem ad se ut conuertat recipit. Nonne benignissimus est deus
qui tantas tollerat iniurias a peccatoribus dans eis spacium temporis ut emendent. Et hoc nemo
est sicut benignus est in tollerando. ita iustus in puniendo. Sed forte quis iterum dicet. quia vir qui toto
tempore in quo vixerat malefecerit in mortis articulo accepta penitencia a deo veniam obtinebit.
Heu quam vana suspicacio et falsa meditacio. vix de centum millibus hominum quorum mala semper
fuit vita meretur indulgenciam habere unquam a deo. vir in peccatis genitus et enutritus qui nec
deum vidit nec agnouit nec de eo audire voluit. nec se peccasse cognoscit. nec quid pe-
nitencia sit nisi forte dormiendo nouit. totus adhuc secularibus negocijs inuolutus. quem
angustia premit filiorum quos deserit. quem infirmitas terit. quem dolor diuiciarum et tempora-
lium bonorum gemere. cum eis non posse frui amplius cernit se quam acceptam deus accipit penitenciam
quia non accipit si adhuc se posse sanari crederet. Certe vere concludam qui dum sanus est
et inuenis deum offendere formidat. nam in morte non merebitur diuinam obtinere indulgenciam.

Que dilectissimi filij est penitencia. quam solum quis accipit. quia se viuere amplius non posse cernit.
quod si ex infirmitate conualesceret. peior quam prius fieret. Vidi non modicas personas acceptam
in mortis articulo penitenciam qualuisse corpore et peiorasse vita. Hoc teneo. hoc verum puto. hoc
multiplici experiencia didici. quod ei non bonus est finis cuius mala semper fuit vita qui peccare
non timuit. sed mundi vanitatibus semper vixit. Preciosa inquit propheta in conspectu domini mors sancto-
rum eius. Et mors peccatorum pessima.

De perpessione tribulacionum

Et ideo filij predilectissimi accingimini potencia et estote filij potentes. et nolite
horum miserorum diuitum et potentum sequi vestigia quorum iam tantam ostendimus
imbecillitatem et miseriam esse quantum non diceret lingua. tenentium potenciam for-
midare in operando iusticiam. Qui enim propter iusticiam persecucionem patitur beatus est
et bene sibi erit. et si moritur beatior. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Si cu-
pis vitam eternam in christo noli mortem timere pro christo. Non enim potes illa sustinere pro christo que sunt
condigna ad futuram gloriam que reuelabitur cum apparuerit gloria mea quam sursum est et non
super terram. non sperent mercedem qui non laborant. Non sufficiat solum christianum nomen.
christianus esse. imitari christum sicut christiani. christiani habent illud nomen qui dyabolum sequuntur.

Immo christianus non est omnino sed antichristus. iuxta illud beati Johannis ewangeliste. Audistis quia antichristus
venit nunc autem antichristi multi facti sunt. vis ergo regnare cum christo. patiare cum christo. Si
christum dominum et regem cuius est nomen super omne nomen oportuit pati. et ita intrare in gloriam
suam. quam fiduciam habemus nos intrare sine labore. O quam stulti sumus et tardi corde
ad credendum. volumus hic gaudere cum seculo et postea regnare cum christo. Dives indutus
ingreditur. Seruus superfluitate onustus vestitu auri et gemmarum intrabit. Ille ieiunijs
iste crapula et luxuria plenus. Ille in cruce moriens iste in lecto delicato dormiens. Quod
deus non fecit suis faciet. promittit deus filijs zebedei regnum suum. si calicem quem bibiturus
erat possent bibere. Dic fratri filij hominum non recte iudicantes. neque quod verum est conferentes
dicentes malum bonum et bonum malum. Reuertimini ad cor et venientes audite me et narra-
bo vobis que audiui et cognoui et patres mei narrauerunt mihi. nec occultentur a filijs hominum
Adherere deo bonum est. et sicut ipse ambulauit ambulate. sicut christus passus pro nobis posuit animam
sic et nos si opus est pro veritate quam ipse deus est debemus animas ponere. Nemo amat animam suam in hoc

mundo prebet exemplum quod christus pro nobis passus est relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Quomodo se cogitat christianum qui pro christo mori se non intendit [illegible] cum ipse ministrat ipsum sequi. Si dicis homo quod solum nomine et verbis christianus es, fidem christi habens et predicans, bonum est, sed ubi opera? Fides sine operibus mortua est. Certe dicunt quod christum tantum ore et non opere laudans ipsum negas. Quia si que dicis credis, saltem cum timeres et de pena eum [illegible]. Et si credis et male facis, centuplo puniendus es. Bone peccatum quod fit ex certa malicia infinito penis est peius quod fit ex ignorancia. Peccavit angelus, peccavit homo. Alter potuit veniam invenire, alter non. Causa de re: ille ex ipsa malicia, homo suggestione dyabolica. Tu forte dicis: et ego similiter suggestione dyabolica pecco. Cur deus patitur me temptari? Non peccarem si fraus non foret dyabolica. Ad quod ego: Dico miser mercenarius primum si non haberes plurima. Non ne crestis miles ad omne se exposuit periculum ut regi suo placeat. Nunc certe nulla potest esse tibi excusatio. Et te peccare dicis dyabolica suggestione sicut et ille. Sed illud non est excusatio quia illi unum solum [illegible] preceptum, ut de ligno non comederent. Non dum quid dyabolica foret suggestio noverat, nec quantum peccatum deo displiceat sciret. Et tu nunc dies nostra et crux et tot millia fuerunt pena et quid [illegible] qui tales sunt christianum diligunt eum in ore suo et lingua sua mentiuntur ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fidem habent in testamento eius. Si quis diligit christum, si quis verus est christianus et specialiter sacerdos et monachus, in quo tamquam in speculo relucet perfectio, non solum renunciet aliis que possidet sed eciam abneget semetipsum ita ut totus mortuus sit mundo. Quia in quantum [illegible] videas de eterna morte mortuum fuit christum solum manet. Quia mundi omnium negociis mortuus est deo. Oportet namque hominem qui esse vult perfectum et tenere ita mortuum esse mundo ut tamquam mortuus nichil sentiat de rebus secularibus. Ita ut cum apostolo dicat: Nostra conversacio in celis est. Et iterum: Vivo ego iam non vivo ego, vivit autem in me christus. Quid ergo qui vere iustus est contra hanc quam mors est non metuat amittere ut vitam que christus est valeat invenire. Eos qui occidunt corpus non timeat, quia animam non possunt occidere. Hec tribulaciones quanto labore sustineat ut gaudium quod sine fine manet habeat. Hec sola via est qua itur ad celi patriam. Certa si alio posset iri tramite, in tota media fuit deus. Non enim quod dico vobis verba accepi ab homine neque per hominem didici sed per evangelium. Itaque omnes oportet nos per multas tribulaciones intrare in regnum dei. Terrenam vitam que per divicias et delicias festinat ire signum maxime dampnacionis est in hoc mundo beneplacita assequi et a mundo diligi. Quos deus diligit hos sepe corrigit et castigat. Si in mundo gloriari oportet libenter gloriemur in tribulacionibus et adversitatibus vite. Premisit enim christus suis discipulis quos dilexit usque in finem in signum precipue dilectionis cum in ultima cena dixit: Amen dico vobis quia plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit. Gaudete filii mei perdilectissimi cum odit vos mundus. [illegible] pro contumelias et obprobria ab hominibus. Quia beati eritis cum oderint vos homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter filium hominis. Gaudete tunc et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. Et contra vos insurgat totus iste mundus. Si vos odit mundus scitote quia de mundo non estis. Qui si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret.

De virtute paciencie

Omne gaudium existimabo cum multa habes in seculo obprobria et adversitates. Racio fortitudo et paciencia excipit omnia. Paciencia autem perfectum opus habet, probatur autem virtus in homine per pacienciam sicut aurum per ignem. Nam cetere virtutes sine paciencia aurum in vasis fictilibus portant. In sola dicebat salvator: In paciencia vestra possidebitis animas vestras. Fortitudo coniuncta est paciencie. Vir fortis paciens est. Non enim paciens et fortis servire bonus secundum vite spiritualis potest. Virtute paciencie in mente eam cum corpus est exercere in operacione. Est enim paciencia virtutum quasi in hoc mundo procella [illegible] quomodo stare vero sene navigat. Illum timet periculum, illum vero ad vindictam vel odium proximi contumeliosa verba commoveat. Nō

De vita precipue monachorum et sacerdotum

Estote misericordes sicut et pater vester misericors est qui pluit super iustos et iniustos et solem suum oriri facit super bonos et malos. Iudicium sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam

Misericordia superexaltat iudicium ¶ Si no dimiseritis de corde vro aliis q̄ offendunt
vos nec pr̄ vester dimittet vobis. Frustra petit mīaz ¶ Sustinetis eni ait aplus si q̄s in
servitute vos redigit. si q̄s i facie vos cedit. hic vna similiter vtqz et primu ut alios
diligimus in deu et inimicos propter deu. Bonus ille neqz accepta mīa consorcio suo de-
negavit. mīam et io meruit tyre servitutem iusticie ¶ Iusticia sine mīa crudelitas
ē et iniusticie mīa miseria ē. Lex mīa tota i mīa ē ¶ Quare qui mīaz indiget et ea
alii denegat propiam no ē impossibile et ē homines fore misericordem et pm mā no pla-
ce divinā. Vn misericordes qui ipi mīaz consequent ¶ Sacerdos et monachus pappe
sine mīa ē navis i medio pelagi undiqz pforata. Vana religio ē q̄ caret mīa
parz pdest habitu se differens a secularibz et eorz vita. no vestimentis et ordine
solu ē q̄s sacerdos et monachus sz vita. Heu quid dicā sepe ex habundancia magne
tristicie hoc mīta loquitur ¶ Iste mundus undiqz fervet sacerdotibz et monachis. et
tn ita sūt perversissimi sacerdotes et monachi ¶ Vix de centu vnus repiatur bonus. nul-
la ē i mundo tam crudelis bestia ē qz malus sacerdos et monachus. Vn corrigi no
patitur. nec veritatem vnqz audire pt. Et ut breviter dicā se permittet multam
¶ Sunt hi tales sacerdotes et monachi habitu et noīe solu quorz vana ē religio ¶ Re-
ligio munda et immaculata apud deu et patrem hec ē visitare pupillos et viduas in
tribulacon eorz. et immaculatu se custodire ab hoc seculo. Heu quantu i quibusdā spualibz
habitu et noīe evenit cupiditas. ymo ut verius dicā in hmōi spualitatis ē avaricia
q̄ certe sunt lupi rapaces in vestitu ovium. ubi sacerdos ē cupidus et sine mīa. ab eodem
plus qz a serpente fuge ¶ Sunt autem nonnulli q̄ tota sua fructu construunt ecclias et mo-
nasteria miromo et ope ex pauperz mercede edificare. in quibus tanta viget cupiditas
ut terra et om̄ sibi deficere putat. ibi cor ibi mens ibi semp sua cogitacio ut aliena
pint expoliare marsupia. Hos tales salvator increpans. Ve vobis inqt q̄ edificatis
monumenta prophetarz ¶ Sunt qui monstra edificant ecclias miro artificio optant. Bo-
num videre opus suum sz si signum mīaz pauperibz faciunt bonu ē. Vis ut opus tuu deo
placeat. fac ut pauperes gaudeant. qd templu ē deo carius qz homo. Templu
dei estis vos inqt aplus ¶ Cu paupi manu tribuis. cu viro i suis necessitatibz subvenis.
cu esurientes ad via tuam dicis duceris ¶ O qz mirabile et deo gratu templu edi-
ficasti. Frange esurienti pane tuu et egenos vagosqz induc i domu tuā
¶ Cu videris nudū operi eu et carne tuā ne despexeris. Nemo eni se excusans
dicat non habeo quid paupi fr̄i tribuā. Si vestimenta ul alt aliqd ex cōmuni necessitatem
possides et paupi indigenti no subvenis fur es et latro ¶ Sumus dilectissimi filii
rebz temporalibz solu dispensatores et no possessores. Si qd superfluu quo alter fr̄
indiget possidemus furamur. ymo peius qz qui furantur ex copia et necessitate. Iste
tantu ultra necessitatem detinet p quod centu viverent qui fame pereunt. Ille vnu
furtu facit. iste tot quot no comunicat pauperibz necessitatem. Dicit forte miser.
meu ē. Ma mea dimiserunt michi hec parentes. sz scher tui tibi dimiserunt pa-
rentes. quod illi potuerunt dimittere qd suu no erat. Ast si suu erat inquiens. quis dedit sibi.
quid i mundo venientes apportaverunt. et quid recedentes secu ferunt. Certe q̄ pauperu
possides i die iudicii coram omni divine iusticie iudicio acclamabunt ¶ Qui habz aures
audiendi audiat. q̄ sit no vult esse heu qz graviter senciat cu dicet sue tristiorem i
egestate. Lex nalis hoc precipit qd ab aliis desideramus aliis faciamus ¶ Quid aliud
lex vetus predicat. Ac evangelista precinat undiqz quid aliud insinuat. Ve coram
deo iudice erunt testimonia ¶ Quid ergo dicā hiis q̄ solu lapides congregant et muru
erigunt i altitudine que ē cor et cogitacio ut humanis oculis opus appareat. laudetur
edificium et totu hoc sua arbitrantur iusticia ¶ Sunt eciā aliqui q̄ de rapinis et paupm
sudore oblaciones et victimas deo offerunt. tales oblaciones an divina clemenciam
no parz sunt abhominabiles q̄s tā insipiens ut no intelligat qz talia edificia no

cedit ad dei gloriam sed ad mundi pompam. Unde quis diceret quod dicis: nonne bonum est edificare monasteria et ut inde honoretur deus? Ad quod ego: bonum est dummodo pauperes violenciam non sint passi, nec impellent deum contra nos. Quo modo possunt edificare domum deo placitam vel sanctis eius ex illis pecuniis de quibus pauperes plorant? Qualis iusticia potest esse munerare mortuos et spoliare viventes et de indigencia pauperum offerre deo? Certe si hoc placeret deo, iniquus foret sanans violencie, et si hanc a nobis vellet oblacionem, consors fieret in peccato. Ast si deo displicet, non potest placere sanctis.

De bona simplicitate.

Quapropter filii dilectissimi deponentes omnem malitiam, omnem dolum et simulaciones et invidias et omnes detractiones, et sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, si tamen gustatis quoniam dulcis est dominus. Vere si non efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum. Parvulus videns pulchram mulierem non delectatur, pulchram vestem intuens non desiderat, et in iracundia non perseverat, lesus non recordatur, nec odit, parentem sequitur, amicum non deserit. Et ideo nullus se regnum celorum cogitet attingere nisi hanc pueri innocentiam et simplicitatem imitari studeat, et castitatem habere, mundum spernere, et fratrem diligere, et a gremio matris ecclesie semper inhereat. Exuite vos dilectissimi veterem hominem et induite vos armatura dei ut possitis stare adversus insidias dyaboli. Dyabolus nichil in mundo possidet. Expoliate ergo mundanis rebus momentaneis et cito velut umbra labentibus cum nudo pugnetis. Nam si oneratus vestibus cum nudo luctatur, cicius ad terram deicitur, quia unde teneatur habet. Vis fortiter cum dyabolo dimicare, vestimenta proice ne succumbas. Terrena omnia sunt quedam corporis indumenta; qui plus possidet, cicius vincetur. Arma vero pugnantibus sunt castitas, paciencia, humilitas et caritas. Hec sunt arma adversus versucias dyaboli, quibus si muniti fueritis, accingetis fortitudine lumbos vestros et roborabitis brachium vestrum. Fortitudo et decor indumentum vestrum est, et ut celsus in die novissimo ridebitis, non timebitis a frigoribus nivis, et vere fundata est domus vestra super firmam petram, que Christus est.

De luxuria fugienda fratres dilecti

Ensis dyaboli luxuria. Heu quot illa interficit, corrumpit. Nec est aliud peccatum quo tociens dyabolus victor existat. Fugite luxuriam. Sicut virginitas hominem equat angelis, immo plus facit eum angelum, ita luxuria hominem plus quam bestificat, et ut ita dicam multo peius bestia eum efficit. De nullo alio peccato legitur deum dixisse se penitere fecisse hominem. Hec humani status opera, corpus debilitat et animam semper cum morte destruit, famam denigrat et marsupia evacuat, furta instruit, homicidia causat, memoriam ebetat, [illegible] affert, oculos visus hominis cecat, et pre ceteris iram dei provocat. Hoc indicare gule erit: pro nullo alio peccato tam manifesta iusticia exercuit deus sicut in isto. Propter hoc namque legitur penituisse deum mundo induxisse diluvium, Sodomam et Gomorram combussisse, et multos alios homines interemisse. Hoc rethe dyaboli; si quis hoc capitur, non cito solvitur. In isto tam gravi prelio nemo potest vincere nisi fugiat, nemo potest firmiter perdurare nisi carnem domet. Sapiens non vult ignem portare in gremio. Nolite inquit apostolus inebriari vino in quo est luxuria. Hoc plurimi non sustinuerunt nisi in abstinencia et ieiuniis. Bonum noceret sed exemplo plus vultus mulieris. Mulier sagitta est dyaboli qua in luxuriam homo cito labitur. Nullus in hoc confidat viribus si sanctus es, non tunc securus es. Mulier viri preciosam animam capit. Numquam abscondere potest homo ignem in sinu suo ut vestimenta illius non ardeant, et ambulare super prunas ut non comburantur plante eius. Homo et mulier ignis et pallea; dyabolus numquam inflare cessat ut accendat. Hic plus numquam fiet victor nisi fugiet. Numquam a viro cum muliere sint longa colloquia sola; insuper loca sunt vitanda. Vir mulieris dicta sperneret, munuscula et blanda verba, si non vult luxurie capi laqueis.

Tanta sit inter virum et mulierem raritas ut alter alterius nomen nesciat. Plurimi sancti viri inde ceciderunt hoc vicio propter suam securitatem. Timeatis filii: si in aliis peccatis timendum est, in isto plus. Vultis vere dicam: hodie sub spiritualitatis nomine nonnumquam fit fornicacio

[illegible]

genus a pluribus. Heu quod proh dolor hodie non verecundantur homines quinymo gloriantur cum
malefecerint. Aliqualis in mulieribus viget verecundia quamvis parva. Sed in hominibus ita
hec creuit malicia ut ille putetur insipiens qui huius doctus non est. Quid pla-
hic sua est festiuitas et hec omnia predicacio. ob hec frequentat ecclesias ut mulieres
videat. et earum vtuntur colloquijs. quarum inde luxurie amplius crescit appetitus.
Sed quid vir miser gloriaris in malicia ista. Forte quia potes esse iniquitate. Cen-
tuplo plus peccas quam mulier. et mulier quam mollis aer. et tu forte te existimas.
Illa in domo sedet. et tu mille vagando modis eam alloqueris et aliquam eam cogis ut vi
faciat. Hec cum facis. quia deus tacet. tu cogitas quod sit tibi similis. Sed veniet tempus
quo arguet te et statuet contra te faciem tuam. Vnde filij estote simplices sicut co-
lumbe et prudentes sicut serpentes et pugnate viriliter cum antiquo serpente. Sint lumbi
vestri precincti. et lucerne ardentes in manibus vestris. et tunc viriliter agite et confortetur cor
vestrum quia qui debellabunt vos timebunt. Et ideo facietis virtutem. et ipse ad nichi-
lum deducet tribulantes vos. Predilecti mei diligite vos inuicem. Non enim accepi hoc
ab homine sed a saluatore. hoc michi est preceptum ut diligatis inuicem. In sola dileccione
omnium virtutum bona consistunt. sicut ex vna radice multi exeunt rami. sic ex carita-te
omnes generantur virtutes. Si linguis hominum inquit apostolus loquar et angelorum. Et si omnem
habuero prophetiam. et nouero misteria omnia et omnem scienciam et si habuero omnem fidem ita
ut montes transferam. caritatem autem non habeam nichil sum. Qui vero caritatem habet
benignus est et paciens. Ille vero sine caritate qui non tantum parentes diligit per affectum
cognacionis terrene sicut ethnici et publicani faciunt. Sed qui ita diligit
inimicum sicut amicum. in hoc vero potest cognoscere si manet in caritate. si ipse ab eo di-
ligitur qui ei aduersatur. Certe hoc quam plurimum attendendum est. Quia quam plurimi qui
diligunt. sed male. Tantum enim aliquid diligunt quod dileccionem dei perdunt. Qui aliquid super
deum diligit. deo non sunt digni. In cunctis virtutibus requiritur temperancia. Deus semper
vult medium. Nimis diligere malum est. minus diligere malum est. Sed ut racio exigit dili-
gere bonum est. Omnis dileccio que nocet vitanda est. Propter nimiam dileccionem aliqui in
luxuriam ceciderunt. aliqui in inuidiam deuenerunt. multi oraciones a dei obsequio dimise-
runt. Hec quippe agit superfluus amor. ut quod diligit semper videre vellet. Nimius et
stultus amor ignorat sapienciam et iusticiam et veritatem nec curat modum nescit
nec aliud gustare potest quam quod diligit. Amor iste non accipit in posse solacium
nec est difficultatis remedium. Impossibile est hominem qui totus sit in amore deo posse ac-
ceptabiles oraciones facere. Hic amor non est caritas sed est stulticia. Omnes nos debemus
diligere fratres sicut nosmetipsos. ita quod vicia non diligamus. puniere malum caritas est. plus
melior est diligere iustum. Et sic diligendi sunt homines ut bonitas exaltetur et vicium destru-
atur. Vera caritas exigit ut deum diligamus ex toto corde et ex tota mente et ex totis viri-
bus. Et ita singulariter quod cum deo nichil aliud diligamus nisi quod ad deum pertinet. et proxi-
mum sicut nos. In hijs duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Qui sine caritate est
sine deo est quia deus caritas est. et caritas est deus. Caritas manet in celo. in celo iam ca-
pit habitare. In celo vna est caritas omnium beatorum. vbi caritas vera est. ibi inuidia nulla est
ibi auaricia nulla cognoscitur. nec immunicio. nec detractio. nec derisio. sed est omnibus vna et
eadem voluntas. Hoc scitote fratres quia si non habetis caritatem perfectam sub dyabolo po-
testate estis. nec vult vobiscum deus habitare. et qui sine deo est in inferno est. Ideo pre-
dilectissimi filij mei. hortor vos dum tempus habetis ne in vacuum graciam dei recipiatis.
Gracia dei omnibus data est per mortem filij eius. Dum tempore isto breuissimo viuimus
seminemus. quia postmodum tempore suo metemus. Breues dies hominis sunt. peracta
velut currente vita mea. tamquam fur mors venit. Mortuus est homo. nam simul descen-
dit cum eo gloria domus eius. Diuites in bonis quam plurimis ducunt dies suos in
puncto ad inferna descendunt. opera cuiuslibet sequuntur illa. Per naturam est quod homo cuius

De dileccione mutua

mala semper fuit vita bona sit mors. Siue bonum siue malum tempore isto fecimus illud idem post finem mortis inueniemus. Ne expectetis quia tempus istud acceptabile est. Dum lucem habetis non ambuletis in tenebris. Qui ambulat in tenebris nescit quo vadit. Lux vera christus est qui lucet in tenebris et illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. vt ergo filii lucis sitis et tenebre vos non comprehendant. ad ipsum accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum a deo autem electum. et ipsi tanquam lapides viui superedificamini. et in omnibus exhibeatis vosmetipsos sicut dei ministros. in multa paciencia in tribulacionibus et necessitatibus. in angustiis. in plagis. in carceribus. in sedicionibus. in laboribus in vigiliis. in ieiuniis. in castitate. in sciencia. in longanimitate in suauitate in spiritu sancto in caritate non ficta. in verbo veritatis in virtute dei.

De detestacione mendacii et verborum inutilium

Non sit inter vos mendacium. Omnis vir mendax abhominabilis est deo. Est enim deus veritas. veritati autem obstat mendacium. Omne fugiatis verbum ociosum. De quolibet enim verbo ocioso et vano reddemus deo racionem. Silencia diligite. vbi est multiloquium ibi frequenter mendacium. vbi mendacium ibi peccatum. Sermo indicat qualis est homo. In ore sacerdotis vel monachi nullum vnquam sit verbum in quo non sonet christi nomen. semper diuinam ruminet legem. Beatus qui in lege domini meditatur die ac nocte non abiens in consilio impiorum neque in via peccatorum erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum cuius folia non decidunt sed dabit fructum suum in tempore suo et omnia quecumque fecerit semper prosperabuntur. 8 Certe nil tam nocet homini quam mala societas. Talis enim efficitur homo qualem societatem sequitur. Nunquam cum agno lupus habitat. vir castus certe luxuriosi societatem aufugit. plus quam impossibile puto viuum diucius in bonis permanere operibus qui malorum assidua conuersacione premitur. Cum sancto psalmista sanctus eris. et cum viro innocenti innocens eris. et cum viro electo electus eris. et cum peruerso peruerteris. Sicut enim mala nocet conuersacio ita bona prodest. nullus potest huic comparare thesauro. qui bonam inuenit societatem. inuenit vitam. diuicie affluent. Certe verum dicam quod nemo homo bonus vel malus efficitur nisi ob societatis causam. pueri enim tanquam tabula rasa in qua nichil depictum fore dicitur. Illud tercio quod a societate recipitur vsque ad senectam retinet siue bonum siue malum sit. vtrum cum iuuene inuicem habitat. non ignis si apponatur igni calorem non contrahit sed emittit. Semper vir qui delectatur sapiencie se maiori etate et sapiencia sociat et constat. Alioquin si sibi sit societas assidua societate de stulticia in stulticiam delabetur.

q mala societas vitanda

De oracione et iuramento

Ante omnia autem filii mei nolite iurare. Omnino neque per celum neque per terram neque per aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo vester est est. non non. In cuius ore frequens sonat iuramentum in ipso homine perit et dei cognicio et dileccio. Si non est quod iuro. deum esse nego. preceptum enim dei prohibet. Ne assumatis nomen dei in vanum. Oracionibus instate continue. Multum valet frequens oracio et deuota. Oracio hominem a terra subleuat. ad celestia vehit. et facit hominem cum deo loqui. Omnia ab eo obtinet. dummodo sit deuota et mixta lacrimis. Multum valet oracio frequens conspersa lacrimis ad promerendam diuinam clemenciam ad exaudicionis beneficium. obtinuit ezechias stata gracias a domino suis lacrimis et oracionibus vt mutaret sentenciam quam sibi dixerat. et liberauit deus susannam a iudicio dire mortis propter oracionem et lacrimas. Oracionibus helye celum dedit pluuiam quod clausum fuit tribus annis et sex mensibus. Qui quod eget. petat a domino oracionibus et lacrimis. in fide nichil dubitantes. Et qui fidem veram habet vt granum sinapis. quidquid pecierit fiet ei statim. Ille idem deus est deus in omnibus que sunt erunt et fuerunt. Spes vera gaudium verum cogitacio vera et omne desiderium verum sit semper deus. Omnia ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia. in quo viuimus. per quem mouemur et su

Nota

surimus sine quo nichil penitus sumus.

De morte Ieronimi et omnium iustorum

Iam filii mei non multa loquar vobiscum. Venit enim hora ad quam natus sum. Hac condicione veni ut morerer. Neque enim natus fuissem si mori non debuissem. Suo proprio non pepercit deus filio, sed pro nobis omnibus fecit eum mori in crucis stipite, per cuius mortem mors mundi mortua est. Nemo enim vestrum sibi vivit et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus domino vivimus, sive morimur domino morimur. Sive ergo vivimus sive morimur domini sumus. In hoc enim voluit Christus dominus vivorum et mortuorum. Si enim Christus mortuus est, certe non est servus maior domino suo; decet nos moriri. Si enim resurrexit, teneamus spem firmissimam quod et nos resurgemus. Et si Christus sit resurgens iam amplius non moritur, certe et nos post resurrectionem numquam amplius moriemur, sed semper cum Christo in gloria stabimus. Cum enim mortuus fuit Christus verus homo, simul mortuus est et destructum est corpus peccati et facti sumus unum corpus cum illo. Decet ergo si resurrexit Christus et nos resurgemus cum illo, quia sumus membra eius. Si autem Christus non plus moritur et nos similiter. Quamquam dilectissimi filii mei et si nunc morior, credo quod redemptor meus vivit et in novissimo die de terra resurrecturus sum et rursum circumdabor pelle mea hac, et in ista propria carne mea videbo Christum deum salvatorem meum. Quem visurus sum ego ipse qui nunc loquor, quem hic nunc cernitis morientem, et non alius loco mei, et isti proprii mei oculi quibus vos video conspecturi sunt. Unde dilectissimi filii mei videte quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes sed ut sapientes, et nolite secundum carnem ambulare, quia si secundum carnem ambulaveritis moriemini. Sed spiritu ambulantes facta carnis mortificantes nunc mecum cantate, exultate et psallite. Abicite vestimenta luctus et induite [illegible] cinere in circuitu vestro. Iubilate deo, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius, quoniam hic transivi per ignem et aquam et educit nunc me in refrigerium. Introibo in domum domini et reddam vota mea de die in diem.

Quantum lucrum michi mori est, quoniam vivere meum deinceps Christus erit. Ecce terrestris domus huius habitacionis dissolvitur et alia succedit non manufacta habitacio eterna in celis. Ecce quod mortale est vestimentum corporis ut eternum induatur. Huius peregrinus sum, iam redeo ad patriam. Ecce bravium capio pro quo in agone cucurri. Ecce portum attingo quem tanto desiderio desideravi. Ecce de tenebris ad lucem, de periculis ad securitatem, de inopia ad divicias, de pugna ad victoriam, de tristicia ad gaudium, de servitute ad dominium, de temporali ad perpetuum, de fetore ad odorem suavissimum vehor. Hic corpus sum et illorum undique vulneratus et saucius; hic semper contristatus sum et ecce letificor. Iam non hic vivens morior et ideo [illegible] vivificor.

De vita presenti et morte temporali [illegible]

O vita mundi, non vita sed mors, vita fallax, vita onusta tristiciis, cavillis et ambicionibus, vita mendax. Nunc flores et statim arescis, vita [illegible] vita fragilis, vita momentanea et caduca, que quanto magis crescis tanto magis decrescis, et quo plus procedis plus ad mortem propinquas. O vita plena laqueis, quot in mundo homines illaqueas, quot per te iam sustinent tormenta infernalia. Et beatus qui te bene previdit. Melior est negociacio eius auro et argento primo et purissimo fructus eius. O mors dulcis et iocunda. Tu certe mors ad vitam veram largiris, que fugas febres et vulnera, famem extinguis et sitim. O mors iustissima, pia bonis et malis aspera, humilias superbos divites et potentes et exaltas humiles. Per te pauperes saciantur, cum avari pereunt. Tu malis das supplicium et iustis eternum premium. Veni soror mea, sponsa mea, amica mea, indica michi quem diligit anima mea. Unde michi ubi pascat dominus meus, ubi cubet Christus meus, ne dimittas me amplius vagari per annum huius incolatus mei. Surge gloria mea, porrige michi manum, trahe me post te. Paratum enim est cor meum, et curram post te in odore unguentorum tuorum donec introducas me in cellaria domini mei, ut exultem et gaudeam cum apparebo ante faciem suam et tibi cantabo et psalmum dicam domino. Ecce tu pulchra es amica mea. Iam nolo amplius morari. Ecce omnes dies mei defecerunt

morte desiderata

et anni mei pertransierunt velut umbra. Convertere aliquantulum super me quia te inve-
nire exultavi et in te delectatus sum omnibus diebus vite mee. Suscipe me. Tu enim cepisti
domine meus, me salvasti me vivificasti, iam respice in me, salvum me fac et libera me
de aquis multis et de manu filiorum alienorum. Educ animam meam de carcere et educ eam per
graciam quam operatus fuisti suscipiendo. domine meus, iam me salvasti me vivificasti iam respice
in me salvum me fac et libera me de aquis multis et de manu filiorum alienorum. Vineam
exultavi per culpam quam perpetravit meus genitor Adam. Veniat pater in ortum dilecti
mei ut comedat fructum pomorum suorum. Et defecerunt sicut fumus dies mei et ossa
mea id sicut fenum aruit. Ecce iam venit tempus miserendi mei noli tardare. acce-
lera ut eripias me quia amore langueo. pro te bona mors fiet requies bonorum
que fecimus. cognoscimus omnia que speramus antequam veniamus. Deo excepto cogi-
tamus cum veneris perfecte videbimus eum sicuti est. Nigra es sed formosa. pul-
chra es et decora. favus distillans labia tua. terribilis es et quis resistet tibi
terribilis enim apud reges terre auferens spiritum principum. Notam facias humilibus
virtutem tuam. tu confringis cornua peccatorum et exaltas cornua iustorum. Illuxerunt
coruscaciones tue orbi terre. vidit et commota est terra. Aperi michi dilecta
soror et amica mea ianuas vite quas aperire michi promisisti cum fuisti cum domino
meo ut iam sit in pace locus meus et habitacio mea in Syon. Expolia me hac
mortali tunica quam fero et indua me vestimentis leticie. Anima mea liquefacta
est ut invenire possim dilectum meum quem in mundo quesivi et non inveni. Invene-
runt in hac solitudine custodes qui circuiunt civitatem percusserunt me et vul-
neraverunt me tulerunt pallium meum custodes murorum. Percussus sum et humi-
liatus sum a voce malorum et dolorum. Tota die exprobrabant michi inimici mei
loquentes adversum me lingua dolosa et sermonibus odii circumdantes me et expug-
nantes me gratis. Posuerunt adversum me mala pro bonis et odium pro dilectione
mea. Ergo iam bone os aperi confringe cornu arcum scutum gladium et bellum
Et moriar iam ~~defecit~~ defecit paulisper spiritus meus propter multitudinem dolorum
meorum. Iam consolaciones tue letificent animam meam. Hodie vocem meam au-
diens noli obdurare cor tuum quando veniam et apparebo ante faciem dei ut inha-
bitem in domo sua in longitudine dierum. Fuerunt michi in miseria huius
vite panes lacrime die ac nocte labores contumelie afflictiones erumpne
fames sitis ieiunia vigilie temptaciones et pestilencie. Audi gemitus vincu-
lati. solve colligaciones meas. accipe filium hunc famelicum in regione aliena
et redde eum patri suo. Suscipe electum plenum et collaca in sinum Abrahe
patriarche. Fac me intrare in vineam domini mei Sabaoth ut non stem hic ociosus
Suscipe me de via iniquitatis et deduc me in via eterna. Educ me de tene-
bris et umbra mortis disrumpe vincula solve compeditum. illumina cecum.
erige elisum custodi advenam et pupillum sedentem in tenebris et habitantem
in regione umbre mortis. ostende lumen tuum. illumina nunc me ut nunquam
amplius obdormiam in morte

Meror discipulorum super morte Ieronimi

Hec et hiis similia prosequente sanctissimo viro omnium circumstancium
erant meror et tristicia. nec quis virum poterat se a lacrimis con-
tinere. Sed omnium erat una vox plangencium. Quid sine te faciemus
pater. vineam istam transtulisti ex Egypto et plantasti eam ut quid
avertis faciem tuam ab ea in lumine vultus tui ambulabimus. gloria

virtutis nostre tu eras. Heu quid sine te amplius faciemus / tu pater tu doctor
et refugium tu exemplar innocencie / omnia nobis tecum mori liceat / ita ad nichi-
lum redacti erimus / sicut oves erimus sine pastore / Ad nichilum devenimus
tamen apud viventes non erit qui consoletur vos. sicut filii tui orphani et
fame peribunt ut canes circuientes undique non te inveniant. Heu quantus
super nos cadit ignis. non te deinceps videbimus solem congregacio quid
faciet fidelium sine te. tu dispersio eras hereticorum. tu interfector eorum gladio
oris tui. in eorum malens et frangens conterens eorum dentes. in ore ipsorum moles
leonum confringens et reducens eos in puteum interitus. Gaudebunt nunc et exul-
tabunt et ululabunt populum tuum et hereditatem tuam vexabunt / Captabunt in animam
iusti et sanguinem innocentem condempnabunt intendent nunc sanctuarium dei
et veritatem fidei lacerabunt.

De prelacione Eusebii

Tunc ille motus hiis verbis aliquantulum lacrimavit. et totus semper in domino
misericordie visceribus affluebat conversus ad eos. hec nimia flentibus voce
respondit / Fratres boni milites Christi confidatis in domino et in potencia
virtutis eius. nolite timere consequemini a deo misericordiam si speraveritis in
eum / Est enim ipse pius et misericors. et nullum deserit sperantem in se.
Quis confisus est in domino et derelictus est / Quamvis autem nunc vos derelinquet dominus nonne
vos recipiet ipse enim legem vobis constituet in via sua diriget vos in semita
rectam et non tradat vos in manus persequencium vos. Viriliter ergo agite et confor-
tetur cor vestrum et sustinete dominum / Est enim deus in celo pius et misericors qui suos
mille modis scit iuvare fideles non timeat cor vestrum neque formidet / Sperate in domino
et effundite coram illo corda vestra quia ipse erit adiutor vester. Si ego abeo nunc iterum me vi-
debitis et gaudebimus simul. quia non multum post hos dies quo ego vado et vos poteritis
venire. et ubi ego ero ibi vos eritis in gaudio quod nemo tollet a nobis / Mementote
filii karissimi quod post mortem moysi deus elegit iosue in ducem et pastorem populo
suo. et elevato helya per turbinem in curru igneo in celum. fecit helyzeum in populo esse
prophetam. in quo duplex requievit spiritus helye / Nunquam nunc exanimamini quoniam dominus non
oblitus est deus misereri. qui continebit in ira misericordias suas. dominus erit pars hereditatis vestre et ca-
licis vestri. et ipse restituet vobis hereditatem vestram / Suscitabit namque ex vobis alium pasto-
rem cui dabit verbum evangelizandi et ille ingredietur sine macula et operabitur
iusticiam. et rogo deum meum qui eduxit et reduxit me secundum voluntatem suam. ut si quis
in me fuit spiritus ad obediendum preceptis suis. quod in illo quem mittit vobis prelatum et pas-
torem fuit duplex / Eusebium filium meum prelatum habebitis eum volentem et ipsum
tamquam me audietis. ipse enim erit vobis in patrem et vos tamquam filii obedietis in caritate cum
omni humilitate et mansuetudine et in omni pacientia si quid in vobis fuit vanitatis refectis
ad eum / Obsecro vos ut solliciti sitis servare unitatem spiritus in vinculo pacis / unum
corpus et unus spiritus sitis sicut vocati estis in una spe vocacionis vestre unus deus et pre-
dominus ihesus christus cum sole sunt in una vice. Fratres karissimi te placere cupitis. Et eius estote imita-
tores sicut filii karissimi et ambulate in dilectione sicut et ipse dilexit vos et tradidit se
metipsum pro vobis et vos redimet et faciet vos sibi acceptabiles secundum bonorum
operum et vivencium vestrum det ipse graciam secundum mensuram devocionis sue / det vobis de rore

Spiritu sancto habendi ut heatis cor ad colendum eum. Adapiat cor vestrum in lege sua
et in preceptis suis ut cogitatis eum et faciatis eius voluntatem nec vos unquam deserit.
Tu autem fili mi eusebi consurge consurge **Verba beati Jeronimi ad eusebium**
indue te fortitudinem semper subditus esto domino nec emuleris eum qui nequam.

faciat. Salus tua deus in sempiternum erit. et iusticia non deficiat. humilior sis oibz
leua i celos oculos tuos. lex dei semp sit in corde tuo. noli timere obprobriu hom
et blasphemias eor ne metuas. Sed sperabis in dno assumes fortitudinem. et veni
ant t pene vt aquile et volabis et no deficias. vniusa legis dni scire legis
oibz. ne timeas a facie hom qr cu ill semp dns e cu quibz e vitas. descendit
qz cu illis i fouea et i vinculis no delinquit eos s3 a seductoribz illos.
intravit
et e illis adiutor et ptector i tpe tribulacois. Certe no finale timet morte hac. no
vt plus dicam odit hanc vitam qui se bene agere cernit. Ecce constituo te sup societates
istam. vt euellas et destruas et dissipes et disperdes et edifices et plantes. Optat
enim te esse irrephensibilem qt male alios corrige cum pt que corrigit dic. et tu
similiter facias et tibi amodo maior est labor. s3 magis pmium. esto sobrius prudes
et pudicus hospitalis et doctor. Nemo violentus facias. s3 oms equaliter dilige. et tanto
plus quanto melior e. no sis pcussor. s3 modestus. no litigiosus nec cupidus. Tu ei pdica
optime vbum dei. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis e ad docendum. Require
verba q pdicas ordinabis. valet enim huiusmodi pdicacio et doctrina ad illuminandum. ad arguendum.
ad corripiendum. et ad erudiendum i iusticia. ut pfectus sit audiens et i oi ope bono in
structus. Est enim xpus ihus in celo sedens ad dexteram virtutis dei. iucundus misericors. et
donans omnem statum in oibz fili dilectissime corpus pbe exo bonor opm. i ad sanitate et boni
tatem. nonne capite piacete totum debilitatur corpus. vt ergo bonis te decora. facias omnia
bona si timueris deum. ¶ Patri meo reuerendissimo damazio portuen epo scribens
frates mei mediatim vt liberat me in oracionibz suis. nec corrupi dimittit opa q ta
to labore collegerim ab hoibz iniquis et dolosis a quibz sepe expugnatus sum a iuuentu
te mea. Scrinium prudenter custodiat. sciens enim mali erigent se illaqueantes aias
simplicium quos conatus sum educere i viam rectam loquentes in ore suo et gladium habentes
in labiis suis. Enim obmutui et silui a bonis et piectus sum i monumeto dormiens. //
¶ Spero enim i dno quia benignus e. et no derelinquit fideles suos. Secundum enim
habes magnum et consolacionem. psumes de mia dei. qz virum mirabile et mire sre et
bonitatis Augustinum yponensem epm ad pfectum et vitalitate redimitum post me i tiguo
ppt que nichil fiducia hec in xpo ihu sustentatam fide. num. cuj de me scribens
hortorem rogito vt tuus fidelis pugnet miles. ne veniat qd absit mala genti
me. Theodosio senatori et aliis in xpo fribz me recomendantes.

De osculo bti Jeronimi

Finitis hijs vbis vir sanctissimus sonora voce versus ad fres inquit.
Accedite huc et tangite vos filii mei antequam a vobis recedam. Ad quem appin
quantibz illis singulos brachiis vt puta melius poterat amplectens omnibz
piam osculum tribuit. Deinde voce mediocriter eleuata vultu placido et
iocundo extensis i celum manibz quasi ad deum oculis gaudii lacrimis ma
nantibz dixit

¶ Oracio Jeronimi ad sacramentum

Pie Jhesu virtus mea i refugium meum susceptor meus et liberator meus lan
cea in qua speraui. cui credidi quem dilexi summa dulcedo et turris forti
tudinis et mea spes a iuuentute mea. voca me dne vite mee et ego
respondebo tibi operi manuum tuarum qr tu creator omn de limo terre formasti
et ossibz et neruis compegisti. cui vitam et animam tribuisti tue clemencie porri
ge dexteram. Iube dne ne moreris. quia tempus e vt pulvis reuertatur i puluerem.
et spus redeat ad saluatorem qui hunc misisti illum. Aperi illi ianuas vite. Nam tu
qui me i ligno crucis tamquam latro pependisti tu pmisisti michi qd eciam tempus veni
ret. ut teneam te nec dimittas me separari a te. Introduc me in domum tuam. tu suscep
tor meus es et gloria mea et exaltabis caput meum salus mea suscipe me miser

tuas deus secundum multitudinem miseracionum tuarum. Una latrone ad te conuersum in cruce moriens suscepisti possideat te beatitudo mea sempiterna. Cecum secus viam clamantem Jhesu fili dauid miserere mei lumine tue visionis eterne illumina. O lux invisibilis quam carens thobias clamabat quale gaudium michi erit cum in tenebris sedeo et lumen celi non video. O lux sine qua non est virtus non est discrecio non sapiencia neque bonitas. Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte ne quando dicat inimicus meus prevalui adversus eum. Tedet animam meam vite mee loquar in amaritudine anime mee. Egrotus sum infirmata est in paupertate vita mea. Ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. Et ideo ad te curro medicum. Sana me domine et sanabor. Saluum me fac et saluus ero. Et quia in te confido non erubescam. Ach quis ego sum piissime deus ut tam audacter loquar ad te. Peccator sum et in peccatis totus genitus et educatus. Cadauer putridum vas fetidum esca vermium. Heu michi parce michi domine. Que victoria si pugnando mecum vincas me qui sum nimis quam stipula ante faciem venti. Dimitte omnia peccata mea et erige de stercore pauperem. Certe domine si placet dicam non debes me reuertentem ad te fugere. Quia tu es deus meus. Caro tua de carne mea et ossa tua de ossibus meis. Propter hoc numquam non relinques pro certo. Adhesisti mee humilitati. Factus homo et deus quod prius eras permanens in una eademque persona et hoc quidem tam arduum et inopinabile perpetrasti. Ut et confidenter ad te recurrerem tamquam ad fratrem et ut tua michi misericordia condonares delicta. Quapropter conuerte animam meam domine conuerte et ne repellas in finem me. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum ita sitiens anima mea petit te fontem viuum ut hauriat aquas in gaudio de fontibus saluatoris ne sitiet amplius. Quando veniat et apparebit ante faciem tuam. Domine in quantum respicies restitues animam meam a malefactis eorum et a leonibus unicam meam. Utinam appenderentur peccata quibus iram merui et calamitas quam patior in stateram quasi arena maris grauior appareret. Unde et si amplius expectes tribulacionem tuenium et dolorem. Vel gaudium spiritus mei ut delecter in te reuela michi viam tuam. Leticia cordis mei reuiuam te desiderium meum sicut seruus prestolatur finem operis sui sic et ego expecto te. Intret postulacio mea in conspectu tuo domine ut fiat manus tua et saluum me faciat. Certe viuum qui descendens a Jhericho qui captus a latronibus vulneratus semiuiuus relictus sum. Tu pie samaritane respice me peccatum nimis in vitam meam et malum coram te feci. Et non te cognoui ingratus sum tot beneficiorum tuorum. Non ut decebat te laudaui. Multociens forte veritatem tuam in corde meo cum pulsabas ad ostium cordis mei piger fui ut te reciperem. Reuertentur corpus putridum velut umbra declinaturum nimis dilexi et affectu verbis vanis os inquinaui. Mens mea non semper fuit in testamento legis tue. Non auerti oculos meos ut non aliquando viderent vanitatem. Aures meas cum verbis inutilibus inquinaui. Et manus meas ad proximi utilitatem in toto nempe non extendi. Pedibus ad iniquitatem cucurri.

Quid plura dicam a planta pedis usque ad verticem capitis non est in me sanitas. Iste si in ligno crucis me admisisses digna erit in inferna anima mea habitare.

Ergo pie Jhesu sum pro tanti precii pro me fudisti sanguinem preciosum tuum. Non me refutes. Ego sum ouis que erraui. Require eam bone pastor et appone eam ouili tuo ut iustificeris in sermonibus tuis. Illa quod promisisti michi. In quacumque hora ingemuerit peccator saluus erit. Dolens factus sum iniquitates meas cognosco et delicta mea contra me sunt. Quia non sum dignus vocari filius tuus quia peccaui in celum et coram te. Auditui meo dabis gaudium et leticiam. Auerte faciem tuam a peccatis meis. dele iniquitates meas secundum magnam misericordiam tuam. Ne proicias me a facie tua. Non secundum peccata mea facias michi, neque secundum iniquitates meas retribuas michi. Quia adiuua me deus salutaris meus et propter honorem nominis tui domine libera me. Benigne fac in bona voluntate tua ut inhabitem in domo tua omnibus diebus vite mee ut in secula seculorum cum habitantibus in ea laudem te. Surge propera sponsa dilectissime anime mee et noli considerare quod fusca et nigra est in partibus. Ostende illi faciem tuam. Sonet vox tua in auribus suis. Vox tua dulcis et facies tua decora. Ne auertas eam a me et ne deleas in hac hora quod seruus tuus. Ne tradas me in animas persequentium me. Expecto te domine. Credo videre bona domini in terra viuentium. Veni ergo dilecte mi egrediamur in agrum videamus si floruit vinea. Conuerte planctum meum in gaudium michi, inclina ad me aurem tuam, accelera ut de hac lacrimarum et miserie valle eripias me.

¶ De ipsius sepultura

Hec ubi vir sanctissimus continuatis lacrimis et manibus in celum erectis dixit, paruper siluit. Deinde fratres intuens dixit. Precipio vobis filii mei dilectissimi per virtutem et nomen domini ihesu ut corpus meum cum dissolutum fuerit in terra que prope domum mei mundo sepeliatur ut illud ferat sicut rediens quod veniens apportauit. Unde inde egressus sum nudus fuerat illuc. Sciet terra terre. Non decet tantum sociari lapidibus. Appetit enim naturaliter suum simile quodlibet. Iterum rogo vos domini mei afferatis corpus christi quatenus in suo lumine videam lumen et firmiter super me oculos suos det michi intellectum et instruat me in hac via qua gradior.

De reuerentia ad sacramentum

Tunc quidem frater ad locum accedens sacratissimum corpus ihesu christi obtulit. Quod ubi vir dei videre potuit nobis auxiliantibus ei prostrauit se in terram protinus et voce et lacrimis quantum poterat clamans. Domine quis ego sum ut sim dignus ut sub tectum meum intres. Meruit hoc pater homo. Certe domine non sum dignus. Numquid ego melior sum quam omnes patres mei. Tu moysi noluisti uno ictu oculi te monstrare, cur me tantum te humilias ut pariter ad hominem descendas publicanum et peccatorem, et non solum cum illo manducare vis sed corpus manducari ab illo iubes. Quis ipse illum esset sacerdos. Erigens se vir gloriosus flexis genibus cum cunctis tenentibus magnis lacrimis et suspiriis et quamplures percutiens pectus suum dixit. Tu es deus meus et dominus meus qui pro me passus es. An forte alius. Certe tu es ille qui cum deus esses solus ante omnia tempora et sine principio genitus a deo patre eterna et inuestigabili generatione, qui cum ipso et spiritu sancto idem unus deus es, permanens illud idem quod eras et es intra virginis puelle corpusculum te clausisti factus homo sicut sum. Vere et deus et homo es. Sic enim in virginali utero hominem suscepisti quod nec sine homine deus es nec sine deo homo. Quamuis nec diuinitas sit humanitas nec humanitas diuinitas, non sunt confuse nature quamuis sit una et eadem in te persona. Homo es caro et frater meus. Vere sic fame hausisti, sitisti, fleuisti meas infirmitates hausisti sicut ego. Eas tamen in te peccandi infirmitas et defectus non fuit ut in me. Non enim peccare potuisti ut ego. Mira fuit corporaliter et est plenitudo omnis gratie. Non enim tibi data fuit gratia ad mensuram. Tua enim anima statim ut unita inseparabiliter fuit diuinitati omnia perfecte sciuit et potuit que ipsa per diuinitatem. Quantum ad diuinam naturam que in te est eterno patri deus equalis es sed ob illam quam pro nobis assumpsisti redemptionem humanitatem minor, nec tamen eo aliquid minoris imperium. Tu autem ille es quem in iordanis alueo baptizante iohanne vox subito patria celitus intonuit. Hic quiescens est filius meus dilectus in quo michi bene complacui ipsum audite. Et spiritus sanctus intra ut columba descendens te unum cum patre et eundem in substantia declarauit. Tu nempe bone ihesu

pro me crucis tam grande in toto isto quod puro tenero corpore subisti supplicium. ut morte
qua meis merentibus flagiciis interimeres. animas antiquorum quas dudum diabolica
potestas miseris infernalibus mansionibus detinebat recuperares / et totam humanam
naturam que corruerat in mortem perpetuam tuo quem pro ipsa ~~fundisti~~ fudisti precioso
sanguine revocares. Cuiusquidem diei vite resurgens tercio de illo in quo mortuus iacuisti
in baratro certitudine firmissima comprobasti. quoquidem nobis est solidata fides. aucta
spes. ut sicut incorruptibilis et impassibilis et immortalis resurrexisti. Ita sicut et nos
resurgemus. Tu etiam bone et pie domine post tuam mirabilem et singularem resurrectionem
quadraginta completis diebus quibus experimentis luculentis indiciorum multiplicatis te ab inferis
vivum resurrexisse declarasti. et ut nulla oriretur ambiguitas ad celos cunctis cernentibus
discipulis tuis virtute propria ascendens. nobis ianuas reserans paradisi. ad dei patris
omnipotentis dexteram consedisti. ubi sine fine sedes. Tu insuper bone ihesu. a deo consti-
tutus iudex vivorum et mortuorum. sicut in illo ascendisti die. Ita in tremendo et horri-
bili universalis die iudicii descendes reddere singulis secundum opera que fecerunt. coram te
tunc certe procedent reges. omnes stricte sic dinas. te tunc omnes timebunt qui te
nunc contempnunt. Quid tunc tibi infelices homines qui nunc eam malefecerint gloriam
tuam dicent. qui te omnia scientem cernent. quibus nullum amplius erit remedium
misericordie. Quando in conspectu tuo potentis omnia cernentis omnia et solum quod iustum est
iudicantis stabant miseri qui totum suum in mundi vanitatibus et flagiciis amiserunt
tempus. plus demonis fallacibus quam tibi insistentes. plus filiis et filiabus et mundi
gloriam momentaneam quam te diligentes. Tu tunc ergo eos iratum vultum cernent. quam
tam severam expectabunt sententiam. cum eos de minimo quoque cogitatione et sibi accusa-
bit conscientia et demonum caterva et simul quelibet creatura quam te deum offendendo
offenderunt. Tunc videbunt statim quod fuerit sua contumacia se accepturos tormenta quibus
et corpus et anima simul cruciabuntur cum dyabolis sine fine / nullum inde in perpetuum
resurgendi expectantes. Ve ve miseris qui se in isto brevissimo tempore cum
vilissimis bonis temporalibus ebriant non solum inopiam non afferunt suis possesso-
ribus. sed et ipsa sua faciunt indigencia negligentes ut bellinas redigunt. Ve ve
qui saltem hoc timore tanto peccare et tuam provocare iracundiam non desinunt si tuo
nolunt proprio amore ut tenentur. Item ad sacramentum v. v. v. v.

Sed quo pie ihesu tu cuius tanta est magnificencia / ut nulla queat explicari
creatura quem celi mare et omnia que eius ambitu continentur capere non
possunt. Tu enim idem totus ubique locorum ubique es / nec intus inclusus nec extra
exclusus. Item in celo ad patris dexteram omni superiori virtute et gloria
qui tue celsitudinis speciem contemplatur. Item in terra pugillo tuo con-
tinens et concludens. Item in mari et in abyssis admirabiliter regens omnia et con- 8
servas. Item in inferno potenter dominans sub tanta panis brevitate contineris
non particulariter sed integre et perfecte inseparabiliter. O ineffabilis admiracio O omni
novitatis novitatum. oculi nostri videant albedinem. saporem sentit gustus / odorem olfactus.
tactus quoque subtilitatem reperit. sed auditum cordis reputat nostre illa non fore accidencia /
Hec certe pro te sola existunt accidencia sine subiecto / quia non ut humanis videtur
sensibus / panis est. sed totum corpus tuum integer sicut in celo ad patris dexteram residens
deus et homo. Tu es panis vite qui de celo descendisti. dans te sumentibus digne vitam.
non sicut manna quod in deserto nostris pluit patribus. de quo omnes qui manduca-
verunt mortui sunt. Certe qui te digne sumit quamquam morte corporali anima a corpore
separetur non moritur in eternum. quia non illa separacio mors est. sed de morte

ad vitam transit. Et qui te digne manducat in mundo moriens tecum eterne vivere
incipit. O quam preciosa mors illa est antequam homines mortui sint postquam vivere incipiunt.

¶ Tu panis angelorum / tua visione angelos reficis et glorificas / tu esca es anime
non corporis, impinguans mentem non ventrem. Tu in te non impinguatur
virtutibus nimis eger iacet in flugiens. Tu te manducantem ut conderet
in te transmutas, ut tui participem efficiat deus, non tu in illum transmutaris
velut alia fiat corporea esca. Sed ve te indigne sumentibus, certe ad sui penam
et reatum te iterum crucifigunt, non quod te dividat illa manducatio, cum impassibilis
et immortalis omnino es. Heu domine mi quid dicam. Quot hodie sacerdotes te comedunt
in altari ut canes peccando et volucres / ymo penitus nocte mulierem fruuntur
actu turpissimo / et te mane masticando comedunt. Ubi domine latitas dormis ne an
vigilas / est tibi hoc acceptum sacrificium. Est hoc oblacio quam eligis, exaudis precor
de celo et de sede maiestatis tue. Vere si hoc velles sacrificium et libamen
mendax fieres et pactum scandis. Certe domine si vera sunt que per os locutus es prophetarum
si iustis solum supplicancium presto es / et si tibi placet equitas hoc tale est impediendum
sacrificium / ne fiat. Quamquam misse et natura sui sacrificium bonum sit / nec possit violari ma-
lis sacerdotibus, quia malicia non diminuit sacrificium. Unde huiusmodi sacrificium fit
ad sacerdotis iudicium et dampnacionem, non pro quibus fit prodest / ymo ut verissime
dicam / qui vitam sacerdotis agnoscit / et eum pro se celebrare facit / fit in eiusdem pec-
cato consors / necnon et pene particeps. O magnum et inscrutabile misterium / pa-
nis accidencia franguntur per partes / et tamen in qualibet manens particula to-
tus et integer Christus sicut erat antea. O humanorum illusio sensuum. Franguntur
illa que humanis sensibus intra videntur accidencia / et tamen frangere nec cor-
rumpere te dentes videntur masticare velut materialem panem, et tamen nequaquam
masticant. O nobile convivium in quo sub panis et vini specie totus Christus deus
et homo sumitur / et ita totus in panis specie / et in qualibet eius particula / et in
vini specie / et in qualibet eius gutta / sicut in panis tocius et vini specie simul /

¶ Nam totus perfectus et integer sub panis specie et sub qualibet quantumcunque minima
continetur particula / et idem in vini specie et in qualicunque gutta permanet. O
esca sacratissima quam vere comedens deus efficitur iuxta illud: Ego dixi dii
estis et filii excelsi omnes. Liberantur a malis, implentur bonis et mortalis indu-
bitanter efficit. O sacrum inter peregrinacionis viaticum quo de hoc nequam seculo perve-
nit ad celestis chori consorcium. Patres nostri in deserto manna comedentes non
pervenerunt ad terram promissionis / qui vero te comedit in tua fortitudine
ambulat ad montem dei oreb. O comestio delicatissima in qua omnis saporis
et odoris est suavitas / omne delectamentum, omnis medicina / omnis sustentacio
et omnis requies a labore / necnon et omne quod desiderari potest. Tu domine
vita es qua omnis vivit creatura, et sine qua moritur. Tu es vita vitalis dul-
cis et amabilis atque iocunda odoris tui suavitas egros recreat et debiles fa-
tuus fiat sapor salubres et fortissimos. Tu lux illa incomprehensibilis que
omnem illuminans hominem venientem in hunc mundum. Tua mi domine est
omnis potencia, tuum omne regnum. Ante te curvabitur omne genu.

¶ Omnia quecunque vis facis in celo et in terra in mari et in abissis. Tibi
nichil est quod posset resistere voluntati / in te / a te / et per te sunt omnia / et sine
te nichil. Eya ergo fidelis anima gaude / epulare / ne moreris his pasta deliciis

ne pigriteris hoc sumi convivio in quo non carnes hircorum nec thaurorum ut olim in lege. sed salvatoris tui corpus sumendum presentatur. ¶ O signum dilectionis inestimabile. ut idem sit dator. cibus. et donator. ¶ Est ipsum donum quod magna dulcedo tua domine quam abscondisti timentibus te et perfecisti eis sperantibus in te ¶ O ferculum excellentissimum venerandum colendum et adorandum glorificandum amplectendum / [illegible] extollendum laudibus exaltandum cunctis preconiis firmiter in cordis visceribus retinendum et preciosius temporibus quo affigendum ¶ Cecidit homo per cibum ligni vetiti ad miseriam / per te relevatur ad eternam gloriam ¶ Tu certe in rectis et ~~h~~ eruditis habitas cogitationibus. tu miserrimum arrogantem et superbum divitem cum divitiis manem et vacuum et de te famelicum ¶ Tu pauperem iustum pium et humilem omnibus eos implens divitiis tue domus ubertate sacias. in te et per te est rectum iudicium et equitas ¶ Tecum prudencia et omnis fortitudo et omnis victoria. per te sancti regnant in celestibus. per te doctores predicant. per te iustus contra hostes viriliter dimicat ¶ Tu superbum potentem deponis de sede. exaltando humilem ¶ Tecum sunt omnes divicie. te diligentes diligis. qui ad te puro corde vigilant te inveniunt. qui cum simplicibus et rectis corde gradieris ¶ Tu solus ante omne principium. cum etas et finis et principium ¶ Tu solus sine tempore a deo patre genitus. O quam beati qui te diligunt. qui aliud quam te non desiderant. qui de te assidue cogitant. qui de te digne comedunt. qui tecum manentes vias tuas omni tempore custodiunt ¶ Certe qui te inveniunt vitam inveniunt et hauriunt salutem interminabilem ¶ O esca mirabilis ac stupenda delectabilis / ac iocunda tutissima / ac super omnia optanda. in qua sunt tot innovata signa et mirabilia immutata. in qua omne habetur delectamentum / et ad omnem gratiam conferimus incrementum ¶ Quam singularis et inaudita liberalitas. quam superhabundantissima ac prodiga largitas. ut tui neminem exhortem facias. nisi qui ad te venire contempnet ¶ Si quis igitur parvulus in se senciat ad te veniet et te comedens fiat magnus. et relinquet semitas infancie. per vias ambulabit prudencie ¶ Si quis debilis est ad te declinet. et pane tuo fiat fortis ¶ Si quis infirmus sanabitur ¶ Si quis mortuus si audire voluit vitam interminabilem apprehendet ¶ Tu qui magnus es et fortis. nec hic te deserat. ima semper habundant in te inveniet quod persistat ¶ Nemo certe sine te potest vivere ad momentum. tu solus vitam das omnibus creaturis ¶ Defecit cor meum et caro mea deus cordis mei et pars mea deus in secula In te solum delectatur cor meum In te exultat anima mea ¶ Tibi soli adherere cupit mens mea. quia qui elongant se a te peribunt ¶ Tu autem domine ne longe facias auxilium tuum a me sed tuam inclina ad me aurem misericordie. te edit pauper et inops. et saciabitur. tuum vivens cor laudabit te ¶ O lux insensibilis et inextinguibilis et animam illuminans. vere certe hinc secus viam misere michi fili david clamanti visum tribue ut videat cecus queso esto domine hinc pauperi ut sis michi in adiutorium et in locum refugii salvum me facies ¶ Et tunc si ambulem in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es. Mortuus enim pre ihesu iaceo exurge et resuscita me et confitebor tibi ¶ Eger et infirmus sum cum nulla est amplius in carne sanitas. medicus es sana me. nudus affligor frigore dives es indue me / Fame in hac solitudine pereo / cibus es sacia me ¶ Potacio salubre poculum es inebria me ¶ Infixus sum in limo profundi et non est substantia ¶ Veni in altitudinem maris et tempestas demersit me. laboravi clamans facte sunt rauce fauces

fauces mee iam intraverunt aque usque ad animam meam ¶ Educ me de laqueo isto protector meus gubernator meus firmamentum meum refugium meum Deus meus et rex meus et dominus meus in tuis commendo manibus spiritum meum quem de crucis stipite redemisti tua vita et misericordiam tribuisti ¶ Respice domine humilitatem meam nec concludas me in manibus inimici ¶ Hodie terram ingrediar in locum tabernaculi admirabilis ut inhabitem in domo tua in longitudine dierum seculum seculi

¶ Qualiter beatus iheronimus emisit spiritum

His finitis verbis vir domini gloriosus sacrum domini corpus suscipiens ad terram supinus redit ¶ Deinde manibus in modum crucis supra pectus tenens Simeonis prophete canticum decantavit Quo finito subito omnibus qui aderant cernentibus tanta in loco in quo iacebat sanctus lux effulsit ut instar solis radii splendor quorumlibet nubraret oculos ne possent morientem virum gloriosissimum aequaliter intueri ¶ Illa quidem luce ad horam permanente continuatione quidam agmen angelorum ibidem viderunt undique discurrentium ut scintille in arundineto solent ¶ Quidam vero angelos non viderunt Sed vocem lapsam celitus audierunt sic dicentem Veni dilecte mi tempus est enim ut mercedem ampliatam pro laboribus quos mei causa voluntarie supportasti ¶ Quidam tamen nec viderunt angelos nec hanc audierunt vocem sed tantum ea ipsi a beato Iheronimo illa finita voce hec audierunt verba ¶ Ecce ad te venio suscipe pie Ihesu animam quam tuo recuperasti sanguine ¶ Et tunc subito illa lux disparuit et illa anima sanctissima tanquam sidus omnibus virtutibus radians carnis resoluta vinculo celorum regna adiit gloriosa ¶ In quibus iam certe illam conspicimus nitere et splendore infinite beatitudinis et multorum choruscatione prodigiorum Quoniam non potest abscondi civitas supra montem posita Nec voluit deus quod de morte ipsius lateret sanctitas cuius vita sanctitatis causa fuerat et salutis totius ecclesie militantis ¶ Tandem denique illa recedente sanctissima anima odor subsecutus est per dies non modicos ut nulla forte talis recordetur etas ¶ Sed certe dignum erat ut illius nuta odoris precipue clareret indicio qui ad unitatem fidei intemerate membra scindi suorum verborum odore evacuerat

¶ De visione beati Cirilli episcopi

Hora namque hec prius et domini huius transitus gloriosi dici erat ultima in qua quidem et sui athlete pius dominus gloriam demonstravit Ut omnibus qui in ecclesie domo habitant proferret clarum lumen. Hoc modo ¶ Cirillo episcopo Iherosolimitano gloriosi Iheronimi ipse dominus revelavit ¶ Cum iam dicta hora Cirillus episcopus devotus in sua cellula orationibus inhereret. sursum in spiritu raptus velud in extasi factus subito. quoddam a monasterio in quo vir sanctissimus migraverat usque ad celum invisibile et speciosissimum vidit iter ¶ Cuius tanta erat pulchritudo et admiratio. ut sicud ab eodem postmodum cognovimus. stupore velud amens effectus. huc illuc usque admirans. sursum pulsisset credebat oblivium sui ¶ In hac siquidem positus mentis amplitudine elevavit oculos. et ecce angelorum maxima a monasterio sonitus veniebat alternatim melodias et mellifluorum cantuum vocibus gerentium. quorum videbantur vocibus celum et terram et omnia que corporis glorie ambitu undique resonare faciebant erant singuli angelorum singulis manibus accensos cereos quorum claritas solis repellebat lumen ¶ Sed quid addam tante admirationi admiratio. Ad celos vertens Cirillus oculos. non minore angelorum claritatem mirum modum sanctis ipsis obviam venientium qui tanti huius animus consortiis eructu intuisset quid quid hoc esset ¶ Sed tanta stupore eum opprimebat. quod quid diceret nesciebat ¶ Ut illo Dominus conspectante. gloriosam animam Iheronimi [illegible] cantibus qui [illegible] angeli et [illegible]

miro decoratum pulchritudinis videt venientem ad quem erat dextra salvator ei occur-
rit veniendo || Que cum esset in loco quo ancillus stabat gradum figens et stans ei taliter est
allocuta. Agnoscis ne me? Ad quam ille se minime cognoscere. Quis enim es qui tanto celestis honoris e-
mines? At illa: Ego Jheronimus unquam fuit aliqua tibi cognitio? At ille recte quem nominibus
singularem affectu diligo caritatis || Sed queso ille ait et illa: Cuius sum anima que gloriam iam
obtineo quam sperabam. Ad meos pergito filios et que vidisti narra: ut a luctu desinant et
meo statu congaudeant. quem elegi et tribus omnibus finitis. illa beata visio abscessit a
nimis oculis. et sui ipse semet reversus. perunctus ancillus ineffabili gaudio prehabundans ita
tamen quod per totam noctem illam non se a lacrimis potuit mentis leticia continere || Ec-
ce ergo mirabilis est dominus in sanctis suis. mirabilis in maiestate faciens prodigia || Dextera
domini fecit virtutem dextera domini exaltavit eum. notam faciens in populis virtutem eius || O
divini amoris immensitas. O dive largitatis affluencia || Quid enim ipsi suo potuit facere filio
honoris et glorie et non fecit. tam copiosa et in vita et in morte erga eum fecit munificencia
|| Dedit enim ei dominus claritatem eternam et nomine eterno hereditavit illum et fecit
eum heredem gaudiorum superiorum in quibus permanebit in secula || O vita singularis honoris
et admiranda gloria excedens pene aliorum sanctorum gloriam et honorem. ubi non solum
illa sanctissima anima omnibus celestibus comitatur cohortibus. Sed etiam ipse corpus salvatoris fulget cum
sola in celo fulget insignibus dignitatum. illa beata anima. Sed etiam corpus suum sanctissimum non
cessat in terris radiare miraculis. Ad cuius narrationem cogimur iam redire || Defuncto
namque ut dictum est viro sanctissimo hora completorii: corpus illud fragrans aromatibus.
custodientes totam illam insompnem noctem duxerunt circa eum matutinis signis prodapne
ac nimis obvenerat fletibus. Et quod sub spe iam obtinuerat gloria gaudiis vigilancium
Mane autem facto divinis peractis ut condecebat misteriis. debitisque obsequiis honore de-
cente in bethleem iuxta presepe in quo pro nobis corpus eiusdem de intemerata virgine
conformatum natus dominus vagiit. corpus suum sacratissimum tali coopertum linteo in terra ut ordinaverat
sepelivimus || Cuius autem ipso die et etiam ad presens miraculis gloriosis. ministravit dominus
sanctum suum et filium Jheronimum. non foret enarrare sufficiens lingua cuiusquam. Sed tamen aliquid
de minimis ne noscet nimis prolongetur sermo miraculis referam. Miraculum
Quidam a nativitate cecus in ipso sepulture sue die videndi beneficium. corpus tangens sanctum
obtinuit || Quidam etiam surdus et mutus iuvenis. sacratissimum corpus deosculans. soluto vinculo
et lingue ligamine et loquendi et audiendi gratia est concessa || Et recte dignum erat. ut qui
ceteros vere lumen que corpus est tenebris obcecatos suis sanctissimis doctrinis et exemplis
illuminaverat. surdis quoque et mutis in divinis operibus verbum exercuerunt medela. ut et divina
intelligerent documenta et catholice fidei confiterentur rationes quas spernebant. || In die
obitus sui gloriosi et ceteris lumen tribueret corporale. Ac surdis et mutis concederet sani-
tatem. Quia plurimum ut asserunt qui viderunt a nephandis spiritibus obvolutati in loco
quo sanctum quiescit corpus clamantibus diris vocibus et rugitibus sancte Jheronime
cur nos tam graviter insequeris. ut nostrum semper flagellum fuisti et vivus et nunc mortu-
us mirabiliter liberati || Heretici quidam cum predictum beatum Jheronimum blasphemarent
et eius forte dictum corpus incendio diceret. visione divina ad aliorum hereticorum formidinem
in ligni specie est mutatus et subito cunctis qui aderant videntibus igitur celitus eum devasta-
vit cum taliter consumpsit quod totus in cinerem est reversus || Ad hec magna hereticorum multi-
tudo cum tanta sive sanctitatis advertentes experientiam et ad unitatem sancte fidei tantis et tot apertis
signorum indiciis tracti quibusdam clamantibus precordiis vocibus ad corpus sacratissime
ex temeritate fidei lumine redierunt || Quid plura dicam. Certe in generatione et ge-
neratione vix crediturum quique pro illum deus omne voluit ut magnificet eum et coleret

2m

3m

exhiberet universis || Quia magnus certe est iste tot faciens mirabilia. Cui certe non est similis secundum opera sua magna magnalia de hoc per mundum resonet universum || Cum gloriosi currat fama triumphi per omnem terram et ad extrema terrarum spacia rutilent sua lucida signa || Iam tantorum miraculorum multitudine corroboretur et cementata fides || Qui enim optimis integram sanitatem concessit, propitiatam [illegible] reddidit [illegible] mensam et tempus et vitam et omnes [illegible] desideret sensus si vellet omnia enarrare que operatus est in diebus nostris, que auribus audivimus, nec est [illegible] a filiis hominum || Letetur itaque totus fidelium cetus et tantum letitie et consolationis deo concipiet [illegible] voce quod [illegible] stella matutina in celi firmamento [illegible] fulgentes lucis radio [illegible] ad celestem patriam ascendit || Ipsius certe vita sanctissima fama et omnibus disciplina morum suorum est omnium fidelium constituta || Assunt hodie sancte matris ecclesie filii et pro tanti filii recessu pie lacrime et pro tanta eius gloria inestimabile gaudium habent. Liceat ergo mestissime pie matri ei pias lamentationes impendere cum tanto se cernit privata filio, viduata viro, destituta pugile et capitaneo, dextram palmitem que in agro fidei plantavit et coluit || Non michi queso imputetur filio tali orbato patri si pre dolore dampni tam destituta libera referam que non decent. Sepe namque ex nimia cordis abundantia plura homo loquitur que non vellet || Quid heu karissimi domini et patres vobis nunc referam cum nunquam prosperitate de[illegible] pectus ut forte meum que dira mors abstulit [illegible] venite et non invenio quem diligit anima mea, cuius amore langueo || Tedet animam meam vite mee quoniam ablatus est a me vita mea, consumptus sum sicud fenum et aruit cor meum et lumen oculorum meorum contristatum est, nec [illegible] spirituale gaudium est michi amplius in mundo cum lumen meum videre non possim || Obscuratus est sol meus et luna non stat in ordine suo || Quis tu et lupis quid faciet pastore privata [illegible] || Quid fecisti heu dira mors? Cum [illegible] tempore florem quo viget arbor media detruncata [illegible] o mors crudelis non illa sed michi et pene toti mundo a omnibus bonis [illegible] dimisisti || Quare aliquantulo non [illegible] toti ecclesie que subripuisti [illegible] non dimisisti [illegible] consideravisti quem tam velociter subripuisti [illegible] non [illegible] ab eius [illegible] quod fecisti [illegible] in mundo ei similis in virtute, doctrina et sanctitate. Hic certe princeps pacis, dux iustitie, doctor [illegible] constantia fidei [illegible] pugillator fortis, cuius sagittam [illegible] virtutis et equitatis [illegible] clipeus eius in bello et eius [illegible] aversa hasta [illegible] plorat ecclesia, plebes flete, quoniam cecidit dux [illegible] quoniam [illegible] consilium [illegible] obsidebit eam quoniam longe factus est [illegible] in tribulatione [illegible] et non est qui adiuvet [illegible] auxiliator eius [illegible] ad suam non aspicit defensionem [illegible] sepulchro protector solitus || Non certe adversus [illegible] Pro nimio clamat doloris et planctu [illegible] vidua plangit [illegible] || [illegible] pseudo prophete et [illegible] visiones mendaces et fraudulentis [illegible] heu [illegible] non est qui resistat ei [illegible] seductiones suas [illegible] et forte non est qui [illegible] Et tu quid dicas karissime pater [illegible] ubi [illegible] tua [illegible] consiliator, doctor et ductor [illegible] quesivisti que diligebas [illegible] consilio sanctissime [illegible] absconsa a corpore [illegible] Scribe scribe queso ne pigriteris ut si tua [illegible] distancia propinqua visione saltem [illegible] memoria frequens [illegible] || Plora igitur, deducunt oculi lacrimas per diem et noctem, quoniam [illegible] scribentis manus tamquam flos feni || Iam non est tibi amplius [illegible] memoria [illegible] dulcis et iocunda que fidelium erat mel dulcissimum [illegible] in multitudine consiliorum tuorum defecisti, qualem amisisti consiliatorem et adiutorem. Certe [illegible] extincta est lucerna in medio ecclesie lucens ut non est qui panem tibi frangat vite [illegible] non nobis sed sibi lucebat, non mundo sed celo splendebat. Quid ergo dicam [illegible] unde [illegible] michi veniet auxilium [illegible] certe ut [illegible] a deo facta est [illegible] hoc [illegible]

|| tam velociter a te [illegible] quod [illegible] moriens [illegible]

talem abstulisti filium protectorem et quem eius hostes bellice forte voluisti eum habere tecum
Certe domine non eo egebas ut ipsi: bene quidam ei subvenisti sed nos orphanos reliquisti.
non conqueror quod aliud quam iustum fecisti. quoniam certe iam ipse merebatur finem
imponere huius vite laboribus et tecum regnare in celis sed doleo quoniam tantum [illegible] dampnum
ecclesia absente eo utinam eum redderes ut tuam regeret stabiliret et defenderet ecclesiam pre-
[illegible] || Quid bone ihesu de cetero facient filii tui carentes [illegible] [illegible] similiter
in civitate ut [illegible] non habentes || Erunt oves errantes non habentes
pastorem discipuli sine doctore cives sine duce. Heu pater pie theodorice nostre [illegible]
[illegible] nobis est quod huius sanctitatis [illegible] sine te dulcis amicicia. ubi cubas indica nobis.
[illegible] est terre filius qui nunc nil voluisti fore terrenum || Bethleem bethleem civitas iuda
que non minorem retinet de principibus iuda. quod fecisti. redde nobis que retines patrem.
Sed et tu terra quare audes retinere hominem non tuum qui nil gessit terrenum. nil carna-
le. Certe sua redolevit caro. Suspende et tu pissime theodosi tua de salutibus organa
non prius resset fletus cum tui dilecti theodorici recordaris que amisisti. Quanta denique post
doloris affectio. quanta exstitit dilectio tanta sit lamentatio. quanti dampni sed que posset mor-
tem explicare lingua. quanta eo superstite adherent toti ecclesie utilitates. quanta christianorum
singulis salubritates. quanta [illegible]. quanta que hereticis destructio ac dissipatio. Sic quoque omnibus
christicolis amabilis erat. decorus in vita sua et ideo eius recessum singulis flere licet ut
et qui se abscondat et excusare possit ne in nostra nimis protrahatur sermo ut breviter
concludam que pro nostro dampno ad dolorem attinet. ut quod ex illo proveniebat omnibus
utilitatis et exultationis explicare non potest. ita dolor et lamentatio || Cesset igitur dolor. Absit
tristicia quibus tamen attingere non possumus que vellemus que non solum adhibet do-
lori remedium. sed auget. Si patrem nostrum diligimus eius leticia gaudeamus. non vere diligit
qui sua tantum utilitate diligit || Quod certo et si pro ea que nobis evenit utilitatis dole-
mus et pro eis que recepit gaudia colletemur || Adsit ergo nobis hodie causa magne leticie.
cantet quilibet nostrum domino novum canticum. sonoro iubilet vocibus mater ecclesia in hymnis
et confessionibus. plaudat hodie plebs catholica. undique conveniat christiana corona hodie
certe obtinuit theodoricus quod tanto estuabat desiderio. hodie devictis hostibus semper obti-
nuit triumphum || Certe omnibus expletis laboribus requiem possidet sine fine. Iam non
esuriet neque sitiet amplius neque cadet super eum sol neque ullus estus. ablata est ab oculis
eius omnis lacrima. abiit cum omnibus luctus. iam et dolor sibi de cetero non est. ita certe
meruerat hec pro qua tota vita sua laboravit || Consolemur ergo omnes magnificemus
deo nostro. quoniam dei perfecta sunt opera et omnes vie eius iudicia. confiteamur domino et col-
laudemus deum salvatorem nostrum. qui non dereliquit servum suum sine adiutorio in tribulationibus
huius vite quia in agone [illegible] [illegible] eum || Sed adiutor et protector suus
factus liberavit corpus suum a perditione. a laqueo lingue inique. et a labiis operantium
mendacium et eum sublimius collocavit inter patris mansiones. ubi omne est gaudium omnibus
suavitatis omne quod desiderare potest || Ubi felix et gloriosa est refectio animarum post labores et
certaminis. ubi dulcis solempnitas angelorum. ubi vera societas et civitas omnium civium
superiorum. ubi certe nemini timor aut dolor contingit. ubi nulla penitus angustia aut
angustia tribulatio aut adversitas. nulla ibi infirmitas nominatur. nemo ibi de suo
fraudatur desiderio || Preterea ibi desunt mores. nulla ibi prorsus pars glorie experitur
minoratio sed augmentum. secundum omnium universalis erit resurrectio mortuorum. ubi et corpus

[illegible] frangat

cccx

cuilibet beatorum simul in eterna predictam gloriam, quam nunc solus possidet eterna sine mutabilitate possidebit. Quantus autem angelorum et hominum quanta sit nunc consimilia gaudiorum et glorie que ibi subsistet sufficiens enarrare, cuius erit intellectus ad hoc intelligendum idoneus, que nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Certe si hec quantitas gaudia considerentur, iam terrena omnia viliora omni stercore apparebunt, et hec transitoria vita illi comparata, quod quilibet hominum contingeret, quam citius poterit ardescere ut illius incomparabilis efficiatur. Hec vita caduca et momentanea reputaretur illius mors potius quam diuturna vita. Omnis mundi fallax et vana letitia, poculum amarissimum, et cuius sarcina haud esse [illegible] sarcinam deponens Ieronimus sanctissimus optimam illam elegit partem, que ab eo nullo tempore auferetur. Ideo gaudete et exultate, cantate et psallite, quia pater meus gloriosus navem plenam celestibus divitiis et etiam meritis onustam conspicuo in littore collocavit, anchoram spei tranquilla in contemplatione firmavit. Iam certe bravium optinet, pro quo in agone longe seculi ab omnibus se illicitis abstinendo cucurrit. Iam victor de suis hostibus triumphat, in quibus sancto timore domini munitus viriliter dimicavit. Iam coronam recepit, pro quo tanto labore in vinea sua certe laboravit. Iam talentum domino reddidit duplicatum, pro cuius mercede in gaudium domini meruit intrare. Propter hoc gaudens gaudebo et exultabo dilecto patri meo cantando nomini, ut sit laus eius in ecclesia sanctorum. Certe dilectus pater meus candidus speciosissimus electus ex milibus, in quo nulla est macula, pascitur inter lilia in vinea domini sabaoth. Certe flos campi et rosa nimio fragrantis odore de ortu imperii certe in viridarium est domini transplantatus. Certe cypressus in celi altitudine se extollit, ad insulas longe divulgatum nomen suum, ut sit in eternum eius memoria in benedictione. Exultate igitur fratres mei et domini, letamini et laudate, quia decet laudare dominum qui mirabilis est et se in suis declarat sanctis. Delectetur omnis orbis, erubescant fallaces heretici et iam se noscant ad nihilum devenisse. Certe non est mortuus ut estimant sui hostes, sed certe victor regnat in terra viventium. Iam certe eius refulget claritas per ecclesie palatia. Iam veteribus depositis armis fragilibus nova induit ac preciosa. Hodie undique facta sit in populo christiano letitia. Exultet christiane fidei mater ecclesia, cuius hodie gloriosus filius et custos, amator et propugnator [illegible] omnibus contrariis hereticis dogmatibus et suis fallacibus doctoribus [illegible] omnibus [illegible] de agro fidei catholice et doctrinis sanctissimis et prefulgentibus sicut ac prodigiis ut [illegible]. Tale igitur Ieronime gloriose [illegible] semper apud deum sis [illegible] ut tua valeamus piissima intercessione ab omnibus protegi [illegible] memoriam [illegible] et consequi gaudia que iam tu possides adipisci. ~~Amen~~

~~Explicit epistola beati Cirilli [illegible]~~

~~Incipit epistola beati Augustini doctoris eximii ad beatum Cyrillum secundum Ierosolimitanum episcopum de magnificentiis eximii doctoris beati Ieronimi presbiteri~~

Gloriosissimi christiane fidei athlete, sancte matris ecclesie lapidis angularis, quo nunc firmata consistit, nunc vero in celesti gloria sidere radiantis, olim Ieronimi presbiteri laudes venerabilis pater Cirille silentio ne preterirem. Aut lactentis balbucientis pueri ut vir pollutus labiis me fore locuturum [illegible]. Celi enarrant gloriam dei et omnia que fecit dominus cum sanctis suis laudant.

Si silere debet rationalis creatura a laude dei, irrationabilia non silent creatura aut loquitur: cum si taceant lapidibus clamare iubetur, certe loquar, non tacebo quominus laudare Iheronimum, quem quamvis condignis et sufficientibus laudatorum existimem, ne non sit pulchra laus in ore peccatoris laus, tamen ab eiusdem laudibus mentem retrahere [illegible] itaque manus mea et lingua mea pro posse non cessabunt. quoniam certe magnus est iste vir sanctissimus mirabilis et metuendus super omnes qui circumeunt eum. magnus certe in vite excellentissime sanctitate. magnus in sapientie incomprehensibilis profunditate. magnus in maiori [illegible] glorie quantitate. mirabilis in prodigiis operibus metuendus que sibi a deo tradita sunt. propter quod magnus itaque sit iste gloriosissimus Iheronimus in sue vite excellentissime sanctitate, quos patefecit mea lingua, nec pene aliorum non sufficiunt mortalium lingue ut eius excellentiam explicarent. Sicut quidam dicunt alter Helias, alter Samuel, alter Iohannes baptista vite excellentissime sanctitatis. Helyas et Iohannes heremite magni ciborum et vestium asperitatibus carnem macerarunt; non minor Iheronimus vite gloriosus heremita, qui per quadriennium in heremo ferme corpus suum compescuit. ¶ Quinquaginta annis ut verum dicam sibi littere quas predicte tempore plenius et melius sciebant et ut me certius nosse [illegible] vini et sicere aliquatenus non gustavit. ab omni carnium piscium esu ita se abstinuit quod vix ea nominare volebat. coctum quid non in [illegible] consuetudine sibi comedit. cilicino sacco carnem velud ethiopis maceratam desuper panno vilissimo se tegebat. stratum aliud nisi terram nunquam sciuit. non nisi de fructibus aut herbarum foliis sine [illegible] pastus in die. post vesperas se orationibus plenius incepit usque ad horam tertiam noctis vigilabat. primo sompno [illegible] in terra dormiens usque ad mediam noctem quiescebat. qua quidem completa surgens hora lectionibus et scripturis sanctissimis quibus tota radiat ecclesia velut lapidibus pretiosis intentus usque ad esus horam perdurabat. ita levissima flebat peccata venialia ut quis eum estimasset hominem interemisse. ter in die [illegible] verberibus se flagellabat, ita quod ex eius corpore rivuli sanguinis effluebant. quin etiam [illegible] adeo ut post [illegible] fugiebat sibi otium, nullum tempus sompno aut sacris lectionibus aut scribendo aut docendo curiosos occupabatur. ¶ Quid plura loquar? si sanctorum [illegible] vitas perquirere, eo ut puto maiorem neminem invenire. ¶ Et quia superius Samuelem nominavimus, sufficit hunc Samuelem ostendamus. Hic certe ille Samuel qui de variis litterarum studiis [illegible] sacre scripture misterio deputatus. [illegible] divina gratia confluente utriusque testamenti lumine vidimus. eius brachii fortitudine hostium maxima pars est dispersa. Hic certe gloria [illegible] utriusque testamenti ex hebreorum lingua in grecam quoque et latinam. disposuit quod ipsius [illegible] declaravit enigmata et obscura dubia et nodosa [illegible] in toto orbe [illegible] totam pene ecclesiam edificavit. Bene magnus apparet in sapientie inenarrabilis profunditate. liberalis aut [illegible] conscripsit, sed per relationem omnium nullus sibi similis apparet. ¶ De scripturis vero sacris [illegible] epistole quas ad me direxit [illegible] scientia didici equalem sibi nunquam neminem [illegible] hebreorum, grecorum, chaldeorum, persarum, medorum, arabicorum et pene omnium nationum linguas tamquam si fuisset in eis natus et educatus sciuit. quid plura dicam? Nunc Iheronimus [illegible] in quantum [illegible] nullus sciuit hominum. ¶ Nec me iam [illegible] pretermisse [illegible] Iheronimi vitam [illegible] dignitates eius nescire [illegible] multo tempore. ¶ Sed testor deum quod [illegible] si voluissem tacere non potuissem. ¶ Constituitur in [illegible] sanctitate sua et ipsi aliis

in quibus maioris gloriae quantitas quam nulli sanctorum competit sine fine. Nulli utique
dubium quin infra mansiones patris ipsius una cum maioribus et sublimioribus sedibus opti-
neat locum cum homo ibi suorum operum premietur et iste perfectionis perennis vitae cum haberet clari-
tatem ipse unus de maioribus et sublimioribus caelestis Jerusalem civibus fore. Quod ut a nobis
plenius et certius credatur quodam modo prae ceteris quorum recordetur eius valde mirabilis
apparet prodigiis consuetis et mirandis ostensis quibus mihi aliqua venerabilis Eusebius
suis litteris declaravit. De ceteris vero prodigiis quae contigere ibidem mirabiliter fuit ut quae in-
telligo relatibus plurimorum audivi et audio tamen ipsi pro hunc supplico ut mihi de brevi re-
tam quedam potest breviare et utilia miracula collecta quae nonnullis sanctitatibus adderet eiusdem ibidem
mum sanctissimum devotione diffinitis non deneget scribere mihi sanctissimum Jheronimum non-
latavit quid erga me divina annuente clementia de ipso sui obitus die acciderit enarrabo.
Eodem namque die et hora qua corporis pondus et mundanae miseriae togam ~~Jheronimus~~ suscepit
Mestissime in pectore de mortalitate et de spiritualibus letitie mente dispositione in cellula mea quiescenti
ac cogitanti qualis inesset animabus sanctorum quae cum Christo gaudent gloriae et letitiae quantitatis.
cupiensque inde et hac materia brevem componere tractatum precibus impulsus Severi quondam
venerabilis Martini episcopi Turonensis discipuli Carta calamo pugillaribusque in manibus suis
receptis breve vellem similiter epistolam Jheronimo sanctissimo destinando ut quid ipse sentiret rude-
rem cum in tam difficili questione ab illo alio vivente me posse credebam doceri.
Incepi iam scribens salutationis exordium Jheronimo ut prenotarem ineffabile subito lumen nu-
in visum temporibus nostris quod nullis linguis declarandum cum ineffabili inauditoque odore omni-
um fragrantia cellulam in qua stabam intravit hora iam completorii. Quo a me viso stu-
pore admiratione et commotus animi et membrorum virtutes amisi. Nesciebam enim tunc
quod Christus mirabilis Deus constituisset servum suum notas faceret in populis virtutes suas.
Nesciebam etiam quod Deus antiquae miserationis servum suum fidelem a carnis immunditiis
dissolvisset et sublimissime ei in caelo sedem preparasset. Nesciebam tunc investigabiles vias Dei
Nesciebam thesauros infinite Dei sapientiae et scientiae secreta et occulta Dei iudicia. Ideo agnos-
cebam quoniam quos vult facit sua infallibili scientia ad sui agnitionem venire. Quos ac-
vocat predestinatos iustificat et beatificat prout decrevit convenit. Itaque cum talem odorem mei
numquam prosenserant hucusque talem olfactus meus numquam odorem senserat et tam novis et tam
diversis mirificis obstupescebam. Inter haec autem meis in me perplexis cogitationibus quod
hoc dulce haec dicens verba vox emittit. Augustine Augustine quid queris putas ne
brevi te mittere vasculo mare totum brevi concludere pugillo orbem terrae celum firmare ne
visitatos consistant motus quae oculus nullus hominum videre potuit tuus videbit quod auris nulla
per sonum hausit tua audiet quae cor humanum non intellexit nec etiam cogitavit
estimas te posse intelligere de fine rei cuius initium non fuit sine fine quia mensura metieris
poteris totum mare in artissimo claudere vasculo poteris terram omnium continens tenere
pugillus poteris a motu continuo celum desisteret quod gaudiorum et gloriae quibus beatorum anime
sine fine potiuntur humano intellectui capacitatem nisi ut ego experientia docerentur.
Desine ad haec brevi temporis spatio quae impossibilia sunt ne coneris donec huius imple-
atur vitae cursus. Hic ne queras quae non alibi nisi quo tu sciat perpetuo conveniunt pu-
tari satage talia exercere opera ut postmodum ibi quae hic aliqualiter intelligere incepisti totaliter
ineternum habeas. unde qui intrant misericordiam exponunt. Ad haec ego pavore stupe-
factus admiratus tremens visa pene omni quam vigore carens huiusque verbis aliqualem fiducie
audaciam tremebunda voce dixi. Quis utinam mihi fore. quis tu sis et tam glo-
riosus et tam honorificus ad illa properans gaudia qui tam dulcia eloquia mihi
meo fore non ambigere. At ille. nomen meum inquit est Jheronimus presbyter cui tu
mittendam epistolam iam scribens incepisti sum anima quae hac die hora in Bethleem iuda exuens

onis depositio. Ipso cum omni celesti comitatu cohorte omni decora pulchritudine omni illustrato
splendore illo induta immortalitatis deaurato vestimento circumamicta omnium bonorum et
gaudiorum varietate terrenorum omnium triumphatrix quadruplici diademate coronata et omni beatitudine
et felicitate vallata tam gloriose tamque ineffabiliter profecto ad regna celorum sine fine mansura.
Michi etiam detexit perfecto defectum glorie sed augmentum cum ipsi iterum corpori iungatur glori-
ficando et non moriturum sed gloriam quam nunc sola habet participaturo in illa siquidem universali
die resurrectionis. Tunc ergo amplius omnibus in me recollectis viribus pre gaudio alac-
ris non cessans flere inquit: O anima virorum optime tui merear fore pedissequus. Sed ipse
tui servuli quamquam vilissimi quem dilexisti in mundo nimia caritatis affectione recorderis ut huius
interveniente omnibus a peccatis emendatus tua gubernatione recto calle inoffenso pede progrediar.
tuis defensionibus assiduis ab omnibus cotidie impugnantibus protegar tuo quoque sancto ducatu
salutis attingam portum. Si placet divine voluntati tue aliqua michi interroganti responde.
Et ille: Quid optas, dixit, ut me omni voluntati tue inclinem. Sicut vellem, inquam, intelligere utrum
beatorum anime quedam velle possint que optinere nequeant. At illa: Unum Augustine noveris
quod sanctorum mentes in illa eterna gloria in deo sic solidate et firmate quod nulla sibi de alia vo-
luntate nisi dei, quod nil velle aliud possunt nisi que deus vult. Ideo que volunt optinere possunt. Et
cum quecumque volunt deus vult et complet. Nemo quippe nostrum suis frauditur desideriis quia
nil preter deum aliquis nostrum optat. Quoniam vero semper ut volumus deum habemus nostra semper
desideria sunt plenissime adimpleta. Longa quidem per hunc cum ille verborum repetere scribere si
omnia que michi gloriosa ipsa anima demonstravit patefecerit scribere in hac brevitate epistole.
Ipso enim quod Bethleem ad tuas reliquias visitandum permittente deo venia nos premit-
tos oculos, ubi tunc que audivi et conscriptis tradidi presentibus exprimunt. Plu-
ribus itaque horis gloriosissima illa anima ibidem mecum manens trinitatis sanctissime uni-
tatem et trinitatem unitatis, filii a patre generationem, spiritus sancti a patre et filio processionem, ange-
lorum ierarchias et ordines et eorundem beatorum spirituum ministeria, beatorum eterna animarum felicia
et alia multa et gratia hiis dignis intellectibus quam subtiliter quam evidenter quam mirabiliter in pa-
tefecit audio. Et si omnium hominum linguis loquerer non explicarem. Deinde lux illa ł lin
ab oculis meis disparuit. Et ego multis postmodum diebus ineffabilis odor suavitatis
remansit. Quam mirabilis ergo iste est tot faciens mirabilia, tot et tanta hominibus in-
audita prodigia. Ad ipsum ergo ore nostro clamemus et extollamus deumque gloriam
laudis eius, quoniam certe dignus est omni laude nec sumus sufficientes eum laudare.
Introivit enim in domum domini candidus et pulcherrimus, ubi sine dubio de preclaris
moribus et sublimioribus sedem optinet glorie. Quod ut iterum clarius veritatis lumine
pateat pluribus testibus, quod uno certissimo quod supradictus vir Severus vir doctrina et sapientia
pollens cum tribus aliis in ipso die obitus et hora Iheronimi in Turonensi civitate ~~[illegible]~~ mec
viderit visionem de quo quidem michi ipse solitarie ad me veniens fuit testis. Voluit
itaque deus ut sublimis Iheronimi gloria mundo non lateret. Veluti sanctitatis sublimis et
penitentie omnium excellentissima, ne illi quos sanctitatis eius delectabat sequi vestigia
habuisse cum premium ignorantes aliquando a sanctitatis declinarent tramite. Et cum
etiam alia tot et tanta clarissima retinentes prima illius sanctitatis et virtutis inherent
vestigiis minime cum laborem ponderis premiorum spes. Die et hora qua beatus
Iheronimus feliciter expiravit clarissimam sibi gloriam Severo et tribus aliis ce-
co fratribus taliter declaravit. Hora completorii die illo in domo sua Severus cum
tribus viris catholicis quorum duo monasterii venerabilis quondam Martini erant
monachi, dominus deus dictus loquentibus in celo et terraque cantum suavissimorum
inauditorum ineffabilium et incredibilium consonantias repente audiunt vocis et organorum et

tympanorum et totius symphonie et instrumentorum sonos quibus celum et terra et omnia ut videbatur undique resonabant. quorum suavitatibus corda nostra pene a corporibus exultabant. Stupefacti illico omnes illi elevatis oculis ad celum totum etherem et omnia que celo continentur ambitu viderunt quandam lucem septies luce solis preclariorem clarescere ex qua omnium odor aromatum erumpebat. Hec illi in miranda remittentes deum exorarunt precibus ut eos cur talia fierent non lateret. Quibus vox e celo veniens ista dixit. nulla vos moveat admiratio. nichil vobis videatur mirabile si talia videtis et auditis. Hodie enim rex regum et dominus dominantium Christus dominus exercituum et hoc nostro seculo autem gloriosissime Ieronimum de bethleem mox migrantem totis festivis obviam venit. ut eum pre ceteris tanto honorificentius et sublimius et excellentius ad sua introduceret regna quanto pre ceteris sublimior et sanctior vite meritis fulgeret. Hodie omnium angelorum ordines exultantes et talibus vocibus alternatim concinentes sonant suo domino. Hodie omnium patriarcharum et prophetarum cetus. Hodie apostolorum et discipulorum chorus. Hodie omnes sancti martires. Hodie confessores. Hodie gloriosa dei genitrix sanctis omnibus comitata virginibus. Hodie omnium sanctorum cum letabunda et festive suo occurrunt concivi et cum. His auditis vox siluit. sed tamen lux et adhuc et odor per horam perdurantes. postmodum cessaverunt. Itaque liquet per ipsum et sublimioribus et maioribus cumulis fore. quo et multis et magis et etiam meritis super omnes pene sanctos ob sibi traditam potestatem. Nulli sit quidem dubium ibi pre ceteris. que vult posse assequi ipsum sicud pre ceteris sua voluntatis dne magis roboraret. Nullus vero me tante audacie putet. ut fatear ipsum Iohanne baptista quo teste salvatoris nullus maior surrexit. petro et paulo et ceteris duodecim apostolis ipsum ab ipso Christo electi et sanctissimi sunt prestare in gloria. Sed tamen et si prohibeat ratio ipsis illum maiorem obtinere gloriam in celi regno aliquid audeo asserere. tamen nullas video rationes cur sit improbandum dicere illis equalem in gloria Ieronimum fore. Quoniam illis de vite sanctitate discors non fuit. sed non sit personarum acceptor deus. Sed singulorum meriti retinent et reddet unicuique quod meruit. Et si aliquibus videatur minore Iohanne et apostolis Ieronimum gloria optime. par videatur in minore ipsum optinere ratione et illius sanctitatis vita eius labor et erumna. Illius scriptis et verissime translationis utriusque testamenti. [illegible] fructus non solo presentibus sed etiam futuris prosperant eternam. paulominus fore nisi ipsum ab eisdem de gloria distare. Et ut verum testor deum puto indi- bit. Porro ne aliquibus dicendi laqueum mittere videar. Dum Iohanni et apostolis consimilem te et gloria equalem esse Ieronimum sanctissimum fateor. et cum [illegible] repplet non diu diebus quatuor de visione videre narrabant vobis non latent. et nec quis me hab laudes recte- redat. ut amore mortali quo homo unum vivat cognitionum narrare desinat. iam sane me impellit ut alia quaevis causa. Sed me hec non ambigere ab homine [illegible]. Sed per revelationem quam deus omnipotens suos exaltat sanctos et exaltando magnificat quarta precedente nocte mihi [illegible] cognitum. quibus laudibus [illegible] et [illegible] fulgente et magnificentie Ieronimum obtinere [illegible] monstravit hoc modo. Sed [illegible] itaque ut dum dispositus haurire tibi optatam scribere. [illegible] apta huius materiam invenire hora adveniente noctis media me sompnus oppressit et ecce maxima michi affuit angelorum multitudo. Inter quos fulgentes plus [illegible] sole. duo erant [illegible] similes et uniformes. ut nulla in eis videretur differentia qua alter ab altero differre posset. nisi quod unus sertum ferebat alter de capite ex auro et lapidibus preciosis. alter vero duo. [illegible] candidissimis de auro [illegible] undique auro et gemmis [illegible]. tante erant pulchritudinis ut non valet quispiam ymaginari. Accedentes itaque illi ambo [illegible] in silentio paulisper steterunt. Demum ille qui tria ferebat serta michi sic fuit allocutus. Cognitis Augustine quod deus

Nota

laudes de Iheronimo veritate proferre? Et certe dum cogitans nondum nosti. Ecce huc a deo venimus ut eius tibi gloriam indiceremus. Sic certe meus socius Iheronimus quem vides ipse est cui sum equalis undique in vita et sanctitate fuit ita per omnia in gloria sum equalis. Et que possum et ipse potest et que volo et ipse vult et sicud deum video et ipse videt et cognoscit et intelligit in quo omnis nostra et beatorum omnium consistit beatitudo et gloria. Non est maior vel minor gloria alterius altero sanctorum nisi quantum magis et minus divinam contemplantur speciem sive cognoscunt. Certum vero teneas quod plus confero aureola martirii per quam vitam finivi corporis quam et si in mundo ob labores et penitencias corporis quas et afflictiones verbera et [illegible] et cetera valde quam plura que ita pacienter protulit tamen gaudens ipse deest ut instrumentibus deesset verum martirium consistit et premia martirii non amisit. Tamen quia gladio vitam non finivit aureola que designat datum martirii titulus non habet. Certa vero duo alia que tenet aureole sunt que solis virginibus et doctoribus dantur ut ab aliis discernatur. Adhuc ut michi videbatur vidi quendam cum eo sine. Et ille Iohannes inquit baptista sum qui huc ad te descendi ut nunciarem tibi Iheronimi gloriam quatenus ipsam cunctis gentibus nunciares. Hoc enim noveris quod honor et reverencia que singulis sanctorum exhibetur cunctis exhibetur. Nec putes quod in celo sit aliqua invidia ut in mundo. Nullus enim in mundo quibuslibet hominum alterum magis precedere vellet quam sibi esse. Sed in celo propter mutuam caritatem ineffabilem qua se ipsum diligunt sempiternam. Unde quilibet sanctorum ita alterius gloria gaudet sicut propria. Quia eciam vellet quisque maior ut quisque minor sibi esset equalis et preter maior quia cuius gloria esset sua. Ita minor maioris gloria gaudet sicut eam haberet pro eo ponit de sua si fas esset impertiret. Unde singulorum est gloria cunctorum et gloria cunctorum est singulorum gloria. Hiis dictis societas omnis disparuit. Ego vero expergefactus utique de sompno totus pene subito sensi mentis ardores quantos in me nunquam senseram. Non de me concepi habebam aliquam in me vel in mundo vel superbie sive arrogancie fuit appetitus vel cogitacio. Respice eciam deum qui omnia aliqua sicut novit quod deinde talis in me exstitit mutacio sermonis quod plus alieno bono gaudeo quam meo plus affecto omnibus subesse quam super esse. Hec ideo scripsi ut [illegible] agnitam firmam. Sed ut hec quis non putet vana fuisse sompnia quibus sepe deluditur mens nostra. Respice etiam deus abscondita et maiora per sompnia reserat.

Magnificemus ergo dominum in sancto suo. Magnificemus opera sua quoniam perfecta sunt. Nec ex deis dignitatibus sanctum dominum Iheronimum magnificemus quem in vita sua fecit magnificum in morte sua magnificum recepit quia quantum magnus est in medio nostri et sanctus et excelsus in vite sanctitate magnus sanctus et excelsus in sapiencie ineffabilis profunditate magnus sanctus et precelsus in maiore sue glorie quantitate mirabilis et gloriosus et laudabilis in prodigiis diversis in auditis et in consuetis actibus et colendus et venerandus ob sibi tradita a deo potestatem honore et gloria sempiternam.

Magnificemus ergo obsecro eum nec taceamus quoniam maior est omni laude. Nolite si cuiuis in populis glorie sue laudacio mittatur homo sed eadem que deus magnificavit et exaltavit laudemus. Non homines pigeat videri et colere quem deus colit et veneratus est. Non putet quispiam Iohannem et apostolos in gloria et sanctitate equando Iheronimum Iohannem et apostolos contra iniuria cum ipsi illis presume in gloria et sanctitate si possent optarent. Gloria enim et beatitudo eius eorum est gloria et beatitudo et eorum est sua. Honor laus et reverencia a nobis exhibita Iheronimo eorum singulis exhibetur et que illis singulis exhibetur Iheronimo exhibetur. Cum ergo cupis Iohannem baptistam et apostolos venerari sit venerare illum quoniam ipse per omnia est equalis. Certe istum omni

de prima similitudine Johannis baptiste Jheronimum equalem et non minorem. quia nullus surre-
xit maior omni devocione et reverencia fateamur. Quoniam si minorem fateamur Johannis
glorie derogamus et magistri communitas experiemur. Quas laudibus sui ingenioli mei composui ser-
monis opus. quod quamvis insufficiens. quamquam vilissime in stilo tamen devote et reverenter complevi
ad te venerabilis pater puro corde et magna cum devote affectione misi supplicans ut inge-
nioli mei verbula. que de mee imperitie paupertate in laudibus gloriosi Jheronimi obtuli.
non deridendo sed caritate debita equanimiter tollerando legas. Et que minus debito dispo-
sita tamen vi laudis et mee imperitie imputes et ex parte brevitatis et eius laudum immensi-
tati. Quoniam certe si omnium mortalium lingue soli eius laudes promerent nunquam
de eo satis fecerunt. Sed peccatoris vilissimi pater esto memor ut dum in illo steteris loco quo ipse
sanctus eximius Jheronimus cum aliis quiescit. cuius me intercessionibus recommendes. Etenim
nullum dubium est quod ea que optat idem Jheronimus potest continuo obtinere. Non enim suo
aliqualiter defraudatur desiderio.

Explicit epistola beati Augustini ad laudem dei Amen.

Incipit epistola sancti Cirilli Jerosolimitani episcopi ad sanctum Augustinum doctorem eximium de miraculis beati Jheronimi doctoris egregii

Venerabili viro episcoporum eximio Augustino Yponensi presuli Cirillus
Jherosolimitanus pontifex Et omnium sacerdotum infimus. Illius sequi
vestigia cuius meritis undique sanctitas non cessat. illius scilicet Jheronimi glo-
riosi nunc memoria est in benedictione usque in seculum. Eciam quibus
sit et tu filii bene nosti. Cuius usus maxime colloquiis et doctus me de-
quo me velle deserere. ne sim de toto reprehensibilis et indignus. qui reputo
audacia. Sed quia tua tamen me cogit dilectio ut vel aliqua scribam de prodigiis
hominibus insuevit. que per eum in diebus nostris fecit dominus. ut eum celebrem in mundo fa-
ceret et nostris hominibus gloriosum. tamen tuis confisus orationibus opus aggrediar
et brevi stilo constringam de multis pauca. Gloriosissimi huius viri obitum visionemque
mea nec non insignia sui temporis facta te noscere non ambigo. Nam cum utique te
venerandus et memorie non oblivioni dandus Eusebius nobilis Cremonensis cuius
discipulus. in quo vigens refulsit sanctitatis et doctrina. cuius sapientiam probitatemque
excellentiam non ignoratis. qui post biennium a vite mortalitatis miseria ereptus suo predi-
lectissimo Jheronimo in celi patria est consertus. ut nobis indicavit. cuius crebra miracula
de quibus eciam inferius aliqualiter pertractabo. Reverendo patri Damaso portuensi episcopo
et Theodosio Romanorum senatori cuius fratri et reverendo probissimo viro Eustochio
sanctissime mulieri sibi et multis aliis quos singillatim nominare non esset huius temporis
per suas litteras totius eius obitus seriem intimavit. Unde amplius Et quod nostri recitare
foret superfluum et dicendorum impedimentum. Hiis ergo omissis ad eiusdem [illegible] pre-
clara miracula noster se stilus vertat. ut tua possit devocio. Et primo ab Eu-
sebio viro sanctissimo eiusdem Jheronimi sanctissimi discipulo sumamus initium.

Sequitur ergo miraculum de [illegible] destructione

De heresi cuiusdam destructione

Nota miraculum valde notabile

Post obitum gloriosi Iheronimi quedam heresis inter Grecos orta surrexit que ad
Latinos usque devenit, que sub nephandis nitebatur rationibus probare quod
anime sanctorum usque ad universalis iudicii diem in quo corporibus erunt itera-
to coniungende visione et cognitione divina in qua tota consistit beatitudo sanctorum priva-
barentur. dampnatorum autem similiter usque ad diem illum nullis cruciabantur penis quorum
ratio talis erat. Sicut anime cum corpore meruerunt et peccaverunt, ita cum corpore pre-
mia sive penas recipient. Asserebat etiam hec secta nequissima nullum fore purgato-
rium locum in quo anime que non debitam in mundo de suis peccatis penitentiam egissent purgarentur.
Ista quidem secta pestifera crebrescente tantus in nos dolor irruit ut nos amplius
pigeret vivere. Ego cum meis nostris suffraganeis episcopis et aliis viris catholicis convocatis
ieiunia et orationes indiximus, ut sua sic agente pietate divina non permitteret bonitas. || Op-
ra rei et forte huius secte magis visa. tribus completis diebus ieiuniorum et orationum
subsequenti nocte gloriosus Iheronimus suo predilectissimo filio Euzebio orationibus
incumbenti manifeste apparens, benignaque cum allocutione confortans dixit: In hac secta
pestifera minime formidate, cum sibi finis iam imponendus est. Tunc Euzebius nimio
fulgente splendore, ita ut in eum oculus humanus inspicere non valeret, intuitus, quasi de gaudio sop-
no evigilans, pre gaudio dulces per oculos fundens lacrimas, ita ut vix vocem forma-
re poterat, quantum poterat clamare cepit: Pater mi Iheronime, es tu? et hec verba pluries re-
iterabat aiens: Cur me deseris? cur meam societatem spernis? certe tecum te[illegible]
net sine me. quem dilexisti gratissime filio. Ad quem gloriosus Iheronimus: Non te dese-
ram, fili dilectissime, deseram; confortare. Tercio namque die me sequeris, et sic in gaudio per-
petuo mecum manebis sine fine. Sed hec nullo nisi fratribus nuntia, ut die crastina in
presepe domini ubi meum quiescit corpus omnes in unum conveniant tam catholici quam illius
propriis habuit in tractatione altaris, sed et ore proprio manducavit. Hic michi in sanctita-
te per omnia est equalis. Nunc enim ambo equali eterne vite premio consimiliter coronantur et cetera.
Hec et alia multa prosequitur beato Johanne, que idem episcopus similibus non potuit memorie
totaliter commendare. Nam hora diei prima adveniente ecclesiam custos intravit, episcopum in vestibus dor-
mientem eundem manibus contrivit. Experrectus autem atque pontifex stupore et admiratione
et gaudio ad modum plenus quod viderat custodi cum lacrimis enarravit. Deinde illo die
missam sollempnissime celebrans, visionem mirabilem omni populo declaravit.

Miraculum de dissepultura Jeronimi

Sunt infinita plura que dici possent miracula, vilissima utilia et inaudita quamplurima
que in hoc brevi opusculo sunt inscripta. Sed ne prolixitate operis aliquibus
legentibus tedium oriatur, uno solo miraculo, quod nondum completo mense in Bethle-
hem peractum est, perfecto huius operis finis erit. Die siquidem transacto post octavam
Penthecostes omnibus meis suffraganeis episcopis et multitudine maxima tam virorum quam
mulierum in ecclesia in qua quiescit sanctissimi Jeronimi cadaver insimul congregatis, honore
et reverentia tam debita quam devota primo exuimus sacris indutus vestibus. Ad locum fovee
in qua corpus venerandum iacet accedens terram cepi effodere sepulture, quatinus sa-
cratissimum corpus inde ablatum in tumulo marmoreo mira pulchritudine undique decorato,
quod hac de causa fuerat fabricatum, ut premisimus poneretur. Cumque iam foret fovea vacuata
cunctis cernentibus, corpus sacratissimum in medio fovee tamquam in aere nulla parte terram
tangens permanebat integrum, nec corruptum, nec aliqua violatum. Quod inde elevatum
cum odore tam vehementissimo et suavi, quod talem olfactum homo numquam sensit, collocavimus
in altari, quatinus a populo reliquie sanctissime viderentur. Quot autem illo die a ne-
quitiis qui aderant astantibus pro parte miracula gloriosa compleverit, enumerare nullatenus
compos essem. Verum scias illas reliquias tangentes sane, visu protinus receperunt.
Tres precipue demoniaci cathenis vincti in illa ecclesia, plurimorum hominum manibus
deportati, se protinus liberati. Mulier quedam vidua paupercula, puerum suum unicum
primum filium in ecclesia fuit pre gentium multitudine suffocatus. Quem mater et dicens
dolens et lugens mox in ulnis puerile cadaver ad foveam in qua sepultum fuerat corpus

iheronimi gloriosi deferens eum in foveam proiecit / hec dicens verba / Sancte iheronime glo-
riose hinc non recedam donec restituas michi meum unicum filium quem amisi / Mirabilis certe
deus in sanctis suis faciens prodigia consueta / statim ut terram contigit quiescentis corpus reddidit
eidem animam et gaudens / Quidam vero corpus filii sui [illegible] de sepultura in qua per triduum Aliud
steterat contractum / mox ad foveam illam currens detulit et sic in fovea sic proiecit / qui inveniens
illico sue vite pristine restituitur / Innumerabilia pene forent miracula que facta sunt a mane Aliud
usque ad vesperum / quo quidem tempore gloriosi iheronimi cadaver de fovea dissepultum in altari eo
tur collocatum / Sed tamen ad huiusmodi miracula ulterius non procedam, cum ea nocte sequenti
amdiu flebo / Cum hora sicut vespertina corpus illud sanctissimum de monumento quod prepa-
ravimus posuimus / Sed mane monumentum vacuum et dicentes et corpus sanctissimum fovee pri-
stine invenimus restitutum / Illius die ego plurimum admirarer nocte sequenti michi dormienti
beatus iheronimus apparens in visione plurima michi gaudia patefecit / Sed ut recederet a
talia michi dixit / Noveris cirille quod corpus meum de fovea in qua iacet nullatenus extrahetur
quousque civitas ihrlm ab infidelibus capietur / Quo quidem tempore Romam deferetur ibique
multo tempore requiescet / Ad hec que gesta sunt que coram cunctis episcopis et aliis viris catholicis
enarravi / Aliud autem quam hec evenerint aliter non cognosco / Si quid boni aut utile
in hac epistola dixi / non meis sed gloriosissimi iheronimi meritis deputetur / Si quid vero superfluum
et inutile et non bonum dixi soli mee insipientie et negligentie causa sit attribuisse ab omnibus
iudicetur. Pater Augustine karissime in tuis orationibus memor esto (Et sic est finis)

Explicit epistola beati Cyrilli secundi iherosolimitani episcopi ad eximium
doctorem Augustinum yponensem episcopum de miraculis beati iheronimi doc-
toris eximii et magistri et altissimi Ad laudem domini nostri ihesu xpi et
gloriose virginis Marie matris eius benedicte in sempiternum Amen

Incipiunt capitula libri dyalogi beati gregorii pape

I De Honorato abbate monasterij fundensis
II De Libertino preposito monasterij eiusdem supra
III De Monacho ortulano monasterij eiusdem supra
IIII De Equitio abbate prouincie valerie
V De Constantino mansionario ecclesie sancti stephani iuxta anthonitanam ciuitatem
VI De Marcellino anthonitane ciuitatis episcopo
VII De Nonoso preposito monasterij de monte qui soractis dicitur
VIII De Anastasio abbate in monte qui suppentonia dicitur
IX De Bonifacio ferentine ciuitatis episcopo
X De Fortunato episcopo tudertino
XI De Martirio monacho prouincie valerie
XII De Seuero presbytero prouincie eiusdem supra

Incipit dialogus beati gregorii pape

Quadam die nimiis quorundam secularium tumultibus depressus quibus in suis negociis plerumque cogimur soluere etiam quod nos certum est non debere. secretum locum petii amicum merori. vbi omne quod de mea michi occupatione displicebat se patenter ostenderet et cuncta que infligere dolorem consueuerant congesta ante oculos licenter venirent

Ubi itaque cum afflictus valde et diu tacitus sederem dilectissimus filius meus petrus dyaconus affuit michi a primeuo iuuentutis flore amicitiis familiariter obstrictus. atque ad sacri verbi indagationem socius

Qui graui excoqui cordis languore me intuens ait. Numquidnam noui aliquid accidit quod plus te solito meror tenet. Cui inquam. Meror petre quem cottidie patior. et semper michi per vsum vetus Et semper per augmentum nouus. Infelix quippe animus meus occupationis sue pulsatus vulnere meminit qualis aliquando in monasterio fuit quomodo ei labentia cuncta subter erant quantum rebus omnibus que voluuntur eminebat quod nulla nisi celestia cogitare consueuerat. Quod etiam retentus corpore ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat. Quod mortem quoque que pene cunctis pena est videlicet ut ingressum vite et laboris sui premium amabat. At nunc ex occupatione cure pastoralis secularium hominum negotia patitur. Et post tam pulchram quietis sue speciem terreni actus puluere fedatur Cumque se pro condescensione multorum ad exteriora sparserit etiam cum interiora appetit ad hec procul dubio minor redit. Perpendo itaque quid tolero perpendo quid amisi dumque intueor illud quod perdidi fit hoc gravius quod porto. Ecce etenim nunc magnis maris fluctibus quatior atque in navi mentis tempestatis valide procellis illidor Et cum prioris vite recolo statum quasi post tergum ductis oculis viso litore suspiro Quodque adhuc est gravius dum immensis fluctibus turbatus feror vix iam portum valeo videre quem reliqui Nam ita est casus mentis ut prius quidem perdat bonum quod tenuit sed tamen se perdidisse ~~non~~ meminit Cumque longius recesserit etiam ipsius boni quod perdidit obliviscitur fitque ut post nec per memoriam videat quod ante per actionem tenebat Unde hoc agitur quod premisi quia cum longius navigamus iam nec portum quietis quem reliquimus videmus Nonnumquam vero ad augmentum mei doloris adiungitur quod quorundam vita qui presens seculum tota mente reliquerunt mihi ad memoriam revocatur quorum dum culmen aspicio quantum ipse in infimis iaceo agnosco Quorum plurimi conditori suo in secretiori vita placuerunt Qui ne per humanos actus a novitate mentis veterascerent eos omnipotens deus huius mundi laboribus noluit occupari. Sed iam ea que prolata sunt melius insinuo si ea que per inquisitionem ac responsionem dicta sunt sola nominum prenotatione distinguo

Petrus Non valde in ytalia aliquorum vitam virtutibus fulsisse cognovi Ex quorum igitur comparatione accenderis ignoro Et quidem bonos viros in hac terra fuisse non dubito signa tamen atque virtutes aut ab eis facta nequaquam existimo aut ita sunt hactenus silentio suppressa ut utrum ne sint facta nesciamus

Gregorius P si sola petre referam que de perfectis probatisque viris unus ego homuncio vel bonis ac fidelibus viris attestantibus agnovi vel per memetipsum didici dies ut opinor ante quam sermo cessabit.

Petrus Velim querenti mihi de eis aliqua narraveris nec pro hac re interrumpere expositionis studium grave videatur quia non dispar edificatio oritur a memoria virtutum In expositione quippe qualiter invenienda ac tenenda sit virtus agnoscitur In narratione vero signorum cognoscimus inventa ac retenta qualiter declaratur Et sunt nonnulli quos ad amorem patrie celestis plus exempla quam predicamenta succendunt Fit vero plerumque audientis animo duplex adiutorium ex exemplis patrum quia et ad amorem venture vite ex precedentium comparatione accenditur et si iam se esse aliquid estimat dum de aliis meliora cognoverit humiliatur

Gregorius Ea que mihi sunt viris venerabilibus comperta narrare incunctanter aggredior sacre auctoritatis exemplo cum mihi luce clarius constet quia mar

cus et lucas evangelium quod scripserunt non visu sed auditu didicerunt. Sed ut
dubitationis occasionem legentibus subtraham per singula que describo quibus mi
auctoribus hec sint comperta manifesto. Hoc vero scire te cupio quia in quibusdam
sensum solummodo in quibusdam et verba cum sensu teneo quia si de personis omnibus
ipsa specialiter verba tenere voluissem hec rusticano usu prolata stilus scribentis
non apte susciperet. Seniorum valde venerabilium didici narratione quod

Venancii quondam patricii in Sa- C refero ~~[illegible]~~ Ium
mnie partibus villa fuit in qua colonus eius filium Honoratum
nomine habuit qui ab annis puerilibus ad amorem celestis patrie
per abstinenciam exarsit. Cumque in magna conversacione polleret
sese quoque iam ab ocioso sermone restringeret multumque ut prefatus
sum per abstinenciam carnem domaret die quadam parentes illius vicinis
suis convivium fecerunt in quo ad vescendum carnes parate sunt. Quas
dum ille ad esum contingere pro abstinencie amore recusaret ceperunt eum parentes
sui irridere ac dicere. Comede. Numquid piscem tibi in his montibus allaturi
sumus. Illo vero in loco audiri pisces consueverant non videri. Sed cum his sermonibus
Honoratus irrideretur repente convivio aqua ad ministerium defuit
et cum situla lignea sicut illic moris est mancipium ad fontem perrexit. Cumque
hauriret aqua piscis situlam intravit. Reversumque mancipium ante ora discumbencium
piscem cum aqua fudit qui ad totius diei victum potuit Honorato sufficere.
Mirati sunt omnes totaque illa parentum irrisio cessavit. Ceperunt namque in Honorato
venerari abstinenciam quam ante deridebant. Sicque a dei homine
irrisionis detersit obprobrium piscis de monte. Qui cum magnis virtutibus
cresceret a predicto domino suo libertate donatus est atque in eo loco qui Fundis
dicitur monasterium construxit in quo ducentorum fere monachorum pater extitit. Ubique
vita illius circumquaque exempla eximie conversacionis dedit. Nam quadam
die ex eo monte qui eius monasterio excelso prominet ingentis saxi moles
excisa est. Que per declivum montis latus veniens totius ruina celle omnique
fratrum interitum minabatur. Quam cum venientem desuper vir sanctus prospexisset
frequenti voce Christi nomen invocans extensa mox dextera signum crucis opposuit.
eamque in ipso declivi montis latere cadentem fixit. Sicut religiosus vir
Laurencius presbiter. quia locum non habet in quo inherere potuisset ita aspicitur
ut nunc usque montem cernentibus casura pendere videatur. Petrus Putamne
hic tam egregius vir ut post discipulorum fieret magister prius habuit magistrum.
Gregorius Nequaquam hunc fuisse cuiusquam discipulum audivi. Sed lege
non constringitur sanctissimi spiritus donum sub quo tamen conversacionis est ut preesse non

audeat quod sub se non didicit. nec obedienciam subiectis imperet. quam prelatis non novit exhibere. Sed tamen sunt nonnulli qui ita per magisterium spiritus intrinsecus doceantur. ut et si eis exterius humani magisterii disciplina desit magistri intimi censura non desit. Quorum tamen libertas vite ab infirmis in exemplum non est trahenda. ne dum se quisque similiter sancto spiritu impletum presumit discipulus hominis esse despiciat. et magister erroris fiat. Mens autem que divino spiritu impletur habet evidentissime signa sua. virtutes scilicet et humilitatem. Que utraque si in una mente convenerint. liquet quod de presencia sancti spiritus testimonium ferunt. Sic quippe etiam iohannes baptista magistrum habuisse non legitur. neque ipsa veritas que presencia corporali apostolos docuit. eum corporaliter inter discipulos aggregavit. sed quem intrinsecus docebat. extrinsecus quasi sua libertate relinquebat. Sic moyses in heremo edoctus ab angelo. mandatum didicit quod per hominem non cognovit. Sed hec ut prediximus veneranda sunt non imitanda.

Petrus Placet quod dicis. Sed peto ut michi dicas si tantus hic pater aliquem imitatorem sui discipulum reliquit.

Gregorius

II

Libertinus

Vir venerabilissimus libertinus qui regis totile tempore eiusdem fundensis monasterii prepositus fuit in discipulatu ipsius conversatus atque eruditus est. De quo quamvis virtutes multas plurimorum narracio certa vulgavit. predictus tamen laurencius religiosus vir qui nunc superest et ipso in tempore illi familiaris fuit. multa michi de illo dicere consuevit. ex quibus ea que recolo pauca narrabo. In eadem provincia samnii quam superius memoravi. idem vir pro utilitate monasterii carpebat iter. Dum ergo darida gothorum cum exercitu in loco eodem venisset. dei servus ex caballo in quo sedebat ab hominibus eius proiectus est. Qui iumenti perditi dampnum libens ferens. etiam flagellum quod tenebat diripientibus obtulit dicens. Tollite ut habeatis qualiter hoc iumentum minare possitis. Quibus dictis protinus se orationi dedit. Cursu autem rapido predictus dux exercitus pervenit ad fluvium nomine vulturnum. Ibique equos suos ceperunt singuli hastis tundere. calcaribus cruentare. Sed tamen equi verberibus tesi. calcaribus cruentati. fatigari potuerunt. moveri non poterant. Sicque aquam fluminis tangere. quasi mortale precipicium pertimescebant. Cumque diu cedendo sessores singuli fatigarentur. unus eorum intulit. quia ex culpa eorum quam servo dei in via fecerant. illa sui itineris dispendia tolerabant. Qui statim reversi post se libertinum repperiunt in oratione prostratum. Cui cum dicerent. surge tolle caballum tuum. Ille respondit. Ite cum bono. Ego caballi opus non habeo. Descendentes vero ipsi. eius caballum et quod deposuerant

levaverunt et protinus abscesserunt. Quorum equi tanto cursu illud quod prius tran-
sire non poterant transierunt fluvium ac si ille fluvius alveum aque minime haberet.
Sicque factum est ut dum servo Dei unus caballus suus redditur, omnes ei sim- [ul restituerentur]
Eodem quoque tempore Campanie partibus
Bucellinus cum Francis venit. De monasterio vero prefati Dei famuli
rumor exierat quod multas pecunias haberet. Ingressi oratorium Franci ce-
perunt sevientes Libertinum querere, Libertinum clamare, ubi in oratione
prostratus iacebat. Mira valde res. Querentes sevientesque Franci in ipso ingredientes
impingebant et ipsum videre non poterant. Sicque sua cecitate frustrati a monasterio [vacui sunt regressi.]
Alio quoque tempore pro causa monasterii
abbatis iussu, cui Honoratus eius magister successerat, Ravennam pergebat.
Pro amore vero eiusdem venerabilis Honorati quocumque Libertinus
ibat, eius semper caligulam in sinu portare consueverat. Itaque dum
pergeret, accidit ut quedam mulier extincti filii corpusculum ferret. Que cum Dei
servum esse cognovit, amore filii succensa, iniecta manu eius per frenum tenuit atque
cum iuramento dixit: Nullatenus recedes nisi filium meum suscitaveris. At ille utpote
inusitatum habens tale miraculum, expavit petitionis illius iuramentum. Declinare mulierem voluit,
sed negare non prevalens victus est. Considerandum libet quale qualiterque in eius pectore
certamen fuerit. Ibi quippe pugnabat in se humilitas cum satisfactionis et pietas in eis.
Timor ne inusitata presumeret, dolor ne orbate mulieri non subveniret. Sed ad
maiorem Dei et gloriam vicit pietas illud pectus virtutis. Quod ideo fuit validum
quia devictum. Virtutis enim pectus non esset si hoc pietas non vicisset. Itaque descendit,
genu flexit, ad celum manus tetendit, caligulam de sinu protulit, super extincti pueri
corpus posuit. Cum oratione anima pueri ad corpus rediit. Cuius manum apprehendit
et flentis matri viventem reddidit, atque iter quod ceperat peregit. **Petrus**

Quidnam hoc esse dicimus? Virtutis tanti miraculi Honorati exegit meritum,
an petitio Libertini? **Gregorius** In ostensione tam mirabilis signi cum fide fe-
mine concurrit utrorumque. Atque ideo Libertinum credimus ista potuisse, quia plus
didicerat de magistri quam de sua virtute confidere. Cuius enim caligulam in pectore extincti
corpusculi posuit, eius nimirum meritis animam obtinere quam petebat estimavit.
Nam Heliseus quoque magistri pallium ferens atque ad Iordanem veniens percussit
semel et aquas minime divisit. Sed cum repente diceret: Ubi est [illegible] Deus No[ta]
Helie, percussit fluvium magistri pallio et iter inter aquas fecit. Perpendis, Petre,
quantum in exhibendis virtutibus humilitas valet. Tunc eo valere magistri virtute potuit, quo magistri

nomine ad memoriam reducit. Prima enim ad humilitatem sub magistro crevit. quod magistri fecerat et ipse fecit.

Petrus Libet quod dicis. Sed queso te est ne aliquid aliud quod adhuc de ipso ad edificationem nostram narres.

Gregorius Est plane. sed si sit qui velit imitari. Ego enim virtutem paciencie signis et miraculis maiorem esse credo. Quadam namque die is qui post venerabilem Honoratum eiusdem monasterii ~~eundem~~ regimen tenebat. contra eundem venerabilem Libertinum in tantam iracundiam exarsit. ita ut eum manibus cederet. et quia virgam qua eum ferire posset minime invenit. comprehenso scabello suppedaneo ei caput et faciem tutudit. totamque illius faciem tumentem ac lividam reddidit. Cum vehementer cesus ad stratum proprium tacito recessit. Die vero altero erat pro utilitate monasterii causa constituta. Expletis igitur ymnis matutinalibus. Libertinus ad lectum abbatis venit. orationem sibi humiliter petiit. Sciens vero ille quam a cunctis honoraretur. quamque diligeretur pro iniuria quam ei contulerat recedere eum velle a monasterio putabat. atque requisivit dicens. Ubi vis ire. Cui ille respondit. Monasterii causa constituta est pro qua declinare nequeo. quia hesterno die me hodie iturum promisi. et illuc ire disposui. Tunc ille ex fundo cordis considerans asperitatem duriciamque suam. humilitatem quoque ac mansuetudinem Libertini. ex lecto prosiliit. pedes Libertini tenuit. se peccasse. se reum esse testatus est. Qui tanto talique viro tam crudelem tamque contumeliam presumpsisset. At contra Libertinus sese in terram prosternens. eiusque pedibus provolutus. sue culpe non illius sevicie fuisse referebat. quod pertulerat. Actumque est ut ad magnam mansuetudinem perduceretur pater. et humilitas discipuli magistri fieret magisterium. Cumque pro utilitate monasterii ad constitutionem cause egressus fuisset. Multi viri noti ac nobiles. qui eum semper valde honorabant. vehementer admirati et solliciti requirebant. quidnam hoc esset quod tam tumentem ac lividam faciem haberet. Quibus ille dicebat. Hesterno sero peccatis meis exigentibus. scabello suppedaneo impegi. atque hoc pertuli. Sicque vir sanctus servans in pectore honorem veritatis et magistri. nec prodebat vicium magistri nec falsitatis incurrebat peccatum.

Petrus Putamusne vir iste venerabilis Libertinus. de quo tot signa et miracula retulisti. in tam ampla congregatione imitatores suos de virtutibus non reliquit.

Gregorius Felix qui appellabatur Curvus. quem ipse bene cognovisti. qui eiusdem monasterii nuper prepositus fuit. multa michi de fratribus eiusdem monasterii admiranda narravit. De quibus aliqua ad memoriam veniunt. silencio supprimo. quia ad alia festino. Sed unum dicam quod ab eo narratum preterire nullo modo existimo.

III

In eodem quoque monasterio quod magne vite monachus erat ortulanus. Fur vero veniens consueverat per sepem ascendere et occulte olera auferre. Cumque ille multa plantaret que minus inveniret et alia pedibus conculcata alia direpta conspiceret totum ortum circuiens invenit iter unde fur venire consueverat. Qui in eundem ortum deambulans reperit etiam serpentem cui precipiens dixit Sequere me atque ad aditum furis veniens imperavit serpenti dicens In nomine Ihesu precipio tibi ut aditum istum custodias et furem ingredi non permittas. Protinus serpens totum se in itinere transversum tetendit et ad cellam monachus rediit. Cumque meridiano tempore cuncti quiescerent more solito fur advenit ascendit sepem et dum in ortum deponeret pedem vidit subito quod tensus serpens clausisset viam et tremefactus post semetipsum cecidit eiusque pes per calciamentum in sude sepis inhesit. Sicque dum ortulanus veniret deorsum capite pependit. Consueta hora venit hortulanus pendentem furem in sude repperit. Serpenti autem dixit Gratias deo quia implesti quod iussi. Recede modo. Qui illico abscessit. Ad furem vero perveniens ait Quid est frater tradidit te michi deus. Quare te in labore monachorum furtum totiens facere presumpsisti. Qui hec dicens pedem illius a sude qua inheserat solvit eumque sine lesione deposuit. Cui et dixit Sequere me. Quem sequentem duxit ad orti aditum et holera que furto appetebat auferre cum magna dulcedine prebuit dicens Vade et post hec furtum ne facias Sed cum necesse habes huc ad me ingredere et que tu cum peccato laboras tollere ego tibi devotus dabo.

Petrus. Usque ad hec tempora incassum ego non fuisse patres in Ytalia qui signa facerent estimabam.

Gregorius. Fortunati viri venerabilis abbatis monasterii quod appellatur balneum ciceronis aliorumque venerabilium didici relatione quod narro. ·IIII· De sancto Equitio

Vir sanctissimus Equitius nomine in Valerie partibus pro vite sue merito apud omnes illic magne admirationis habebatur cui Fortunatus isdem familiariter notus fuit. Qui nimirum Equitius pro sue magnitudine sanctitatis multorum in eadem provincia monasteriorum pater exstitit. Hunc cum in iuventutis sue tempore acri certamine incentiva carnis sue fatigaret ipse sue temptationis angustie ad orationis studium sollertiorem fecerunt. Cumque hac de re ab omnipotente deo remedium continuis precibus quereret nocte quadam assistente sibi angelo eunuchizari se vidit eiusque visioni apparuit quod omnem motum ex genitalibus eius abscideret atque ex eo tempore ita alienus exstitit a temptatione ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex dei omnipotentis auxilio ut viris ante preerat ita cepit postmodum etiam feminis preesse. Nec tamen discipulos suos admonere cessabat ne se exemplo eius in hac re facile crederent in

et casum temptacionis domini quod non accepissent. Eo autem tempore quo maleficii scelere in
hac Romana urbe deprehensus Basilius, qui in magicis operibus primus fuit, in monachico
habitu Valeriam fugiens petiit. Tunc ad virum reverendissimum Castorium Amiter-
nine civitatis episcopum pergens, rogavit ab eo ut eum Equicio abbati committeret, ac sana-
dum monasterio illius commendaret. Tunc ad monasterium venit episcopus, secumque Ba-
silium monachum adduxit, et Equicium Dei famulum ut eundem monachum in congregacionem
susciperet rogavit. Quem vir sanctus statim dicens aspexit: Hunc quem michi pater commendas
ego non video monachum esse, sed diabolum. Cui ille respondit: Occasionem queris ne debeas pre-
stare quod petitur. Ad quem mox famulus Dei dixit: Ego quidem hoc eum denuncio esse quod
video. Ne tamen nolle me obedire existimes, facio quod iubes. Susceptus itaque
in monasterio est. Cum non post multos dies isdem Dei famulus pro exhortacione ad desideria
superna fidelium paulo longius a cella digressus est. Quo discedente contigit ut in
monasterio virginum, quod eiusdem patris cura vigilabat, una earum que iuxta carnis
huius putredinem speciosa videbatur, febricitare inciperet, et vehementer anxiari,
magnisque non iam vocibus sed stridoribus clamare: Modo modo moritura sum nisi
Basilius monachus veniat, et ipse michi per sue curacionis studium salutem reddat.
Sed dicti patris absencia nullus quispiam monachorum in congregacionem virginum
venire audebat. Quanto minus ille qui noviter advenerat, cuiusque adhuc vitam
congregacio fratrum nesciebat. Missum est repente ad famulum Dei Equicium, indicatumque illi
quod sanctimonialis illa vehementissimis febribus estuaret, et Basilii monachi iussionem anxie visitacionem
quereret. Quo audito vir sanctus dedignando subrisit atque ait: Nunquid non dixi
quia diabolus esset iste non monachus? Ite et eum de cella expellite. De ancilla autem
Dei que anxietate febrium urgetur nolite esse solliciti, quia ex hac hora neque
febribus laboratura neque Basilium questura est. Regressus est monachus et ea hora
saluti restitutam Dei virginem agnovit, qua eam saluti illius Dei famulus Equicius
longe positus dixit. In virtute sui miraculi exemplum tenens magistri, qui in civitatis ad fi-
lium reguli eum solo verbo curavit et restituit saluti, ut revertens pater ea hora filium
restitutum vite cognosceret qua vitam illius ex ore veritatis audisset. Omnes autem monachi
iussionem sui patris implentes eundem Basilium ex monasterii habitacione repulerunt.
Qui repulsus frequenter clamabat se cellam Equicii magicis artibus in aera
suspendisse, nec tamen eorum quempiam potuisse ledere. Qui non post longum tempus in
hac Romana urbe exardescente zelo christiani populi igne crematus est. an

Quadam vero die una Dei famula ex eodem monasterio virginum hortum ingressa
est, que lactucam conspiciens concupivit, eamque signo crucis benedicere ob-
lita est et momordit avide. Sed arrepta a diabolo protinus cecidit

Cumque vexaretur, eidem patri Equitio sub celeritate mandatum est ut veniret eique et orando concurreret. Moxque ut hortum idem pater ingressus est, cepit ex eius ore quasi satisfaciens ipse qui hanc arripuerat diabolus clamare dicens: Ego quid feci? ego quid feci? Sedebam michi super lactucam, venit illa et momordit me. Cui cum gravi indignatione vir dei precepit ut abscederet et locum in omnipotentis dei famula non haberet. Qui protinus abscessit nec eam contingere ultra prevaluit. Quidam vero Felix nomine Nursie provincie nobilis, pater huius Castorii qui nunc nobiscum in hac romana urbe demoratur, cum eundem venerabilem virum sacrum ordinem non habere conspiceret et per singula loca discurrere atque studiose predicare, eum quadam die familiaritatis adiit ausu dicens: Qui sacrum ordinem non habes atque a Romano pontifice sub quo degis predicationis licentiam non accepisti, predicare quomodo presumis? Qua eius inquisitione compulsus vir sanctus indicavit predicationis licentiam qualiter accepit dicens: Ea que michi loqueris ego quoque mecum ipse pertractavi. Sed nocte quadam speciosus per visionem michi astitit iuvenis atque in lingua mea medicinale ferramentum, id est flebotomum, posuit dicens: Ecce posui verba mea in ore tuo. Egredere ad predicandum. Atque ex illo die etiam si voluero de deo tacere non possum.

Petrus. Vellem patris huius etiam opus agnoscere qui fertur talia dona percepisse.

Gregorius. Opus Petre ex dono est, non donum ex opere. Alioquin gratia iam non est gratia. Omne quippe opus dona precedunt, quamvis ex subsequenti opere ipsa etiam dona succrescant. Verumtamen vite eius constitutionem frauder bene hoc reverentissimus vir Albinus Reatine ecclesie antistes agnovit, et adhuc supersunt multi qui eum scire potuerunt. Sed plus operis quid queris qui concordabat vite munditia cum studio predicationis? Tanto quippe illum ad colligendas deo animas fervor accenderat ut sic monasteriis preesset, quatenus per ecclesias, per castra, per vicos, per singulorum quoque domos circumquaque discurreret et corda audientium ad amorem patrie celestis excitaret. Erat autem valde vilis in vestibus et ita despectus ut si quis illum fortasse nesciret salutatus etiam resalutare despiceret. Et quotiens ad alia loca pergebat in iumento sedere consueverat quod cunctis despicabilius omnibus in cella potuisset inveniri, in quo etiam capistro pro freno et vervecinis pellibus pro sella utebatur. Per semetipsum sacros codices in pelliceis sacculis missos dextro levoque latere portabat. Et quocumque pervenisset scripturarum aperiebat fontem et irrigabat prata mentium. Huius quoque opinio predicationis ad romane urbis notitiam pervenit, atque ut est lingua adulantium auditorum suorum animos amplectendo, nescio quis pro tempore clericus huius apostolice sedis antistiti adulando questus est dicens: Quis est iste vir

rusticus qui auctoritatem sibi praedicationis arripuit et officium nostri domini apostolici pontificis
usurpare indoctus praesumit. Mittatur igitur si placet qui hunc cum cohi-
beat. ut quid sit ecclesiasticus vigor agnoscat. Sicud ergo moris est ut oc-
cupatos in multis animos adulatio valde subripiat. si ab ipso cordis hostio
nequaquam fuit cautius repulsa. Suadentibus clericis consensum pontifex praebuit.
ut ad romanam urbem deduci debuisset. ut quae nam esset sua mensura cog-
nosceret. Julianum autem tunc defensorem mittens qui sabinensi ecclesiae postmodum
episcopatu praefuit. hoc tamen praecepit ut eum magno honore adduceret. ne
quicquam famulus dei ex questione eadem in mente sentiret. Cum pergere de eo clericorum
votis conatus volens festinus ad eius monasterium cucurrit. Ibique absente illo
antiquarios scribentes repperit ubi abbas esset consuluit. Cui dixerunt in valle
hac quae monasterio subiacet fenum secat. Isdem vero iulianus superbum valde
atque contumacem puerum habuit. cui vix poterat vel ipse dominari. hunc ergo misit ut
eum ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer et protervo spiritu citius
velociter ingressus est. Omnes qui illic intuens fenum secantes requisivit quis
nam esset equitius. Mox quoque ut audivit quis esset eum adhuc longe positum
aspexit et immenso timore correptus coepit tremere. lassescere. seque ipsum minanti
gressu vix posse portare. Cum tremens ad dei hominem pervenit. atque
plus humiliter eius genua deosculans strinxit. suique dominum ei occurrisse in-
dicavit. Cui resalutato dei famulus praecepit dicens. Leva fenum viride porta
pabulum iumentis in quibus venistis. Ecce ego quia parum superest et opere expleto
te subsequor. Iste autem qui missus fuerat iulianus defensor mirabatur quid
nam esset quod redire moraretur puer. Sed ecce revertentem puerum conspicit. atque
de collo fenum ex toto deferentem. Et vehementer iratus coepit clamare dicens
Quid est hoc ego te misi hominem adducere non fenum portare. Cui respondit puer
Ecce ipse eum subsequitur. Sed ecce vir dei clavatis calciatus caligis falcem
fenariam de collo deferens portabat veniebat. Quem adhuc longe positum puer
suo domino quia ipse esset quem quaereret indicavit. Isdem vero iulianus repente ut virum
dei famulum ex ipso habitu despexit eum qui et qualiter deberet ipsum alloqui protervi-
ia mente praeparabat. Mox vero ut servus dei comminus astitit. Eiusdem iuliani
animum incomparabilis pavor concussit. ita ut tremeret atque [illegible] hortatus ipsius
ad quos veniat vix sufficiente lingua potuisset. Cum humiliato mox spiritu ad
eius genua cucurrit orationem fieri pro se petiit. Et quia pater eius apostolicus
pontifex eum videre vellet indicavit. Vir autem venerabilis equitius coepit in-
mensas gratias omnipotenti deo agere. et asserens quod se per summum pontificem gratia superna

visitasset. illico rogavit fieri propitium hora eadem iumenta praeparari. Atque executorem
suum coepit vehementissime urgere. ut statim exire debuissent. Cui Iulianus cum hoc
fieri nullatenus posset quia lassatus ex itinere hodie non valeo exire. Cui ille dixit
Contristas me fili. Quia si hodierno die non exierimus. iam crastina non exibimus
Dei itaque famulus executoris sui lassitudine coactus in monasterio suo eadem nocte
demoratus est. Cum vero subsequenti die sub ipso lucis crepusculo. vehementer equo in
cursu fatigato. ad Iulianum cum epistola puer venit. in qua ei praeceptum est ne servum
Dei contingere vel movere de monasterio auderet. Cumque ab illo requireret. cur sen-
tentia esset mutata. cognovit quod nocte eadem qua ipse executor missus est. per
visum pontifex fuerat vehementer exterritus. cur ad exhibendum Dei hominem mitti p-
raesumpsisset. Qui protinus surrexit seque viri venerandi orationibus commendans ait.
Rogat pater noster ne fatigari debeas. Cumque Dei famulus audisset contristatus ait.
Nonne die hesterno dixi quia si non statim pergimus iam pergere minime licebit.
Tunc pro mercedis exhibitione adiutatiola executorem suum in cella retinuit. cuique labo-
ris sui commodum. coacto renitenti quoque dedit. Cognosce igitur Petre in quanta Dei custodia
sunt. qui in hac vita se ipsos despicere noverunt. cum quibus inter cives in honore in-
meantur. qui despecti foris hominibus esse non erubescunt. Quo contra in Dei oculis iacent
qui apud suos et proximorum oculos per vanitatis gloriae appetitae tument. Unde et
quibusdam Veritas dicit. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus. Deus autem no-
vit corda vestra. quia quod hominibus altum est. abhominabile est ante Deum. **Petrus**
Miror valde quod de tali viro subripi pontifici tanto potuit. **Gregorius**
Quid miraris Petre quia fallimur. qui homines sumus. An mente excidit quod
David qui prophetiae spiritum habere consueverat. contra innocentem Ionathae filium sen-
tentiam dedit. cum verba mentientis pueri audivit. Quod tamen quia per David
factum est. et occulto Dei iudicio iustum credimus. et tamen humana ratione qualiter
iustum fuerit non videmus. Quid ergo mirum si ore mentientium aliquando in aliud ducimur
qui prophetae non sumus. Multum vero est quod pondus curarum praesulis mentem curarum
densitas devastavit. Cumque animus dividitur ad multa. fit minor ad singula. tanto-
que ei in unaqualibet re subripitur. quanto latius in multis occupatur. **Petrus**
Vera sunt valde quae dicis. **Gregorius** Silere non debeo quod de hoc viro abbate
quondam meo reverendissimo Valentiniano narrante cognovi. Dicebat namque quia
corpus eius dum in beati Laurentii martyris oratorio esset humatum. super sepulcrum illius
rusticus quidam arcam cum frumento posuisset. quousque qualis ei mitti illic iaceret. p-
pendere ac teneri curavit. Cum repente turbo exurgens sursum rebus omnibus in
sua stabilitate manentibus. arcam quae superposita sepulcro eius fuerat extulit. longeque
proiecit. ut palam cuncti cognoscerent cuius esset meriti vir cuius illic corpus iaceret. Haec

que subiungo conperi venerabilis viri Fortunati qui valde michi etate et opere et simplicitate placet relatione cognovi. Eandem Valerie provinciam Longobardis intrantibus ex monasterio reverentissimi viri ~~Equicij~~ Equicij in predicto oratorio ad sepulchrum eius monachi fugerunt. Cumque Longobardi sevientes oratorium intrassent, ceperunt eosdem monachos foras trahere ut eos aut per tormenta distruerent aut gladio necarent. Quorum unus ingemuit atque acri dolore commotus clamavit: ~~heu~~ O sancte Equici placet tibi ut trahamur et non nos defendas? Quod cum voce protinus sevientes Lumbardos immundus spiritus invasit. Qui corruentes in terram tamdiu vexati sunt quousque hoc cuncti etiam qui foris erant Longobardi cognoscerent, quatenus locum sanctum ~~temerare~~ ulterius non auderent temerare. Sicque vir sanctus discipulos defendit, etiam multis postmodum remedium illuc fugientibus prebuit etc.

V

Quidam coepiscopi mei relatione didici quod narro. Qui in Anchonitana urbe per annos multos in monasterio habitu degebat. Ibique vitam non mediocriter religiosam duxit. Quod etiam quidam nostri iam provectioris etatis qui eum scire potuerunt attestantur. Iuxta eandem namque civitatem ecclesia beati Stephani martyris sita est, in qua vir vite venerabilis Constantius nomine mansionarii functus officio deserviebat. Cuius sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum longe lateque tetenderat, quia isdem vir funditus terrena despiciens toto annisu mentis ad sola celestia fragrabat. Quadam vero die dum in eadem ecclesia oleum deesset et predictus Dei famulus unde lampades accenderet omnino non haberet, omnes lampadellas ecclesie implevit aqua atque ex more in medio papirum posuit, quas allato igne succendit, sicque aqua arsit in lampadibus ac si oleum fuisset. Perpende igitur Petre cuius meriti vir iste fuerit qui necessitate compulsus elementi naturam mutavit.

Petrus. Mirum est valde quod audio. Sed velle nosse cum humilitate apud se esse potuit iste qui tante excellentie foris fuit in opere.

Gregorius. Apte virtutes animi queris congrue, quia multum valde est quod temptatione sua mentem te intus lacessunt mira que foris sunt. Sed si huius Constantii venerabilis viri quod foris audis cum humilitate fuerit animus agnoscas.

Petrus. Postquam fratri iam tale miraculum dixisti superest ut etiam me de humilitate mentis eius edifices.

Gregorius. Quia valde opinio eius sanctitatis excreverat, multi hunc ex diversis provinciis ardore videre sitiebant. Quadam vero die de longinquo loco quidam ad videndum eum rusticus venit. Eadem vero hora eum contigerat ut sanctus vir stans in ligneis gradibus reficiendis lampadibus deserviret. Erat autem pusillus valde et exili forma atque despecta. Cumque is qui ad videndum eum venerat quisnam esset quereret atque obnixe peteret ut sibi debuisset ostendi, hi qui illum noverant monstraverunt quis esset. Sed sicut stulte mentes hominum merita ex qualitate corporis metiuntur, eum parvulum atque despectum videns ipsum hunc esse cepit omnino non credere. In mente quippe

ctem rusticum · inter hos quod audierat et videbat quem factum fuerat quemque in ipsa
· et estimabat tam breve per visionem esse non posse · quem tam ingentem habuerat per
opinionem · Cum ipsum esse eum a pluribus fuisset attestatum · despexit et irrisit dicens
Ego grandem hominem credidi · iste autem de homine nihil habet · Quod ut vir dei
constancius audivit · lampades quas reficiebat protinus letus relinquens · concitus
descendit · atque in eiusdem rustici amplexum ruit · eumque ex amore nimio constringere
cepit brachiis · et osculari magnasque gratias agere · quod de se talia iudicasset dicens · Tu
solus es qui in me oculos apertos habuisti · Ex qua re pensandum est · cuius apud se humilitatis fuit · qui despicientem se rusticum amplius amavit · Qualis enim quisque
apud se lateat contumelia illata probat · Nam sicut superbi honoribus · sic plerumque humiles
sua despectione gratulantur / Cumque se et in aliis oculis viles aspiciunt · id certo
gaudent · quia hoc iudicium confirmari intelligunt / quod de se et ipsi apud semetipsos habuerunt · **Petrus** · Ut agnosco vir iste magnus foris fuit in miraculis sed maior intus in humilitate · **Gregorius** · Eiusdem anchonitane antistes ecclesie vir
vite venerabilis marcellinus fuit / cumque gressum dolore nimio podagra contraxit ·
eumque familiares sui sicubi necesse esset in manibus ferebant / Quadam vero die
per culpam incurie · eadem civitas anchonitana succensa est · Cumque vehementer
arderet concurrerunt omnes · ut ignem extinguerent · Sed illis aquam
iactantibus / ita crescebat flamma · ut iam totius urbis interitum minari
videretur · Cumque propinquiora sibi queque loca ignis invaderet · iamque urbis partem non
modicam consumpsisset · et obsistere nullus valeret / Deductus in manibus episcopus venit
et tanti periculi necessitate compulsus · familiaribus suis se portantibus precepit dicens ·
Contra ignem me ponite · Quod ita factum est · atque in eo loco est positus ubi tota vis flamme videbatur incumbere · Cepit autem miro modo in semetipso retorqueri incendium / ac
si reflexione sui impetus proclamaret · se episcopum transire non posse · Sicque factum est ut
flamma incendii illo termino refrenata in semetipsa restringeretur · et contingere ultra
quicquam edificii non auderet · Perpendis petre cuius sanctitatis fuerit ergo hominem
sedere et orando flammas premere · **Petrus** · Et perpendo et obstupesco

VII

De vicino nunc loco tibi aliquid narrabo / quod et ad venerabilis maximiani episcopi · et laurionis quem nosti vetusti monachi qui vivit mo-
sique relatione cognovi · Qui in laurio de eo monasterio quod iuxta prepestinam urbem suppentonia vocatur / ab anastasio sanctissimo viro
nutritus est · Cum vero anastasius vir venerabilis viro nonnoso preposito monasterii quod in soractis monte situm est · et propinquitate loci et morum magnitudine et virtutis studiis assidue iungebatur / Idem vero nonnosus sub asperrimo sui monasterii
degebat patre / Sed eius mores mira semper equanimitate tollerabat / Sicque fratribus

in mansuetudine preerat, sicut crebro prepositi iracundiam eius humilitate mitigabat. Situm vero eius monasterium in summo montis cacumine situm est. Cui quolibet pro hortis fratribus ad excolendum nulla planities patebat, unus brevissimus locus de latere montis excreverat, quem ingens saxi naturaliter excrescens moles occupabat. Quadam die idem Nonnosus vir venerabilis cogitavit quod saltem ad condimenta holerum excolenda locus idem aptus potuisset existere, si hunc moles saxi illius non teneret. Occurrebat autem quod eandem molem quinquaginta boum paria movere non possent. Cumque de humano labore esset funditus desperatio, ad divinum se solacium contulit. Se quodam nocturno silencio in oracione dedit. Cui mane facto ad eundem locum fratres venerunt, atque invenerunt molem tante magnitudinis ab eo loco longius recessisse, sicque recessu largum fratribus spacium dedisse. Alio quoque tempore idem vir venerabilis lampades vitreas dum oratorio lavaret, una ex eis de manibus cecidit, que per innumeras partes fracta dissiluit. Qui vehementissimum patris monasterii furorem timens, lampadis protinus omnia fragmenta collegit, atque ante altare posuit, seque cum gravi gemitu in oracionem dedit. Cumque ab oracione caput levasset, sanam lampadem repperit, quam timens per fragmenta collegerat. Sicque in duobus miraculis duorum patrum virtutes imitatus est: in mole saxi fratris Gregorii, qui montem movit, in reparacione lampadis contrite Donati, qui fractum calicem pristine incolumitati restituit.

Petrus. Habemus ut video conspicuis patribus nova miracula.

Gregorius. Vis ne aliquid de operacione Nonnosi de imitacione Helisei prophete audire?

Rndit. Volo, atque hoc desideranter exposco.

Gregorius. Olim quadam die cum in monasterio eius oleum deesset, idque colligende olive tempus incumberet, visum patri monasterii fuerat ut circumquaque fratres de colligendis olivis ad exhibendam extraneis operam pergerent, quatinus ex mercede sui operis aliquantulum monasterio olei deportarent. Quod vir Domini Nonnosus magna cum humilitate fieri prohibuit, ne egredientes fratres de monasterio, dum lucra olei quererent, animarum dampna paterentur. Sed quia in monasterii arboribus olive pauce desse videbantur, eas colligi precepit, atque in prelo mitti, et quantulumlibet parum olei exprimi potuisset sibimet deferri. Factum quoque est, et susceptum in parvo vasculo oleum fratres Nonnoso Dei famulo detulerunt. Quod ipse continuo ante altare posuit, cunctisque egredientibus oravit, atque antiquis postmodum fratribus precepit ut hoc quod detulerant oleum levarent, et per cuncta vasa monasterii quasi guttatim fundendo dividerent. Quatinus benediccione cuiusque olei omnia infusa redderentur. Que protinus ut erant vacua clausa sunt; die vero alio aperta omnia plena sunt.

Petrus. Probamus cotidie impleri verba Veritatis, que ait: Pater meus usque modo operatur, et ego operor.

Gregorius VIII

Huius temporibus venerabilis vir Anastasius, cuius superius memoriam feci, sancte Romane ecclesie cui deo auctore deservio notarius fuit. Qui soli deo vacare desiderans, scriptum deseruit, et monasterium elegit, atque in loco eodem in quo prefatus sum, qui Suppentonia vocatur, per annos multos in sanctis actibus vitam duxit, cuius monasterio sollerti custodia prefuit. Quo videlicet in loco ingens desuper rupes eminet et profundum de subter precipicium patet. Quadam vero nocte cum iam omnipotens deus eiusdem venerabilis viri Anastasii labores remunerare decrevisset, ab alta rupe vox facta est que producto sonitu clamaret dicens: Anastasi veni. Quo vocato alii quoque septem fratres ex nomine sunt vocati. Parvo autem momento ea que fuerat emissa vox siluit et octavum fratrem vocavit. Quas dum aperte voces congregatio audisset, dubium non fuit quia eorum qui vocati fuerant obitus propinquasset. Intra paucos autem dies primus vir venerabilis Anastasius, ceteri autem in eo ordine ex carne educti sunt, quo de rupis vertice fuerant vocati. Frater vero ille ad quem vocatus vox post eos siluit atque eum ita nominavit, morientibus aliis paucis diebus vixit et tunc vitam finivit, ut aperte monstraretur quia intercisio vocis silencium prius spacium vivendi signavit. Sed mira res contigit, quia dum venerabilis Anastasius de corpore [illegible] erat quidam frater in monasterio, qui superesse eum vivere nolebat. Provolutus vero eius pedibus cepit ab eo cum lacrimis postulare dicens: Per illum te coniuro ad quem vadis, ne septem dies super te fiam. Ante cuius septimum diem etiam ipse defunctus est, qui tamen in illa nocte inter ceteros non fuit vocatus, ut aperte claresceret quia eius obitum sola venerabilis Anastasii obtinere potuisset.

Petrus. Cum idem frater et vocatus inter ceteros non sit, et huius sancti viri intercessionibus subtractus sit, quid aliud datur intelligi, nisi quod hii qui apud deum magni sunt, multa obtinere aliquando possunt etiam que non sunt predestinata?

Gregorius. Nequaquam possunt que predestinata non fuerunt; sed ea que sancti viri orando efficiunt ita predestinata sunt, ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perhennis regni predestinatio ita est ab omnipotenti deo disposita, ut ad hoc electi ex labore perveniant, quatenus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare.

Petrus. Probari mihi apertius vellem, si potest predestinatio precibus adiuvari.

Gregorius. Hoc quod ego, Petre, intuli, citius valet probari. Certe etenim nosti quod ad Abraham dominus dixit: In Ysaac vocabitur tibi semen. Cui etiam dixit: Patrem multarum gencium constitui te. Cui iterum promisit dicens: Benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi et velud harenam que est in litore maris. Ex qua re aperte constat quia omnipotens deus semen Abrahe multiplicare per Ysaac predestinaverat; et tamen scriptum est: Deprecatus est Ysaac dominum pro uxore sua eo quod esset sterilis. Qui exaudivit eum et dedit conceptum Rebecce

Sic ergo multiplicanda genus abrahe per ysaac predestinata fuit. Cum sterile coniugium accepit. Sed nimirum constat quia predestinatio precibus impletur. Quando is in quo deus semen abrahe predestinaverat multiplicare. oratione obtinuit. ut filios habere potuisset. **Petrus.** Quia secreta racio aperuit nichil in dubietate remansit. **Gregorius.** Si tibi aliqua de tuscie partibus narrarem. ut cognosceres quales ibi viri fuerint. et omnipotentis dei notitie quam proximi extiterint. **Petrus.** Volo atque hoc omnimodo exposco.

IX **Gregorius**

Fuit vir vite venerabilis ~~bo~~ bonifacius nomine. qui in ea civitate que ferentis dicitur. officium episcopatus tenuit et moribus implevit. Hunc multa miracula is qui adhuc superest gaudencius presbiter narrat. Qui in eius obsequio nutritus est. tantoque de illo que refert veracius dicit quanto ei contigit et interesse. Huius ecclesie valde paupertatis erat. que bonis mentibus esse solet custos humilitatis. nichil quoque aliud ad omne stipendium nisi unam tantummodo vineam habebat. Que quadam die ita grandine vastata est. ut in ea in paucis vitibus vix tantummodo racemi remanerent. Quam cum predictus vir reverendissimus bonifacius episcopus fuisset ingressus. magnas omnipotenti deo gracias retulit. quia in ipsa sua adhuc inopia sese angustari cognovit. Sed cum iam tempus exigeret ut ipsi quoque racemi qui remanserant maturescere potuissent. custodem vinee ex more posuit. eamque sollerti vigilantia servari precepit. Quadam vero die iussit constancio presbitero nepoti suo. ut cuncta vini vascula in episcopio omniaque dolia ita ut ante consueverat superfusa pice prepararet. Quod cum nepos illius presbiter audisset. admiratus valde est. quod quasi desipiens preciperet ut vini vascula preparari faceret. qui vinum nullum haberet. Nec tamen presumpsit inquirere cur talia iuberet. sed iussis obtemperans. omnia ex more paravit. Tunc vir dei vineam ingressus. racemos collegit. ad calcatorium detulit. omnesque exinde precepit exire. solusque ibi cum uno parvo puerulo remansit. quem in eodem calcatorio deposuit. et calcare ipsos paucissimos racemos fecit. Cumque ex eisdem racemis parum aliquid vini defluere cepit. hoc vir dei cum suis manibus in parvulo vase suscipere. et per cuncta dolia omniaque vasa que preparata fuerant. pro benedictione dividere. ut ex eodem vino omnia vascula vix perfusa viderentur. Cum vero ex liquore vini parum aliquid in vasis omnibus misisset. vocato presbitero iussit pauperes adesse. Tunc cepit vinum in calcatorio crescere. ita quod omnia que allata fuerant pauperum vascula impleverunt. Quibus cum se videret satisfecisse conspiceret. ex calcatorio puerum iussit descendere. Apothecam clausit. atque impresso sigillo suo munita reliquid. moxque ad ecclesiam rediit. Tercia vero die predictum constancium presbiterum vocavit. et ora

racione facta apotheca aperitur et vasa in quibus tenuissimum liquorem fuderat uber-
rimum vina fundentia invenit. ita ut pavimentum omne [illegible] vina inundarent. si
adhuc eius tardius intrasset. Tunc terribiliter presbitero precepit. ne quousque ipse in
corpore viveret. hoc miraculum cuilibet indicaret. videlicet pertimescens ne de virtute facti hu-
mano favore pulsatus. inde intus inanesceret. unde foris hominibus magnus appa-
reret. Exemplo etiam magistri sequebatur. qui ut nos ad viam humilitatis instrueret.
semetipsum discipulis precepit dicens. ut ea que vidissent nemini dicerent. quousque
filius hominis a mortuis resurrexisset. **Petrus** Quia occasio apta se prebuit
libet inquirere quidnam sit. quod redemptor noster cum duobus cecis lumen redderet. iussit
ut nemini dicerent. et illi abeuntes diffamaverunt eum in tota terra illa. Numquid-
nam unigenitus filius patri et spiritui sancto coeternus hac in re velle habuit. quod non posset
implere. ut miraculum quod taceri voluit. minime potuisset abscondi. **Gregorius**.
Redemptor noster per mortale corpus omne quod egit. hoc nobis in exemplo actio-
nis prebuit. ut pro nostrarum virium modulo eius vestigia sequentes. in ~~[illegible]~~ offenso pede operis
presentis vite carpamus viam. Miraculum namque faciens et tacere iussit. et tamen taceri non
potuit. ut electi eius exempla doctrine illius sequentes. in magnis que faciunt latere
quidem in voluntate habeant. sed ut prosint aliis prodantur inviti. quatinus et magne humi-
litatis sit. quod opera sua taceri appetunt. et magne edificacionis sit quod opera eorum taceri non pos-
sunt. Non ergo dominus voluit quidquam fieri. et minime potuit. sed quid velle eius membra debeant.
quidve de eis etiam nolentibus fiat. doctrine magisterio exemplum dedit. **Petrus**
Placet quod dicis. **Gregorius** Adhuc pauca aliqua que de bonifacii eius opere supersunt
qua eius memoria [illegible] [illegible]. Alio namque tempore sub primis initiis na-
talicius appropinquabat dies. Quo in loco vir nobilis Fortunatus nomine manebat.
qui magnis precibus ab eodem venerabili viro postulavit. ut cum apud ipsum
missarum sollempnia ageret. ad benedictionem eundem in sua domo detraheret. Vir autem
dei negare non potuit quod ab eo ex Fortunati mente caritas poposcit. Peractis igitur
sollempniis cum ad predicti Fortunati mensam venisset. priusquam deo principium diceret
sicut quidam ludendi arte solent victum querere. repente ante ianuam vir cum simia as-
stitit et cymbala percussit. Quem sanctus vir sonitum audiens dedignatus dixit.
Heu heu mortuus est miser iste. mortuus est miser iste. Ecce ad mensam refec-
tionis veni. os adhuc ad laudem dei non aperui. et ille cum simia veniens cymbala
percussit. Subiunxit atque ait. Ite et pro caritate cibum potumque ei tribuite. Sci-
tote tamen quia mortuus est. Cumque infelix vir dum panem ac vinum ex eadem
domo percepisset egredi. subito ianuam voluit. sed saxum ingens de tecto ruit.
eiusque in verticem venit. Ex qua percussione prostratus in manibus iam semivivus
levatus est. Die vero altero sicut viri dei sententia fuerat finivit vitam. Qua
in re perpendendum est quantum sit sanctis viris timor exhibendus. Templum enim dei sunt.
Et cum ad iracundiam sanctus vir trahitur. quis alius ad irascendum nisi eius

templi cohabitatori concitatur. Quanto ergo metuenda est ira ultoris, quando et constat quia de cordibus tribulatis ille presens est, qui ad infirmandam ultionem quam voluit invalidus non est.

Alio quoque tempore predictus Constantius presbiter nepos eius equum suum duodecim solidis aureis vendidit, quos in propria archa reponens ad exercendum aliquod opus discessit. Cum subito ad episcopum pauperes venerunt, qui importune precabantur ut eis vir sanctus Bonifacius episcopus ad consolationem sue inopie aliquid largiri debuisset. Sed vir dei quia quod tribueret non habebat, estuare cepit in cogitatione ne ab eo pauperes vacui discederent. Cui repente ad memoriam rediit quia Constantius nepos eius presbiter equum quem sedere consueverat vendidisset, atque hoc ipsum in archa sua precium haberet. Absente igitur eodem nepote suo accessit ad archam et pie violentus claustra arche comminuit, et duodecim aureos tulit, eosque indigentibus ut placuit divisit. Itaque Constantius presbiter reversus ex opere archam fractam reperit, et caballi sui precium quod illic posuerat non invenit. Cepit magna voce perstrepere et cum clamore nimio clamare: Omnes hic vivunt, solus ego in hac domo vivere non possum. Ad cuius nimirum voces venit episcopus, omnesque qui in eodem episcopio aderant. Cumque vir dei locutione blanda temperare voluisset, cepit ille cum iurgio respondere dicens: Omnes tecum vivunt, solus ego hic ante te vivere non possum. Redde michi solidos meos. Quibus vocibus commotus episcopus beate Marie semper virginis ecclesiam ingressus est, et elevatis manibus extenso vestimento stando cepit orare deum ut ei redderet unde furentis presbiteri insaniam mitigare posset. Cumque subito oculos ad vestimentum suum inter extensa brachia reduxisset, repente in sinu suo duodecim aureos invenit, ita fulgentes tanquam si ex igne hora eadem fuissent producti. Qui mox de ecclesia egressus eos in sinum furentis presbiteri proiecit dicens: Ecce habes solidos quos quesisti. Sed hoc tibi notum sit quia post mortem meam huius ecclesie episcopus non eris propter avariciam tuam. Ex qua sententie veritate colligitur quia eosdem solidos presbiter pro adipiscendo episcopatu preparabat. Sed viri dei sermo prevaluit, nam isdem Constantius in presbiteratus officio vitam finivit.

Alio quoque tempore duo ad eum gothi hospitalitatis gratia venerunt, qui Ravennam se festinare professi sunt. Quibus ipse parvum vas ligneum vino plenum manu sua prebuit, quod fortasse in prandio itineris habere potuissent. Ex quo illi quousque Ravennam pervenerunt biberunt. Gothi aliquantis autem diebus in eadem civitate morati sunt, et vinum quod a sancto viro acceperant cotidie in usu habuerunt. Sicque usque ad eundem venerabilem patrem reversi sunt, ut nullo die cessarent bibere, et tamen eis vinum ex illo vasculo minime defuisset, ac si in illo vasculo ligneo quod episcopus dederat vinum non augeretur sed nasceretur.

Nuper quoque de eiusdem loci partibus senex quidam clericus advenit, qui ea que de illo narrat silentio non sunt premenda. Nam dicit quod quadam die egressus

hortum magna hunc eruce multitudine inuenit coopertum. Cumque omne olus deperire
conspiceret. ad easdem erucas conuersus dixit. Adiuro uos in nomine domini nostri ihesu
christi. recedite hinc atque hec olera comedere nolite. Que statim ad uocem dei uiri
ita omnes egresse sunt. ut nec una quidem intra spatium horti remaneret. Sed quid
mirum quod de episcopatus eius tempore narrauimus. cum iam apud omnipotentem dominum
ordine sit et moribus creuerit. Sed illa magis miranda sunt que eum senex hic
Iulianus adhuc puerulum fecisse testatur. Nam ait quod eo tempore quo cum matre
sua habitaret. egressus hospitium non numquam sine linea crebro sine tunica re-
uertebatur. quia mox ut nudum quempiam repperisset. uestiebat hunc se expo-
lians. ut se ante dei oculos illius mercede uestiret. Quem mater sua fre-
quenter increpare consueuerat dicens. quia iustum non esset ut ipse inops pauperibus
uestimenta largiretur. Que ingressa die quadam horreum repperit omne triti-
cum quod sibi in stipendium totius anni parauerat. inuenit a filio suo pauperibus expen-
sum. Cumque semetipsam alapis et pugnis tunderet. quod quasi anni subsidia perdi-
disset. superuenit bonifacius puer dei. eamque uerbis quibus ualuit consolari cepit.
Que cum nullis consolationis admitteret. hanc rogauit ut ab horreo exire debuisset.
In quo ex omni corpore tritici parum quid inuentum est remansisse. Puer autem dei se se illic
protinus in orationem dedit. Qui post paululum egressus ad horreum. matrem adduxit
quod ita tritico plenum inuentum est. sicut plenum antea non fuerat. Tunc mater illius totius anni stipen-
dia se recepisse gaudebat. Quo uiso mater compuncta mutata. ipsa iam cepit petere quadam die.
ut daret. quod sic celeriter posset quod petisset accipere. Hic itaque cum matre in hospicii sui uestibulo
puer bonifacius stabat. uulpes ex more uenit et gallinam abstulit. Ipse autem
concite ecclesiam intrauit. et se in orationem prosternens apertis uocibus dixit. Placet
tibi domine. ut de nutrimento matris mee manducare non possim. Ecce enim gallinas
quas nutrit ~~gallinas~~ uulpes comedit. Cumque ab oratione surgens ecclesiam egressus
est. Mox autem uulpes rediit gallinam quam ore tenebat dimisit. atque ipsa moriens
ante eius oculos in terram cecidit. **Petrus.** Valde mirum quod conceditur preces in se spe-
rantium etiam in rebus uilibus dignatur deus exaudire. **Gregorius.** Hoc petre ex magna
conditoris nostri dispensatione agitur. ut per minima que percipimus sperare ma-
iora debeamus. Exauditus namque est in rebus uilibus puer sanctus et simplex. ut in pluri-
bus disceret quantum de deo presumere in magnis petitionibus deberet. **Petrus.** Placet
quod dicis. **Gregorius.**

Alius quoque uir uenerabilis
uite. in eisdem partibus fuit fortunatus nomine tudertine ecclesie anti-
stes. qui in desfugandis spiritibus immense uirtutis gratia pol-
lebat. ita ut non numquam ab obsessis corporibus legiones demonum pelleret. et
continuo orationis studio intentus. obiectas contra se eorum multitudines superaret. Un

Fortunatus episcopus

Vir familiarissimus fuit Iulianus huius ecclesie defensor qui ante non longum tempus de hac urbe defunctus est. Cuius ego relatione quoque hoc didici quod narro. quia sepe gestis illius ausu familiaritatis interserat. eiusque per memoriam ad instructionem meam quasi favi dulcedine corde retinebat. Matrona quedam nobilis in Tuscie partibus habebat nurum. que intra breve tempus quo filium eius acceperat. cum eadem socru sua ad dedicationem oratorii beati Sebastiani martiris fuit invitata. Nocte vero eadem qua subsequenti die ad dedicationem predicti oratorii fuerat processura. voluptate carnis devicta a viro suo se se abstinere non potuit. Cumque mane facto conscientiam deterreret perpetrata carnis delectatio processionem vero imperaret. verecundia plus erubescens vultum hominum quam iudicium dei metuens. cum socru sua ad dedicandum oratorium processit. Mox vero ut reliquie beati Sebastiani martiris oratorium sunt ingresse. eandem predicte matrone ~~nurum~~ nurum malignus spiritus arripuit. et coram omni populo vexare cepit. Eiusdem vero oratorii presbiter. dum hanc vehementissime vexari conspiceret. ex altari sindonem tulit. eamque cooperuit. sed hunc repente etiam diabolus invasit. Quia cum ultra vires voluit quidquam presumere. compulsus est cognoscere in sua vexatione quid esset. Hii vero qui aderant puellam de manibus ex oratorio sublatam. ad domum propriam deportaverunt. Cumque hanc antiquus hostis vexatione continua vehementer attereret. vicini et propinqui sui eam carnaliter amantes. ad obtinendum salutis remedium maleficis tradiderunt. ut eius animam funditus extinguerent. Cuius carni magicis artibus ad tempus prodesse conarentur. Ducta est itaque ad fluvium. atque in aquam mersa. ibique diutius incantationibus agere malefici moliebantur. nec ibi quem in ea invaserat diabolus exivit. Sed miro omnipotentis dei iudicio dum perversa arte ab ea unus repelleretur. in eam subito legio intravit. Cepit ex hoc illa tot motibus agitari. tot vocibus clamoribusque perstrepere. quot spiritibus detinebatur. Tunc dato consilio parentes eius. sue perfidie culpam fatentes. hanc ad virum venerabilem Fortunatum episcopum duxerunt. eique reliquerunt. Qua ille suscepta multis se diebus ac noctibus in orationem dedit. tantoque annisu precibus incubuit. quanto in uno corpore contra se assistere legionum aciem invenit. Et non post multos dies ita sanam atque incolumem reddidit. ac si in ea diabolus ius proprium unquam habuisset.

Aliquo quoque tempore isdem vir omnipotentis dei famulus ex obsesso quodam homine immundum spiritum eiecit. Qui malignus spiritus cum vesperascente iam die. secreta ab hominibus iam hora tenebrescente peregrinum esse se simulans. circuire cepit civitatis plateas. et clamare. O Fortunatum episcopum virum sanctum ecce quid fecit. Peregrinum hominem de hospitio suo expulit. Quero ubi requiescere debeam. et in civitate eius non invenio. Tunc quidam in hospicio cum uxore sua et parvulo filio ad prunas sedebat. Cum vocem eius audiret et quid ei episcopus fecerit requireret. hunc invitavit hospitio sedere secum iuxta prunas fecit. Cumque vicissim aliqua confabularentur. parvulum eius filium idem malignus spiritus invasit. atque in easdem prunas proiecit. ibique mox eius animam excussit. Qui nimirum orbatus miser vel quem ipse suscepisset. vel quem episcopus expulisset agnovit. **Petrus.** Quidnam hoc esse dicimus ut occidendi ausum in eius hospitio antiquus hostis acciperet qui hunc peregrinum estimans ad se hospitalitatis gratia vocasset. **Gregorius.**

Multa petre videntur bona. sed non sunt quia bono animo non fiunt. Unde et in evangelio veritas dicit. Si oculus tuus nequam fuerit. totum corpus tuum tenebrosum erit. Quia cum perversa est intentio que precedit. pravum est omne opus quod sequitur. Quamvis rectum esse videatur. Ego namque hunc virum qui dum hospitalitatem exhiberet. orbatus est non opere pietatis delectatum estimo. sed episcopi derogatione. Nam pena subsequens innotuit. quia precedens illa susceptio sine culpa non fuit. Sunt namque nonnulli qui idcirco bona facere student. ut ~~gratiam~~ alienae operationis obnubilent. Nec pascuntur bono quod faciunt. sed laude boni qua ceteros premunt. Qua de re existimo hunc virum. qui malignum spiritum in hospitalitate suscepit. ostentationem potius intendisse quam operi. ut meliora quam episcopus fecisse videretur. quatenus ipse susciperet eum. quem vir domini Fortunatus expulisset. **Petrus.** Ut dicitur ita est. Nam finis operis probat. quia nuda intentio operatoris non fuerat. **Gregorius.**

Alio autem tempore. dum oculorum quidam lumen amisisset. ad hunc deductus intercessionis eius opem petiit et impetravit. Nam cum vir dei oratione facta eius oculis signum crucis impressit. ab eis ~~protinus~~ protinus luce reddita nox cecitatis abscessit.

Preterea equus cuiusdam militis. in rabiem fuerat versus. ita ut a multis teneri vix posset. sed quoscumque potuisset invadere eorum membra morsibus dilaniaret. Tunc utcumque a multis ligatus ad virum dei deductus est. Qui mox eius capiti extensa manu signum crucis edidit. et cunctam eius rabiem in mansuetudinem mutavit. ita ut mitior post existeret quam ante illam vesaniam fuisset. Tunc idem miles equum quem tam mirabiliter a sua vesania viderat immutatum. eidem sancto viro decrevit offerendum. Quem cum suscipere ille renueret. ipse vero in precibus ne despiceretur eius oblatio persisteret. sanctus vir mediam discretionis viam tenendo. et petitionem militis audivit. et munus suscipere pro exhibita virtute recusavit. Precium namque dignum prius prebuit. et post equum quem sibi afferebatur accepit. Quia enim si non susciperet contristari illum conspexerat. caritate cogente emit. quod necessarium non habebat.

Nec hoc silere de huius viri virtutibus debeo. quod ante dies fere duodecim agnovi. Quidam namque ad me deductus est senex pauper. et ut michi senum collocutio esse semper amabilis solet. studiose hunc unde esset inquisivi. qui se de Tudertina esse civitate respondit.

Cui inquam · Queso te fuerit fortunatum episcopum nosti · Qui ait · Novi et bene novi · Tunc ego subiunxi · Dic rogo si que illius miracula cognovisti · et desideranti michi qualis fuit vir indica · Qui ait · Homo ille longe fuit ab istis hominibus quos videmus modo · Nam quidquid ab omnipotente deo peciit · ita ut peciit impetravit · Cuius hoc unum narro miraculum quod ad presens animo occurrit · Quadam die gothi iuxta tudertinam civitatem venerunt · qui ad partes ravenne properabant sed duos parvos puerolos de possessione abstulerunt · que possessio prefate tudertine civitati subiacebat · Hoc cum viro sanctissimo fortunato nunciatum fuisset · protinus misit · atque eosdem gothos ad se fecit evocari · Quos blando sermone alloquens · eorum prius studuit asperitatem placare · et post intulit dicens · Quale vultis precium dabo · et puerulos quos abstulistis reddite · michique hoc vestre gratie munus prebete · Tunc is qui prior eorum videbatur respondit dicens · Quidquid aliud precipis facere parati sumus · sed istos puerulos non reddemus · Cui venerandus vir blande minatus est dicens · Contristas me si non audis patrem tuum · Noli me contristare ne non expediat tibi · Sed idem gothus in cordis sui feritate permanens · negando discessit · Die vero altera digressurus iterum ad episcopum venit · Quem isdem verbis pro predictis puerulis episcopus rogavit · Cumque ad reddendum nullomodo consentire voluisset · Contristatus episcopus dixit · Scio quia non expedit quod me contristato discedis · Que gothus verba despexit · atque ad hospicium reversus · eosdem puerulos de quibus agebatur equis superpositos · cum suis hominibus premisit · Ipse vero statim ascendens equum subsecutus est · Cumque in eadem civitate ante beati petri apostoli ecclesiam venisset · Equo eius pes lapsus est · Qui cum eo corruit · et eius mox coxa confracta est · ita ut in duabus partibus os esset divisum · Tunc levatus in manibus reductus ad hospicium est · Qui festinus misit · et pueros quos premiserat reduxit · et viro venerabili fortunato mandavit dicens · Rogo te pater mitte ad me dyaconum tuum · Cuius diaconus cum ad iacentem venisset · pueros quos reddere se episcopo omnino negaverat · in medium deduxit · eosque diacono illius reddidit dicens · vade et dic domino meo episcopo · Quia maledixisti michi · ecce percussus sum · Sed pueros quos quesisti recipe · et pro me intercede · Susceptos itaque puerulos ad episcopum reduxit dyaconus · Cui benedictam aquam venerabilis fortunatus statim dedit dicens · vade citius et eam super iacentis corpus proice · Perrexit itaque diaconus atque ad gothum introgressus · benedictam aquam super membra illius aspersit · Res mira et vehementer stupenda · Mox ut aqua benedicta gothi coxam contigit · ita omnis fractura solidata est · et saluti pristine coxa restituta est · ut hora eadem de lecto surgeret · et ascenso equo ita ceptum iter ageret · ac si nullam umquam lesionem corporis pertulisset · Factumque est ut qui sancto viro fortunato pueros pro reddere obediencia subiectus noluit · eos sine precio pena subactus daret ·

Hunc ergo completis studebat adhuc senex de eo et alia narrare. Sed quia nonnulli aderant ad quos cohortandos occupabar atque diei tardior hora incubuerat, facta venerabilis Fortunati domini audire amplius mihi non licuit, que audire si liceret semper volo. Sed die alio isdem senex venit et de illo magis adhuc mirabilia narravit dicens.

In eadem Tudertina urbe Marcellus quidam bone actionis vir cum duabus sororibus suis habitavit. Qui eveniente molestia corporis ipso sacratissimo vespere sabbati paschalis defunctus est. Cuius corpus cum longius esset efferendum, die eodem sepeliri non potuit. Cumque mora esset temporis ad complendum debitum sepulture, sorores eius morte illius afflicte cucurrerunt flentes ad venerabilem Fortunatum eique magnis vocibus clamare ceperunt: Scimus quia apostolorum vitam tenes, leprosos mundas, cecos illuminas. Veni et resuscita mortuum nostrum. Qui mox ut earum fratrem cognovit esse defunctum, flere ipse cepit de morte illius, eisque respondit dicens: Recedite et hec dicere nolite, quia iussio omnipotentis Dei est cui contraire nullus hominum potest. Illis itaque discedentibus tristis ex morte eius remansit episcopus. Subsequenti autem die dominico ante exsurgentis lucis crepusculum vocatis duobus dyaconibus suis perrexit ad domum defuncti. Accessitque ad locum ubi iacebat corpus exanime, ibique se in oratione dedit. Expleta autem prece surrexit et iuxta corpus defuncti sedit. Non autem grandi voce defunctum per nomen vocavit dicens: Frater Marcelle. Ille autem ac si leviter dormiens ad vicinam vocem quamvis modicum fuisset excitatus, statim oculos aperuit atque ad episcopum respiciens dixit: O quid fecisti. O quid fecisti. Cui episcopus ait dicens: Quid feci. At ille ait: Duo hesterno die venerunt qui me eicientes ex corpore in bonum locum duxerunt. Hodie autem unus missus est qui dixit: Reducite eum quia Fortunatus episcopus in domum illius venit. Quibus expletis verbis mox et de infirmitate convaluit et in hac vita diutius mansit. Nec tamen credendum est quod locum quem acceperat perdidit, quia dubium non est quod intercessoris sui precibus potuit post mortem melius vivere, qui et ante mortem studuit omnipotenti Domino placere. Sed cur multa de eius vita dicimus, cum nunc usque ad corpus illius tot virtutum documenta teneamus. Demoniacos quippe absolvere, egros curare quotiens ex fide petitur, ut vivens consueverat, sic et defunctus facere apud sua mortua ossa perseverat. Sed libet adhuc, Petre, ex Valerie provincie partibus narrationis mee verba reducere, de quibus me cuncta valde miranda ex ore venerabilis Fortunati, cuius longe superius memoriam feci, contigit audisse. Qui crebro ad me veniens, dum facta mihi veterum narrat, nova refectione me satiat. ~~[illegible]~~

XI

Quidam namque in eadem provincia Martirius nomine devotus valde omnipotentis Dei famulus fuit, qui hoc de se virtutis sue testimonium signum dedit. Cum quadam die fratres illius subcinericium panem fecissent, eique obliti essent signum crucis deprimeret. sicud hac provincia crudi panes ligno signari solent, ut per quadras quatuor partiti videantur. Eidem dei famulus affuit, eique reficientibus signatum non fuisse cognovit. Cumque iam panis ille primus esset et cineribus coopertus, dixit. Quare hunc minime signastis? Cumque hec diceret signum crucis digito contra prunas fecit. Quo signante protinus cum magno crepitu panis dedit, ac si ingentibus in ignibus olla crepuisset. Qui dum coctus postmodum fuisset ab igne subtractus, ea cruce signatus est, quam non tactus sed fides fecerat.

XII

~~De Severo presbitero~~ ~~[illegible] plangit~~

In eodem quoque loco Interorina vallis dicitur, que a multis verbo rustico Interorina nominatur. In qua erat quidam vir vite venerabilis valde, nomine Severus, ecclesie beate marie semper virginis et dei genitricis sacerdos. Hunc cum quidam paterfamilias ad extremum venisset diem, missis concite nunciis rogavit ut ad se veniret, quatenus suis per orationibus propemodum eius intercederet, ut acta de malis suis penitentia solutus culpa de corpore exiret. Quem videlicet sacerdos ex parte contigit audisse, ut ad putanda vinea esset occupatus. Atque ad se venientibus dicebat. Antecedite, ecce ego vos subsequor. Cumque videret sibi in eodem opere parum aliquid superesse, paululum moram fecit, ut opus quod minimum restabat compleret. Quo completo cepit ad egrum pergere. Cui vero illi in itinere occurrentes illi qui prius venerant obviam facti sunt dicentes. Quid tardasti pater? noli fatigari quia iam defunctus est. Quo audito ille contremuit, et magnis se vocibus interfectorem illius clamare cepit. Flens itaque pervenit ad corpus defuncti, sese coram lecto illius cum lacrimis in terram in oratione dedit. Cumque vehementer fleret, caput in terram tunderet, se reum mortis illius clamaret, repente is qui defunctus fuerat animam recepit. Quod dum multi qui circumstabant aspicerent, ammirationis vocibus clamantes ceperunt amplius pre gaudio flere. Cumque eum requirerent ubi fuerit, vel quomodo redisset, ait. Tetri valde homines erant qui me ducebant, ex quorum ore et naribus ignis exiebat, quem tollerare non poteram. Cumque per obscura loca me ducerent, subito pulchre visionis iuvenis cum aliis nobiscum euntibus obviam factus est, qui me trahentibus dixit. Reducite eum, quia Severus presbiter plangit. Eius enim eum dominus lacrimis donavit. Qui scilicet Severus protinus de terra surrexit, eique ~~[illegible]~~ agenti opem sue intercessionis prebuit. penitentiam Et dum per dies septem de perpetratis culpis penitentiam egit redivivus ageret. octavo die letus de corpore exivit.

Nota Perpende queso petre iste de quo loquimur Severus quam dilectus domino extiterit, quem contristari ~~ut~~ ad modicum non pertulit.

Petrus. Miranda sunt valde hec que me actenus usque latuisse. Sed quid esse dicimus quod tales viri modo nequeunt inveniri?

Gregorius. Ego petre multos tales in hoc seculo non modo deesse conicio. Neque enim si talia signa non faciunt, ideo tales non sunt. Vite namque vera estimatio est in virtute operum, non in ostensione signorum. Nam sunt plerique qui et signa non faciunt.

Sequitur [illegible]

signa tamen facientibus dispares non sunt. **Petrus** Vellem michi hoc edisseri rogo. Potest quod sint quidem qui signa non faciunt et tamen facientibus dissimiles non sunt. **Gregorius** Nunquid non nescis quia Paulus apostolus Petro apostolorum primo in principatu apostolico frater est. **Petrus** Scio plane et dubium non est quia et si minimus apostolorum omnibus tamen plus omnibus laboravit. **Gregorius** Quod bene ipse reminisceris Petrus in mari pedibus ambulavit, Paulus in mari naufragium pertulit. Et in uno eodemque elemento ibi Paulus cum navi non potuit ubi Petrus pedibus iter fecit. Aperte igitur constat quia cum utriusque virtus fuerit dispar in miraculo utriusque tamen meritum dispar non est in celo. **Petrus** Placet fateor omnino quod dicis. Iam aperte cognovi quia vita et non signa querenda sunt. Sed quia ipsa signa que fiunt bone vite testimonium ferunt, quaeso adhuc si qua sunt referre non differas ut esurientem me per exempla bonorum pascas. **Gregorius** Vellem tibi de laudibus redemptoris de viri venerabilis Benedicti miraculis aliqua narrare. Sed ad hec explenda hodiernum tempus video non posse sufficere. Liberius itaque hec loquimur si aliud exordium sumamus.

Explicit liber primus

Incipiunt capitula libri secundi

I De capisterio fracto et consolidato
II De temptatione carnis superata
III De ampulla vitrea signo crucis rupta
IIII De monacho vagementis ad salutem reducto
V De aqua de montis vertice de petra producta
VI De ferro ex profundo aque ad manubrium reverso
VII De eius discipulo qui super aquam pedibus ambulavit
VIII De infecto per venenum pane per corvum longius proiecto
IX De ingenti saxo per orationem desoluto
X De fantastico coquine incendio
XI De servo dei puerulo ruina contrito et sanato
XII De servis dei qui cibum contra regulam sumpserunt
XIII De fratre Valentiniani monachi
XIIII De simulatione regis Totile deprehensa
XV De prophetia que de eodem rege Totila facta est
XVI De clerico a demone liberato
XVII De prophetia destructionis monasterii sui

XVIII De flascone sublato et per spiritum cognito
XIX De mappulis a servo dei acceptis
XX De superba cogitacione monachi per spiritum cognita
XXI De ducentis farine modiis fame tempore ante cellam inventis
XXII De fabrica monasterii terracinensis per visionem disposita
XXIII De ancillis dei que post mortem per eius oblacionem communioni sunt reddite
XXIIII De puerulo monacho quem sepultum terra proiecit
XXV De monacho qui de monasterio discessit et dracone qui se contra se in via invenit
XXVI De elephantioso curato
XXVII De solidis per miraculum debitori redditis
XXVIII De eo qui venenum biberat curato
XXIX De ampulla vitrea in saxis proiecta et non fracta et de dolio vacuo et oleo repleto
XXX De monacho a demonio liberato
XXXI De ligato rustico et soluto
XXXII De mortuo suscitato
XXXIII De miraculo scholastice sororis eius
XXXIIII De anima sororis eius visa qualiter e corpore sit egressa episcopi
XXXV De mundo ante oculos eius collecto et de anima germani capuane civitatis
XXXVI De eo quod regulam monachorum scripsit
XXXVII De prophetia sui obitus fratribus nunciata
XXXVIII De insana muliere per eius speluncam sanata
XXXIX Quanta virtus sancti viri per suas reliquias ostenditur

Incipit liber secundus

Fuit vir vite venerabilis gratia benedictus et nomine ab ipso pueritie sue tempore cor gerens senile. Etatem quippe moribus transiens. nulli animum voluptati dedit. Sed dum adhuc in hac terra esset. quo temporaliter libere uti potuisset despexit. iam quasi aridum mundum cum flore. Qui liberiori genere ex provincia nursie exortus. rome liberalibus litterarum studiis traditus fuerat. Sed cum in eis multos ire per abrupta viciorum cerneret eum que quasi ingressum mundi posuerat retraxit pedem ne si quid de sciencia eius attingeret ipse quoque postmodum in immane precipicium totus iret. Despectis itaque litterarum studiis relicta domo rebusque patris soli deo placere desiderans sancte conversacionis habitum quesivit. Recessit igitur scienter nescius et sapienter indoctus. Huius ego omnia gesta non didici. Sed pauca que narro quatuor discipulis illius referentibus agnovi. Constantino scilicet reverentissimo viro valde qui ei in monasterij regimine successit. Valentiniano quoque qui multis annis lateranensi monasterio prefuit. Simplicio qui congregacionem eius post eum tercius rexit. Honorato etiam qui nunc adhuc celle eius in qua prius conversatus fuerat preest. Hic itaque cum iam relictis litterarum studiis petere deserta decrevisset nutrix que hunc arcius amabat sola secuta est. Cumque ad locum venissent qui effide dicitur multisque honestioribus viris caritate se illic detinentibus in beati petri ecclesia demorarentur predicta nutrix eius ad purgandum triticum a vicinis mulieribus prestari sibi capisterium pecijt. Quod super mensam incaute derelictum casu accidente confractum est sicque ut in duabus partibus inveniretur divisum. Quod mox ut rediens nutrix invenit vehementissime flere cepit quia vas quod prestitum acceperat fractum videbat. Benedictus autem religiosus et pius puer cum nutricem suam flere conspiceret eius dolori compassus ablatis secum utrisque partibus fracti capisterij sese cum lacrimis in oracione dedit. Qui ab oracione surgens ita iuxta se vas sanum repperit ut in eo fracture vestigia inveniri nulla potuissent. Mox autem nutricem suam blande consolatus ei sanum capisterium reddidit quod fractum tulerat. Que res in loco eodem a cunctis est agnita atque in tanta admiratione habita ut hoc ipsum capisterium eius loci incole in ecclesie ingressu suspenderent quatinus et sequentes presentes et futuri agnoscerent benedictus puer conversacionis gratiam a quanta perfectione cepisset. Quod annis multis illic ante oculos omnium fuit et usque ad hec longobardorum tempora super fores ecclesie pependit. Sed benedictus plus appetens mala mundi perpeti quam laudes pro deo laboribus fatigari quam vite huius favoribus extolli nutricem suam occulte fugiens deserti loci secessum petijt cui sublacus vocabulum est. Qui a romana urbe quadraginta fere milibus distans frigidas atque perspicuas emanat aquas. Que illic videlicet aquarum habundancia in extenso prius lacu colligitur ad postremum vero in amnem derivatur. Quo dum fugiens pergeret monachus quidam romanus nomine hunc euntem repperit quo tenderet requisivit. Cuius cum desiderium cognovisset et secretum tenuit et adiutorium impendit eique sancte conversacionis habitum tradidit et in quantum licuit ministravit. Vir autem dei ad eundem locum perveniens in artissimo specu se tradidit tribus quoque annis excepto romano monacho hominibus incognitus mansit. Qui videlicet romanus non longe in monasterio sub deodati patris regula degebat. Sed pie eiusdem patris sui oculis furabatur horas et quem sibi ad manducandum surripere poterat diebus certis benedicto panem ferebat. Ad eum vero specum a romani cella iter non erat. quia excelsa desuper rupes eminebat. Sed ex eadem rupe in longissimo fune religatum romanus deponere panem consueverat. In qua etiam resti parvum tintinabulum inseruit. ut ad sonum tintinabuli vir dei cognosceret. quando sibi romanus panem preberet. quem exiens acciperet. Sed antiquus hostis unius caritati invidens. et alterius refectioni cum quadam die submitti panem conspiceret. iactavit lapidem et tintinabulum fregit. Romanus tamen modis et horis congruentibus ministrare non desiit. Cumque iam omnipotens deus et romanum vellet a laboribus quiescere. et benedicti vitam in exemplum hominibus demonstrare. ut posita super candelabrum lucerna claresceret. quatenus omnibus qui in domo dei sunt luceret. cuidam presbitero longius manenti. qui refectionem sibi in paschali festivitate paraverat. per visum apparere dignatus est dicens. Tu tibi delicias preparas et servus meus illo in loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit. atque in illa solempnitate paschali cum alimentis que sibi paraverat. ad locum tetendit. et virum dei per abrupta montium. per concava vallium per defossa terrarum quesivit. eumque latere in specu repperit. Cumque oratione facta et benedicentes omnipotentem deum consedissent. post dulcia vite colloquia. is qui advenerat presbiter dixit. Surge et sumamus cibum. quia hodie pascha est. Cui vir dei respondit dicens. Scio quod pascha est. quia videre te merui. Longe quippe ab hominibus positus. quia die eodem paschalis esset solempnitas ignorabat. Venerabilis autem presbiter rursum asseruit dicens. Veraciter hodie resurrectionis dominice paschalis dies est. Abstinere tibi minime congruit. quia et ego ad hoc missus sum. ut dona omnipotentis domini pariter sumamus. Benedicentes igitur deum sumpserunt cibum. Expleta igitur refectione et colloquio. ad ecclesiam presbiter recessit. Eodem quoque tempore hunc in specu latitantem etiam pastores invenerunt. Quem dum vestitum pellibus inter frutecta cernerent. aliquam bestiam esse crediderunt. Sed cognoscentes dei famulum. eorum multi ad pietatis gratiam a bestiali mente mutati sunt. Nomen itaque eius per vicina loca cunctis innotuit. Factumque est ut ex illo iam tempore a multis frequentari cepisset. Qui ei cibos deferrent corporis. ab eius ore in suo pectore alimenta referebant vite.

II

Quadam vero die dum solus esset temptator affuit. Nam nigra parvaque avis que vulgo merula vocatur circa faciem eius volitare cepit. eiusque vultui importune insistere. ita ut capi manu posset. si hanc vir sanctus tenere voluisset. Sed signo crucis edito recessit avis. Tanta autem carnis temptatio avem eandem recedentem secuta est. quanta vir sanctus numquam fuerat expertus. Quandam namque aliquando feminam viderat ~~viderat~~ quam malignus

spiritus ~~a~~ ante mentis eius oculos reduxit. Tantoque igne dei servi animum de specie eius
accendit ut se in eius pectore amoris flamma vix caperet et iam pene deserere he-
remum voluptate victus deliberaret. Sed subito superna gratia ad semetipsum respectus
reversus est. atque urticarum et veprium iuxta se densa succrescere frutecta conspiciens.
exuto vestimento nudum se in illis spinarum aculeis et urticarum incendiis proiecit. ibique
diu volutatus toto ex eis corpore vulneratus exiit et per cutis vulnera eduxit a corpore
vulnus mentis. quia voluptatem traxit in dolorem. Cumque bene penaliter arderet foris ex-
tinxit quod illicite ardebat intus. Vicit itaque peccatum quia mutavit incendium. Ex quo
videlicet tempore sicud post discipulis perhibebat ipse ita in illo est temptatio vo-
luptatis edomita ut tale in se aliquid minime sentiret. Ceperunt postmodum multi iam
mundum relinquere atque ad eius magisterium festinare. Liber quippe a temptationis
vitio iure iam factus est virtutum magister. Unde et per moysen dicitur et precipitur
ut levite a viginti quinque annis et supra ministrare debeant. ab anno autem quinquagesimo
custodes vasorum fiant. **Petrus** Iam quidem prolati testimonii mihi aliquatenus
intellectus interlucet. sed tamen planius postulo exponi. **Gregorius** Liquet petre
quod in iuventute temptatio carnis fervescat. ab anno autem quinquagesimo calor corporis fri-
gescit. Vasa autem sacra sunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in temptatione sunt
subesse eos ac servire necesse est et obsequiis laboribusque fatigari. Cum vero iam
mentis etate tranquilla calor recessit temptationis custodes vasorum sunt quia doctores animarum
sunt. **Petrus** Fateor placet quod dicis. sed quia prolati testimonii claustra reserasti
queso ut de vita iusti debeas ea que sunt inchoata percurrere. **Gregorius** Recedente igitur
temptatione vir dei quasi spinis erutis exculta terra de virtutum segete feracius
Preclare itaque opinione conversationis. et fructum dedit. III
celebre nomen eius habebatur. Non longe autem monasterium fuit cuius congre-
gationis pater defunctus. omnis ex illo congregatio ad eundem venera-
bilem benedictum venit. et magnis precibus ut ei preesse deberet petiit.
Qui diu negando distulit. suis illorum fratrum moribus convenire non posse predixit.
Sed victus quandoque precibus assensum dedit. Cumque in eodem monasterio regularis vite cu-
stodiam teneret. nullique ut prius per actus illicitos in dextram levamque partem deflectere
a conversationis itinere liceret. ~~suscepti~~ fratres insane semetipsos prius accusare ce-
suscepti perunt quia hunc sibi preesse poposcerunt. quorum scilicet tortitudo in norma eius rectitudinis
offendebat. Cumque sibi sub eo conspicerent illicita non licere et se dolere assueta relin-
quere durumque esset quod in mente vetere cogebantur nova meditari. sicud pravis moribus
semper gravis est vita bonorum tractare de eius aliquid morte conati sunt. Cumque
consilio inito venenum vino miscuerunt. et cum vas vitreum in quo ille pestifer potus ha-
bebatur recumbenti patri ex more monasterii ad benedicendum fuisset oblatum. Benedictus
extensa manu signum crucis edidit. et vas quod longius tenebatur eodem signo rupit.

Vitri confractum est ac si de illo vase mortis pro poculo lapide dedisset. Intellexit protinus vir dei quod potum mortis habuerat quod portare non potuit signum vitae. atque illico surrexit et vultu placido mente tranquilla convocatis fratribus locutus est dicens. Misereatur vestri omnipotens deus fratres. Quare in me ista facere voluistis. Numquid non prius dixi vobis quia vestris ac meis moribus non conveniret. Ite et iuxta mores vestros patrem vobis perquirite quia me post haec habere minime potestis. Tunc ad locum dilecte solitudinis rediit et solus in superni spectatoris oculis habitavit secum. **Petrus** Minus patet intelligo quid sit habitavit secum. **Gregorius** Si sanctus vir contra se unanimiter conspirantes sueque conversationi longe dissimiles coactos diu sub se tenere voluisset fortasse sui vigoris usum et modum tranquillitatis excederet atque a contemplationis lumine mentis sue oculum declinasset. Dumque cotidie illorum incorrectione fatigatus minus curaret sua et se forsitan relinqueret et illos non inveniret. Nam quotiens per cogitationis motum nimie extra nos ducimur et nos sumus et nobiscum non sumus quia nosmetipsos minime videntes per alia vagamur. An illum secum fuisse dicimus qui in longinqua regione abiit portionem quam acceperat consumpsit uni in ea civium adhesit porcos pavit quos et manducare siliquas videret et esuriret. Qui tamen postmodum cepit cogitare bona que perdiderat scriptum de illo est. In se reversus dixit. Quanti mercennarii in domo patris mei habundant panibus. Si igitur secum fuit unde ad se rediit. Hunc ergo venerabilem virum secum habitasse dixerim quia in sua semper custodia circumspectus ante oculos conditoris se semper aspiciens se semper examinans extra se mentis sue oculum non divulgavit. **Petrus** Quid est ergo quod de petro apostolo scriptum est cum de carcere ab angelo eductus est. Qui ad se reversus dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. **Gregorius** Duobus modis petre extra nos ducimur quia aut per cogitationis lapsum sub nosmetipsos recidimus aut per contemplationis gratiam super nosmetipsos levamur. Ille itaque qui porcos pavit vagatione mentis et immunditia sub se cecidit. Iste vero quem angelus solvit eiusque mentem in extasi rapuit extra se quidem sed supra semetipsum fuit. Uterque ergo ad se rediit quando et ille ab errore operis se collegit ad cor et iste a contemplationis culmine ad hoc rediit quod in intellectu communi et prius fuit. Venerabilis igitur benedictus in illa solitudine habitavit secum in quantum se intra cogitationis claustra custodivit. Nam quotiens eum contemplationis ardor in altum rapuit se procul dubio sub se reliquit. **Petrus** Placet quod dicis. Sed queso respondeas mihi si deserere debuit fratres quos semel suscepit. **Gregorius** Ut ego petre existimo ibi adunati mali equanimiter portandi sunt ubi inveniuntur aliqui qui adiuventur boni. Nam ubi omnino fructus de bonis deest fit aliquando de malis labor supervacuus

Maxime si e vicino cause suppetant que fructum deo valeant ferre meliorem. Vir itaque sanctus propter quem custodiendum staret qui omnes unanimiter se persequentes cerneret. Et sepe agitur in animo perfectorum quod silentio pretereundum non est. Quia cum laborem suum sine fructu esse considerant in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Unde ille quoque egregius predicator qui dissolvi cupit et esse cum Christo cui vivere Christus est et mori lucrum qui certamina passionum non solum ipse appetiit sed ad toleranda hec et alios accendit et Damasci persecutionem passus ut posset evadere murum funem sportamque quesivit seque latenter deponi voluit. Numquid nam Paulum mortem dicimus timuisse quam se ipse pro Ihesu amore testatur appetere. Sed cum in eodem loco minorem sibi adesse fructum conspiceret et gravem laborem ad laborem se alibi cum fructu servavit. Fortis etenim preliator dei teneri intra claustra noluit certaminis campum quesivit. Unde idem quoque venerabilis Benedictus si libenter audis citius agnoscis quia tot ipse vivens indocibiles deseruit quot in locis aliis ab anime morte suscitavit. **Petrus** Ita esse ut doces et manifesta ratio probat et prolatum congruumque testimonium declarat. Sed queso ut de vita tanti patris ad narrationis ordinem redeas. **Greg.** Cum sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus signisque succresceret multi ab eo in loco eodem ad omnipotentis dei sunt congregati servitium ita ut illic duodecim monasteria cum omnipotentis Ihesu Christi domini opitulatione construeret quibus statutis patribus duodenos monachos deputavit. Paucos vero secum retinuit quos adhuc in sua presentia aptius erudiri iudicavit. Cepere etiam tunc ad eum romane urbis nobiles et religiosi concurrere suosque ei filios omnipotenti deo nutriendos dare. Tunc quoque bone spei suas soboles Euthicius Maurum Tertullus vero patricius Placidum tradidit. Ex quibus Maurus iunior cum bonis polleret moribus magistri adiutor cepit esse. Placidus vero puerilis adhuc indolis annos gerebat. IIII

In uno autem ex eisdem monasteriis que circumquaque construxerat quidam monachus erat qui ad orationem stare non poterat. Sed mox ut se fratres ad studium orationis inclinassent ipse egrediebatur foras et mente vaga terrena aliqua et transitoria agebat. Cumque ab abbate suo sepius fuisset admonitus ad virum dei ductus est. Qui ipse quoque eius stultitiam vehementer increpavit. Sed ad monasterium reversus vix duobus diebus viri dei admonitionem tenuit. Nam die tertio ad usum proprium reversus vagari cepit tempore orationis. Cumque viro dei ab eodem monasterii patre quem constituerat nuntiatum fuisset dixit. Ego venio eumque per memetipsum emendo. Cumque vir dei venisset in eodem monasterio et constituta hora expleta psalmodia sese fratres ad orationem dedissent, aspexit quod eundem monachum qui manere in oratione non poterat quidam niger puerulus per vestimenti fimbriam foras trahebat. Tunc eidem patri monasterii Pompeiano nomine et Mauro Dei famulo secreto dixit: Numquid non aspicitis quis est qui istum monachum foras trahit? Qui respondentes dixerunt: Non. Quibus ait: Oremus ut et vos etiam videatis quem iste monachus sequitur. Cumque per biduum esset oratum, Maurus monachus vidit, Pompeianus autem eiusdem monasterii pater videre non potuit. Die igitur alio expleta oratione vir Dei oratorium egressus stantem foris monachum repperit, quem pro caecitate cordis sui virga percussit. Qui ex illo die nihil persuasionis ulterius a nigro iam puerulo pertulit, sed ad orationis studium immobilis permansit. Sicque antiquus hostis dominari non ausus est in cogitatione eius, ac si ipse percussus ex verbere fuisset.

V

Ex his autem monasteriis quae in eodem loco construxerat, tria sursum in rupibus montis erant, et valde erat fratribus laboriosum semper ad lacum descendere ut aquam haurire debuissent, maxime quia de excelso montis latere erat grave descendentibus in timore periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasteriis ad Dei famulum Benedictum venerunt dicentes: Laboriosum nobis est propter aquam cotidie usque ad lacum descendere, et idcirco necesse est ex eodem loco monasteria mutari. Quos blande consolatus dimisit, et nocte eadem cum parvulo puero nomine Placido, cuius superius memoriam feci, eiusdem montis ascendit rupem, ibique diutius oravit. Et oratione completa tres petras in loco eodem pro signo posuit, atque ad suum cunctis nescientibus monasterium rediit. Cumque die alio pro necessitate aquae ad eum praedicti fratres redissent, dixit: Ite et rupem illam in qua tres super invicem positas petras inveneritis in modico cavate. Valet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, ut vobis tanti itineris laborem dignetur auferre. Qui euntes rupem montis quam Benedictus praedixerat iam sudantem invenerunt. Cumque in ea concavum locum fecissent, statim aqua repletus est, quae tam sufficienter emanavit, ut nunc usque ubertim defluat atque ab illo montis cacumine usque ad inferiora derivetur.

VI

Alio quoque tempore Gothus quidam pauper spiritu ad conversionem venit, quem vir Dei Benedictus libentissime suscepit. Quadam vero die ei ferramentum dare iussit, quod a falcis similitudine falcastrum vocatur, ut de loco quodam vepres abscideret, quatinus illic fieri hortus deberet. Locus autem ipse quem mundandum Gothus susceperat super ipsam laci ripam iacebat. Cumque Gothus isdem densitatem veprium totius virtutis annisu succideret, ferrum de manubrio prosiliens in lacum cecidit, ubi scilicet tanta erat aquarum profunditas, ut spes requirendi ferramenti nulla iam esset. Itaque ferro perdito tremebundus ad Maurum monachum cucurrit Gothus, damnum quod fecerat nuntiavit, et reatus sui egit paenitentiam. Quod Maurus monachus mox Benedicto Dei famulo curavit indicare. Vir igitur Domini Benedictus haec audiens accessit ad benedictus tulit de manu gothi manubrium, et misit in lacum, et mox ferrum de profundo rediit atque in manubrium intravit. Qui statim ferramentum gotho reddidit dicens: Ecce labora et non contristare.

VII Gregorius

Quadam vero die cum idem venerabilis benedictus in cella consisteret, predictus placidus puer sancti viri monachus ad hauriendam aquam de lacu egressus est. Qui vas quod tenuerat incaute in aquam submittens ipse quoque cadendo secutus est. Quem mox unda rapuit et pene ad unius sagitte cursum a terra introrsus traxit. Vir autem dei intra cellam positus hoc protinus agnovit et maurum festine vocavit dicens: Frater maure curre velociter quia puer ille qui ad hauriendam aquam perrexerat in lacum cecidit, iamque eum longius unda trahit. Res mira et post petrum apostolum inusitata. Benedictione etenim postulata atque percepta ad patris sui imperium concitus perrexit maurus atque ad eum usque locum quo ab unda ducebatur per terram se ire existimans super aquam cucurrit, eumque per capillos tenuit, rapido quoque cursu rediit. Qui mox ut terram tetigit ad se reversus post terga respexit et quia super aquas cucurrisset agnovit. Et quod presumere non potuisset ut fieret miratus extremuit factum. Reversus ad patrem rem gestam retulit. Vir autem venerabilis benedictus hoc non suis meritis sed obediencie illius deputare cepit. At contra maurus pro solo eius imperio factum dicebat, seque conscium in illa virtute non esse quam nesciens fecisset. Sed in hac humilitatis mutue amica contencione accessit arbiter puer qui ereptus est. Nam dicebat: Ego cum ex aqua traherer super caput meum abbatis melotem videbam atque ipsum me ex aquis educere considerabam. Petrus. Magna sunt valde que narras et multorum edificacioni profutura. Ego autem boni viri miracula quo plus bibo plus sicio.

Gregorius VIII

Cum iam loca eadem in amore dei domini ihesu christi longe lateque fervescerent, secularem vitam multi relinquerent et sub levi redemptoris iugo cordis cervicem domarent, sicut mos pravorum est invidere aliis virtutis bonum quod ipsi habere non appetunt, vicine ecclesie presbiter florencius nomine, huius nostri subdiaconi florencii avus, antiqui hostis malicia perculsus, sancti viri studiis cepit emulari, eiusque conversacioni derogare, quosque eciam posset ab illius visitacione compescere. Cumque iam se conspiceret eius provectibus obviare non posse, et conversacionis illius opinionem crescere, atque multos ad statum vite melioris ipso quoque opinionis eius preconio indesinenter vocari, invidie facibus magis magisque succensus deterior fiebat, quia conversacionis illius appetebat habere laudem, sed habere laudabilem vitam nolebat. Qui eiusdem invidie tenebris cecatus ad hoc usque perductus est ut servo omnipotentis domini infectum veneno panem quasi pro benediccione transmitteret. Quem vir dei cum graciarum actione suscepit, sed eum que pestis lateret in pane non latuit. Ad horam vero refectionis illius corvus venire ex vicina silva consueverat et panem de manu illius accipere. Qui cum more solito venisset, panem quem presbiter transmiserat vir dei ante corvum proiecit eique precepit dicens In nomine domini iesu christi tolle hunc panem et tali eum in loco proice ut a nullo hominum possit inveniri. Tunc corvus aperto ore expansis alis circa eundem panem cepit discurrere atque crocitare ac si aperte diceret et obedire se velle et tamen iussa complere non posse. Cui vir dei iterum atque iterum precipiebat dicens Leva leva securus atque ibi proice ubi inveniri non possit. Qui diu demoratus quandoque corvus momordit ppen levavit et recessit. Post trium vero horarum spacium abiecto pane rediit et de manu hominis dei annonam quam consueverat accepit. Venerabilis autem pater contra vitam suam inardescere sacerdotis animum videns illi magis quam sibi doluit. Sed predictus Florencius quia magistri corpus necare non potuit se ad extinguendas animas discipulorum accendit ita ut in orto celle cui benedictus degebat ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret que coram eis sibi invicem manus tenentes et diutius ludentes illorum mentes ad perversitatem libidinis inflammarent. Quod sanctus vir de cella conspiciens lapsumque adhuc tenerioribus discipulis pertimescens idque pro sui solius fieri persecucione pertractans invidie locum dedit atque oratoria cuncta que construxerat substitutis prepositis adiunctis fratribus ordinavit et paucis secum monachis ablatis habitationem mutavit loci. Moxque vir dei eius odia humiliter declinavit. Sed hunc omnipotens deus terribiliter percussit. Nam cum predictus presbiter stans in solario benedictum discessisse cognosceret et exultaret perdurante immobiliter tota domus fabrica hoc ipsum in quo stabat solarium cecidit et benedicti hostem conterens extinxit. Quod viri dei discipulus maurus nomine statim venerabili patri benedicto qui adhuc a loco isto vix decem milibus aberat estimavit esse nunciandum dicens Revertere quia presbiter qui te persequebatur extinctus est. Quod vir dei audiens benedictus sese in gravibus lamentis dedit vel quia inimicus occubuit vel quia de inimici morte discipulus exultavit. Qua de re factum est ut eidem quoque discipulo penitenciam indiceret quod mandans tali gaudere de inimici interitu presumpsisset.

Petrus Mira sunt et multum stupenda que dicis. Nam in aqua ex petra producta Moysen in ferro vero quod ex profundo aque rediit Heliseum ~~et~~ in aque itinere Petrum in corvi obediencia Heliam in luctu autem mortis inimici David video et ut perpendo vir iste spiritu iustorum omnium plenus fuit.

Gregorius Vir domini benedictus petre unius spiritum habuit qui per concesse electis redempcionis graciam corda omnium implevit. De quo Iohannes dicit Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et de quo rursum scriptum est De plenitudine eius nos omnes accepimus. Nam sancti dei homines potuerunt a deo virtutes habere non etiam aliis tradere. Ille autem signa virtutis dedit subditis qui se daturum signum Ione promisit inimicis ut coram superbis mori dignaretur coram humilibus resurgere quatenus et illi viderent quod contempnerent et isti quod venerantes amare debuissent. Ex quo misterio factum est ut dum superbi aspiciunt despectum mortis humiles contra mortem acciperent gloriam potestatis.

Petrus Queso te post hec ad que loca vir sanctus migravit vel si in eis aliquas virtutes ostendit innotesce.

Gregorius Sanctus vir ad alia demigrans loca non hoste muinvenit. Ita tanto post grauiora prelia pertulit quanto contra se aperte pugnantem ipsum magistrum malicie invenit. Castro namque quod Cassinum dicitur in excelsi montis latere situm est. Quem videlicet mons distenso sinu hoc idem castrum recipit, sed per tria milia in altum se subrigens velud ad aera cacumen tendit. Ubi vetustissimum fanum fuit in quo ex antiquorum more gentilium a stulto rusticorum populo appollo colebatur. Circumquaque etiam in cultu demonum luci succreverant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium insana multitudo sacrificiis sacrilegis insudabat. Ibi itaque vir dei perveniens contrivit ydolum, subvertit aram, succendit lucos atque in ipso templo appollinis oraculum beati Martini construxit. Ubi vero ara fuit eiusdem appollinis oraculum sancti Johannis baptiste construxit et commorantem circumquaque multitudinem predicatione continua ad fidem vocabat. Sed hec antiquus hostis tacite non ferens non occulte vel per sompnium, sed aperta visione eiusdem patris oculis se ingerebat et magnis clamoribus vim se perpeti conquerebatur, ita ut voce eius illius fratres audirent quamvis ymaginem minime cernerent. Ut enim discipulis suis venerabilis pater dicebat, corporalibus eius oculis idem teterrimus hostis antiquus et accensus apparebat, qui in eum ore oculisque flammantibus sevire videbatur. Iam vero quid diceret audiebant omnes. Prius enim hunc vocabat ex nomine. Cui cum vir dei minime responderet, ad eius mox contumelias erumpebat. Nam cum clamaret dicens: Benedicte, Benedicte, et eum sibi nullo modo respondere conspiceret, protinus adiungebat: Maledicte non Benedicte, quid mecum habes, quid me persequeris. Sed iam nunc expectanda sunt contra dei famulum antiqui hostis nova certamina. Cui pugnas quidem voluit inferre, sed occasiones victorie ministravit invitus.

IIX

Quadam die dum fratres habitacula eiusdem celle construerent, lapis in medio iacebat quem in edificium levare decreverunt. Cumque eum duo vel tres movere non possent, plures adiuncti sunt, sed ita immobilis mansit ac si radicitus in terra teneretur, ut palam daretur intelligi quod super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum manus movere non possent. Difficultate igitur facta ad virum dei missum est ut veniret et orando hostem repelleret, ut lapidem levare potuissent. Qui mox venit. Orationem faciens benedictionem dedit, et tanta lapis celeritate levatus est ac si prius nullum pondus habuisset.

IX

Tunc in conspectu viri dei placuit ut in loco eodem terram foderent. Quam dum fodiendo altius penetrarent, ereum illic ydolum fratres invenerunt. Quo ad horam casu in coquinam proiecto, exire ignis repente visus est atque in cunctorum monachorum oculis quia omne edificium eiusdem coquine consumeretur ostendit. Cumque iactando aquam et ignem quasi extinguendo perstreperent, pulsatus eodem tumultu vir dei advenit. Qui eundem ignem in oculis fratrum esse, in suis vero non esse considerans, caput protinus in orationem flexit, et eos quos fantasmatico repperit igne deludi fratres revocavit ad oculos suos ut sanum illud coquinae aedificium assistere cernerent, et flammas quas antiquus hostis simulaverat non viderent.

XI

Rursum dum fratres parietem quia res ibi exigebat paulo altius aedificarent, vir dei in orationis studio intra cellulae suae claustra morabatur. Cui antiquus hostis insultans apparuit, et quia ad laborantes fratres pergeret indicavit. Quod vir dei per nuntium celerrime fratribus nuntiavit dicens: Fratres caute vos agite, quia ad vos hac hora malignus spiritus venit. Is qui mandatum detulit vix verba impleverat, et malignus spiritus eundem parietem qui aedificabatur evertit, atque unum puerulum monachum cuiusdam curialis filium opprimens ruina contrivit. Contristati omnes ac vehementer afflicti, non damno parietis sed contritione fratris, venerabili patri Benedicto studuerunt celeriter cum gravi luctu nuntiare. Tunc idem pater ad se dilaceratum puerum deferri iubet. Quem portare non nisi in sago potuerunt, quia collapsa saxa parietis eius non solum membra sed etiam ossa contriverant. Eumque vir dei protinus iussit in cella sua in psiathio quod vulgo matta dicitur quo orare consueverat proici, missisque foras fratribus cellam clausit. Qui orationi instantius quam solebat incubuit. Mira res, hora eadem hunc incolumem atque ut prius valentem ad eundem iterum laborem misit, ut ipse quoque parietem cum fratribus perficeret, de cuius se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidit. Coepit vero inter ista vir dei etiam prophetiae spiritu pollere, ventura praedicere, praesentibus absentia nuntiare.

XII

Mos etenim cellae fuit, ut quotiens ad responsum aliquod egrederentur fratres, cibum potumque extra cellam minime sumerent. Cumque hoc de usu regulae sollicite servaretur, quadam die ad responsum fratres egressi sunt, in quo tardiori compulsi sunt hora demorari. Qui manere iuxta religiosam feminam noverant, cuius ingressi habitaculum sumpserunt cibum. Cumque iam tardius ad cellam redissent, benedictionem patris ex more petierunt. Quos ille protinus percontatus est dicens: Ubi comedistis? Qui responderunt: Nusquam. Quibus ille ait: Quare mentimini ita? Numquid illius talis feminae habitaculum non intrastis? Numquid hos atque illos cibos non accepistis? Numquid tot calices non bibistis? Cumque eis venerabilis pater et hospitium mulieris et genera ciborum et numerum potionum diceret, recognoscentes cuncta quae egerant, ad eius pedes tremefacti ceciderunt, se deliquisse confessi sunt. Ipse autem protinus culpam pepercit, perpendens quod in eius absentia ultra non facerent, quem praesentem sibi esse in spiritu scirent.

XIII

Frater quoque Valentiniani eius monachi cuius superius memoriam feci, erat laicus sed religiosus. Qui ut servi dei orationem perciperet et gratiam manus eius videret, annis singulis de loco suo ad cellam ieiunus venire consueverat. Quadam igitur die dum iter ad monasterium faceret, sese illi alter viator adiunxit, qui comedendos cibos deferebat cibos. Cumque ea hora tardior excrevisset dixit: Frater veni sumamus cibum ne lassemur in via. Cui ille respondit: Absit frater non faciam, quia ad venerabilem patrem Benedictum ieiunus ire consuevi. Quo responso accepto ad horam viator conticuit. Sed cum post hec aliquantulum itineris spacium confecissent, rursus admonuit ut manducarent. Consentire noluit qui ieiunus pervenire decreverat. Tacuit qui eum ad manducandum invitaverat, et cum eo ieiunus ad horam pergere admodum consensit. Cumque iterum longius agerent et eos tardior hora fatigaret ambulantes, invenerunt in itinere pratum et fontem et queque ad reficiendum delectabilia vidit. Tunc viator dixit: Ecce aqua, ecce pratum, ecce amenus locus in quo possimus refici et parum quiescere, ut valeamus iter nostrum postmodum complere incolumes. Cum ergo et verba auribus et locus oculis blandirentur, hac tercia admonicione persuasus consensit et comedit. Vespertina vero hora pervenit ad cellam. Perductus autem ad venerabilem Benedictum patrem orationem petiit. Sed mox ei vir sanctus hoc quod in via egerat improperavit dicens: Quid est frater? Malignus hostis qui tibi per viatorem tuum locutus est, semel tibi persuadere non potuit, secundo non potuit, sed tercio persuasit et te ad hoc quod voluit superavit. Tunc ille reatum infirmitatis sue recognoscens, eius pedibus provolutus tanto magis cepit culpam deflere et erubescere, quanto se cognovit etiam absentem in Benedicti patris oculis deliquisse. **Petrus.** Ego sancti viri precordiis Helisei spiritum inesse video, qui absenti discipulo presens fuit. **Gregorius.** Oportet Petre ut interim sileas, quatinus adhuc maiora cognoscas.

XIIII

Gothorum namque temporibus cum rex eorum Totila sanctum virum prophetie spiritum audisset habere, ad eius monasterium pergens paulo longius substitit, eique se venturum nunciavit. Cui dum protinus mandatum fuisset de monasterio ut veniret, ipse sicut perfide mentis fuit, an vir Dei prophetie spiritum haberet explorare conatus est. Quidam vero eius spatarius Riggo dicebatur, cui calciamenta prebuit, eumque indui regalibus vestibus fecit, quem quasi in persona sua pergere ad Dei hominem precepit. In cuius obsequio tres qui sibi pre ceteris adherere consueverant comites misit, scilicet Vul, Ridderic et Blidin, ut ante servi Dei oculos ipsum esse Totilam regem simulantes, eius latera ambularent. Cui alia quoque obsequia atque spatarios prebuit, ut tam ex eisdem obsequiis quam et purpureis vestibus rex esse putaretur. Cumque isdem Riggo decoratus vestibus, obsequentium frequentia comitatus, monasterium fuisset ingressus, vir Dei eminus sedebat. Quem venientem conspiciens, cum iam ab eo audiri potuisset, clamavit dicens: Pone fili, pone hoc quod portas, non est tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit, et quia tanto viro illudere presumpsisset expavit, omnesque qui cum eo ad Dei hominem veniebant terre consternati sunt. Surgentes autem ad eum propinquare minime presumpserunt, sed ad suum regem reversi nunciaverunt trepidi quanta velocitate fuerant deprehensi.

XV

Tunc per se idem Totila ad dei hominem accessit. Quem cum longe sedentem cerneret non ausus accedere se se in terram dedit. Cui cum vir dei bis terque diceret Surge. Sed ipse ante eum de terra erigi non auderet. Benedictus ihesu christi domini famulus per semetipsum dignatus est accedere ad regem prostratum. Quem de terra elevavit et de suis actibus increpavit atque in paucis sermonibus cuncta que illi ventura erant prenunciavit dicens. Multa mala facis et multa fecisti. Iam ab iniquitate compesce. Et quidem Romam ingressurus es mare transiturus. Novem annis regnabis decimo morieris. Quibus auditis rex vehementer territus oratione petita recessit. Atque ex illo iam tempore minus crudelis fuit. Cum non multo post ad Romam adiisset ad Siciliam perrexit. Anno autem decimo regni sui omnipotentis dei iudicio regnum cum vita perdidit. Praeterea antistes ~~canusine~~ ecclesie ad eundem dei famulum venire consueverat. Quem vir dei pro vite sue merito valde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingressu regis totile et romane urbis perditione colloqueretur dixit. Per hunc regem civitas ista destruetur ut iam amplius non inhabitetur. Cui vir domini respondit. Roma a gentilibus non exterminabitur. Sed tempestatibus coruscis turbinibus ac terre motu fatigata marcescet in semetipsa. Cuius prophetie misteria nobis iam facta sunt luce clariora. Qui in hac urbe dissoluta menia eversas domos destructas ecclesias turbine cernimus eiusque edificia longo senio lassata quia ruinis crebrescentibus prosternantur videmus. Quamvis hoc Honoratus eius discipulus cuius mihi relatione compertum est nequaquam ex ore illius se audisse perhibet. Sed quia hoc diceret dictum sibi a fratribus testatur.

Trenisyn

XVI

Eodem quoque tempore quidam aquilensis ecclesie clericus a demonio vexabatur. Qui a venerabili viro constantio ecclesie eiusdem antistite per multa fuerat martyrum loca transmissus ut sanari potuisset. Sed sancti dei Martires noluerunt ei sanitatis donum tribuere ut quanta esset in benedicto gratia demonstrarent. Ductus itaque est ad omnipotentis dei famulum benedictum. Qui ihesu christo domino preces fundens antiquum hostem de obsesso protinus homine expulit. Cui sanato precepit dicens. Vade et post hec carnem non comedas. Ad sacrum vero ordinem numquam accedere presumas. Quacumque autem die sacrum ordinem temerare presumpseris statim iure diaboli iterum manciparis. Discessit ergo clericus sanus. Et sicut terrere animum solet pena recens ea que vir dei preceperat interim custodivit. Cum vero post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent et minores suos sibimet suppositos in sacris ordinibus cerneret. Verba viri dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit. atque ad sacrum ordinem accessit. Quem mox is qui eum reliquerat diabolus tenuit eumque vexare quousque animam excuteret non cessavit. Petrus

Iste vir dei diuinitatis ut video etiam secreta penetrauit, qui perspexit hunc clericum ideo antiquo dyabolo traditum ne ad sacrum ordinem accedere auderet. **Gregorius** Quare diuinitatis secreta non nosset, qui diuinitatis precepta seruaret, cum scriptum sit: Qui adheret domino vnus spiritus est. **Petrus** Si vnus fit cum domino spiritus qui domino adheret, quid est quod iterum egregius idem predicator dicit: Quis nouit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit? Valde enim inconueniens videtur ut eius sensum cum quo vnum factum fuerit ignoret. **Gregorius** Sancti viri inquantum cum domino vnum sunt sensum domini non ignorant. Nam idem quoque apostolus dicit: Quis enim scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et que dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Qui ut ostenderet se nosse que dei sunt, adiunxit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Hinc iterum dicit: Quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se. Nobis autem reuelauit per spiritum suum. **Petrus** Si ergo eidem apostolo ea que dei sunt per dei spiritum fuerant reuelata, quomodo super hoc quod proposui premisit dicens: O altitudo diuitiarum sapientie et sciencie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Sed rursum mihi hec dicenti alia suboritur questio. Nam dauid propheta domino loquitur dicens: In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et cum minus sit nosse quam etiam pronunciare, quid est quod paulus incomprehensibilia dei iudicia esse asserit, dauid autem hec se omnia non solum nosse sed etiam in labiis pronunciasse testatur. **Gregorius** Ad vtrumque hec tibi superius sub breuitate respondi dicens quod sancti viri inquantum cum domino vnum sunt sensum domini non ignorant. Omnes enim qui deuote dominum sequuntur et deuotione cum domino sunt et adhuc carnis corruptibilis pondere grauati cum deo non sunt. Occulta itaque dei iudicia inquantum coniuncti sunt sciunt, inquantum vero disiuncti sunt nesciunt. Quia enim secreta eius adhuc perfecte non penetrant, incomprehensibilia eius iudicia esse testantur. Quia vero ei mente inherent atque inherendo uel sacre scripture eloquiis uel occultis reuelationibus inquantum accipiunt agnoscunt, hec et norunt et pronunciant. Iudicia itaque que deus tacet nesciunt, que deus loquitur sciunt. Vnde et dauid propheta cum dixisset: In labiis meis pronunciaui omnia iudicia, protinus addidit: oris tui. Ac si aperte dicat: Illa ego iudicia et nosse et pronunciasse potui que te dixisse cognoui. Nam ea que ipse non loqueris, nostris procul dubio cognitionibus abscondis. Concordat ergo prophetica apostolicaque sententia, quia et incomprehensibilia sunt dei iudicia et tamen que de ore eius prolata fuerint humanis labiis pronunciantur, quia sciri ab hominibus possunt prolata per deum, et occulta non possunt. **Petrus** In obiectione mea ratio patuit. Sed queso te si qua sunt de huius viri virtute subiunge. **Gregorius** ~~xvij capitulum~~ XVII

Vir quidam nobilis theoprobus nomine eiusdem benedicti patris fuerat amonicione
conversus. Qui pro vite sue merito magnam apud eum familiaritatis fidu-
ciam habebat. Hic cum quadam die eius cellulam fuisset ingressus, hunc
amarissime flentem reperit. Cumque diu subsisteret eiusque non finiri lacrimas
videret, nec tamen ut vir dei consueverat orando plangeret sed merendo, quenam
tanti luctus existeret requisivit. Cui vir dei illico respondit. Omne hoc monasterium
quod construxi et cuncta que fratribus preparavi omnipotentis dei iudicio gentibus tra-
dita sunt. Vix autem obtinere potui ut michi ex hoc loco anime cederentur. Cuius vocem
tunc theoprobus audivit. nos autem cernimus qui destructum modo a longobardorum
gente eius monasterium scimus. Nocturno enim tempore et quiescentibus fratribus nup-
er illic longobardi ingressi sunt. qui diripientes omnia, ut unum quidem hominem illic
tenere potuerunt. Sed implevit omnipotens deus quod fideli famulo suo benedicto promiserat
. ut res gentibus traderet, animas retineret. **Petrus.** Qua in re pauli apo-
stoli tenuisse benedictum. Cuius dum navis rerum omnium iacturam pertulit. ipse in con-
solacionem omnium vitam qui eum comitabantur accepit. **Gregorius. XVIII**

Quodam vero tempore exhilaratus noster quem ipse conversum nosti transmissus a
domino suo fuerat ut dei viro in monasterio vino plena duo lignea vascula
que vulgo flascones vocantur deferret. Qui unum detulit alterum vero
pergens in itinere abscondit. Vir autem domini quem facta absentia latere
non poterant unum cum graciarum actione suscepit et discedentem puerum mo-
nuit dicens. Vide fili de illo flascone quem abscondisti non bibas. Sed inclina
illo caute et invenies quid intus habet. Qui confusus valde a dei homine
exivit. et reversus volens hoc probare quod audierat. cum flascone declinasset
de eo protinus serpens est egressus. Tunc predictus exhilaratus puer. per hoc
quod in vino reperit expavit malum quod fecit. **XIX Gregorius**

Non longe autem a monasterio vicus erat. in quo magna multitudo
hominum ad fidem dei ab ydolorum cultura benedicti fuerat exhor-
tacione conversa. Ibi quoque quedam sanctimoniales femine inerant. et crebro
illuc pro exhortandis animabus fratres suos mittere benedictus dei famulus
curavit. Quadam vero die misit ex more. Sed is qui missus fuerat monachus.
post admonitionem factam a sanctimonialibus feminis rogatus mappulas accepit. sibique
eas abscondit in sinu. Qui mox ut reversus est. eum vir dei vehementissima
amaritudine cepit increpare dicens. Quomodo ingressa est iniquitas in sinum tuum. At
ille obstupuit et quid egisset oblitus unde corripiebatur ignorabat. Cui ait
Numquid ego illic presens non eram quando ab ancillis dei mappulas accepisti et
eas in sinum misisti. Qui mox eius vestigiis provolutus stulte se egisse penituit et eas
quas in sinu absconderat mappulas proiecit. **XX Gregorius**

Quadam vero die dum venerabilis pater vespertina iam hora corporis alimenta per-
ciperet eius monachus quidam defensoris filius fuerat / qui ei ante mensam
lucernam tenebat· Cumque vir dei ederet· ipse autem cum lucerne ministerio astaret
· cepit per superbie spiritum in mente tacitus volvere et per cogitacionem dicere
Quis est cui ego manducanti assisto· lucernam teneo· servicium impendo· Quis
sum ego / ut isti serviam· Ad quem vir dei statim conversus vehementer cepit
eum increpare dicens· Signa cor tuum frater· quid est quod loqueris· Signa cor
tuum / Convocatisque statim fratribus precepit ei statim lucernam de manibus tolli / ipsum
vero iussit a ministerio recedere / et sibi hora eadem quietum sedere / Qui requisitus
a fratribus quid habuerit in corde / per ordinem narravit / quanto superbie spiritu
intumuerat / et que contra virum dei verba per cogitacionem tacitus dicebat / Tunc liquido
omnibus patuit / quod venerabilem Benedictum latere nichil posset / in cuius
aure eciam cogitacionis verba sonuissent·

XXI

Alio igitur tempore in eadem Campanie regione fames incubuerat
magnaque omnes alimentorum indigentia coangustabat· Iamque Benedicti mo-
nasterio triticum deerat· panes vero pene omnes consumpti fuerant· ut
non plus quam quinque ad refectionis horam fratribus inveniri potuissent·
Cumque eos venerabilis pater contristatos cerneret / eorum pusillanimitatem studuit
modesta increpacione corrigere· et rursum promissione sublevare dicens· Quare
de panis inopia vester animus contristatur· hodie quidem minus est / Sed die cra-
stina habebitis abundanter / Sequenti autem die ducenti farine modii ante fores
celle in saccis inventi sunt· Quos omnipotens deus quibus deferentibus transmisisset nunc
usque manet incognitum· Quod cum fratres cernerent domino gracias referentes
didicerunt· iam de habundancia nec de egestate dubitare· petrus Dic queso numquid
credendum est huic dei famulo· semper prophecie spiritum adesse potuisse· an per in-
tervalla temporis eius mentem prophecie spiritus implebat· Greg. Prophecie
spiritus petre prophetarum mentes non semper irradiat· quia sicut de spiritu sancto scriptum
est· ubi vult spirat· ita sciendum est quia et cum vult aspirat· Hinc est enim quod Na-
than a rege requisitus si construere templum deberet· prius consensit· et postmodum
prohibuit· Hinc est quod Heliseus cum flentem mulierem cerneret· causamque
nesciret ad prohibentem hanc puerum dicit· Dimitte eam quia anima eius in
amaritudine est· et dominus celavit a me· et non indicavit michi· Quod
omnipotens deus ex magne pietatis dispensacione disponit / quia dum prophecie
spiritum aliquando dat· et aliquando subtrahit prophetancium mentes· et elevat in celsitudine
· et custodit in humilitate / ut accipientes spiritum inveniant / quid de deo sint
· et rursum prophecie spiritum non habentes cognoscant quid sint de semetipsis

Petrus Ita hoc esse ut asseris magnum [illegible]. Sed quaeso de venerabili pater Benedicto quidquid animo conceperit exsequeretur.

Gregorius XVIII

Alio quoque tempore a quodam fideli viro fuerat rogatus ut in eius praedio iuxta Terracinensem urbem missis discipulis suis construere monasterium debuisset. Qui rogatus consensit, deputatis fratribus patrem constituit et quis eis secundus esset ordinavit. Quibus euntibus spopondit dicens: Ite et die illo ego venio et ostendo vobis in loco quo refectorium, in quo loco oratorium fratrum, in quo loco susceptionem hospitum vel quaeque sunt necessaria aedificare debeatis. Qui benedictione percepta illico perrexerunt et constitutum diem magnopere praestolantes paraverunt omnia quae his qui cum tanto patre venire potuissent videbantur esse necessaria. Nocte vero eadem qua promissus illucescebat dies, eidem servo Dei quem illic patrem constituerat atque eius praeposito vir Domini in somnis apparuit et loca singula ubi quid aedificari debuisset subtiliter assignavit. Cumque utrique a somno surgerent sibi invicem quod viderant retulerunt. Non tamen visioni illi omnino fidem dantes virum Dei sicut se venire promiserat exspectabant. Cumque vir Dei constituto die minime venisset, ad eum cum maerore reversi sunt dicentes: Exspectavimus, pater, ut venires sicut promiseras et nobis ostenderes ubi quid aedificare deberemus, et non venisti. Quibus ipse ait: Quare, fratres, quare ista dicitis? Numquid sicut promisi non veni? Cui cum ipsi dicerent: Quando venisti? respondit: Numquid utrisque vobis dormientibus non apparui et loca singula demonstravi? Ite et sicut per visionem audistis omne habitaculum monasterii ita construite. Qui haec audientes vehementer admirati ad praedictam possessionem reversi et cuncta habitacula sicut ex revelatione didicerant construxerunt.

Petrus Doceri vellem quo potuit ordine fieri ut longe iret responsum dormientibus diceret quod ipsi per visionem audirent et recognoscerent.

Gregorius Quid est quod, Petre, perscrutans rei gestae ordinem ambigis? Liquet profecto quia mobilioris naturae est spiritus quam corpus. Et certe scriptura teste novimus quod propheta ex Iudaea sublevatus repente est cum prandio in Chaldaea depositus. Quo videlicet prandio prophetam refecit seque repente in Iudaea iterum invenit. Si igitur tam longe potuit Abacuc sub momento corporaliter ire et prandium deferre, quid mirum si Benedictus pater obtinuit quatenus iret per spiritum et fratrum quiescentium spiritibus necessaria narraret, ut sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit, ita iste ad institutionem spiritualis vitae spiritualiter pergeret.

Petrus Manus tuae locutionis tersit a me, fateor, dubietatem mentis. Sed vellem nosse in communi locutione talis vir qualis fuerit.

Gregorius XXXIII

Vir ipse petre quidem eius locutio a virtutibus erat pondere vacua. quia cum cor sese in alta suspenderat. nequaquam verba de ore illius vacua cadebant. Si quid vero umquam non decernendo sed minando dixit tantas vires sermo illius habebat ac si hoc non dubie atque suspensive sed iam per sententiam protulisset. Nam non longe a monasterio eius due quedam sanctimoniales femine nobiliore genere exorte in loco proprio conversabantur. Quibus quidam religiosus vir ad exterioris vite usum prebebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis ut minus se in hoc mundo despiciant. qui plus se ceteris aliquid fuisse meminerunt. Necdum predicte sanctimoniales femine perfecte linguam sub habitus sui freno restrinxerant. et eundem religiosum virum. qui ad exteriora necessaria eis obsequium prebebat. incautis sepe sermonibus ad iracundiam provocabant. Qui cum diu ista toleraret. perrexit ad dei hominem. quantasque pateretur verborum contumelias enarravit. Vir autem dei hec de illis audiens. eis protinus mandavit dicens. Corrigite linguam vestram. quia si non emendaveritis excommunico vos. Quam videlicet excommunicationis sententiam non proferendo intulit. sed minando. Ille autem a pristinis moribus nichil mutate intra paucos dies defuncte sunt. atque in ecclesia sepulte. Cumque in eadem ecclesia missarum sollempnia celebrarentur. atque ex more diaconus clamaret. Si quis non communicat det locum. nutrix earum que pro eis oblationem domino offerre consueverat. eas de sepulcris suis progredi. et exire ecclesiam videbat. Quod dum sepius cerneret. quod ad vocem dyaconi clamantis exibant foras. atque intra ecclesiam permanere non poterant. ad memoriam rediit. que vir dei illis adhuc viventibus mandavit. Eas quippe se communione privare dixerat. nisi mores suos et verba corrigerent. Tunc servo dei cum merore gravi indicatum est. Qui manu sua protinus oblationem dedit dicens. Ite et hanc oblationem pro eis domino offerri facite. et ulterius excommunicate non erunt. Que dum oblatio pro eis fuisset immolata. et a dyacono iuxta morem clamatum est. ut non communicantes ab ecclesia exirent. et ille exire ab ecclesia ulterius vise non sunt. Qua ex re indubitanter patuit. quia dum inter eos qui communione privati sunt minime recederent communionem a domino per servum dei recepissent.

Petrus. Mirum valde quamvis venerabilem et sanctissimum virum adhuc in hac corruptibili carne degentem. potuisse animas solvere in illo iam invisibili iudicio constitutas.

Gregorius. Numnam petre in hac adhuc carne non erat qui audiebat. Quodcumque ligaveris super terram. erit ligatum et in celis. Et quodcumque solveris super terram. erit solutum et in celis. Cuius nunc vicem et ligandi et solvendi obtinent qui locum sancti regiminis fide et moribus tenent. Sed ut tanta valeat homo de terra. celi et terre conditor in terram venit e celo. atque ut iudicare caro etiam de spiritibus posset hoc ei largitus.

dignatus est fieri pro hominibus deus caro quia inde surrexit ultra se conformitas unitatis unde fides se firmata est firmitas dei. **Petrus** Quam virtute signorum precordit loquitur vario verborum.

Gregorius

XXIIII

Quadam die dum quidam eius puerulus monachus parentes suos ultra quam debebat diligens atque ad eorum habitaculum tendens sine benedictione de monasterio exisset, eodem die mox ut ad eos pervenit defunctus est. Cumque esset sepultus die altero proiectum foras corpus eius invenerunt. Quod rursus tradere sepulture curaverunt. Sed sequenti die iterum proiectum exterius atque inhumatum sicut prius invenerunt. Tunc concite ad vestigia Benedicti patris currentes cum magno fletu petierunt ut ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir dei manu sua protinus communionem corporis domini dedit dicens: Ite atque hoc dominicum corpus super pectus eius ponite eumque sepulture sic tradite. Quod cum factum fuisset susceptum corpus eius terra tenuit nec ultra proiecit. Perpendis Petre apud Christum dominum cuius meriti iste vir fuerit ut eius corpus etiam terra proiceret qui Benedicti gratiam non haberet. **Petrus** Perpendo plane et vehementer stupeo.

Gregorius

XXV

Quidam autem eius monachus mobilitati mentem dederat et permanere in monasterio nolebat. Cumque eum vir dei assidue corriperet frequenter admoneret, ipse vero nullo modo consentiret in congregatione persistere atque importunis precibus ut relaxaretur immineret, quadam die isdem venerabilis pater nimietatis eius tedio affectus iratus iussit ut discederet. Qui mox ut monasterium exiit contra se consistere aperto ore draconem in itinere invenit. Cumque eum isdem draco qui apparuerat devorare vellet, cepit ipse tremens et palpitans magnis clamare vocibus dicens: Currite, currite, quia draco iste me devorare vult. Currentes autem fratres draconem minime viderunt, sed trementem atque palpitantem monachum ad monasterium reduxerunt. Qui statim promisit numquam se esse iam a monasterio recessurum. Atque ex hora eadem in sua promissione permansit. **Petrus** Quippe qui sancti viri orationibus contra se assistere draconem viderat quem prius non videndo sequebatur.

XXVI

Gregorius

Sed neque hoc silendum puto quod illustri viro Antonio narrante cognovi. Qui dicebat patris sui puerum morbo elephantino fuisse corruptum ita ut iam pilis cadentibus cutis intumesceret atque crescentem saniem occultare non posset. Qui ad virum dei ab eodem patre eius missus est et saluti pristine sub omni celeritate restitutus.

XXVII

Gregorius

Nec quod illud taceam quod eius discipulus

peregrinus nomine narrare consueverat. Quia die quadam fidelis vir quidam neces
sitate debiti compulsus. unum sibi fore remedium credidit si ad virum dei pergeret. et
que eum urgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaque ad monasterium omnipotentis
dei famulum repperit. quia a creditore suo pro duodecim solidis graviter affli
geretur insinuavit. Cui venerabilis pater nequaquam se habere duodecim
solidos respondit. Sed tamen eius inopiam blanda locutione consolatus ait. Vade
et post biduum revertere. quia deest hodie quod tibi debeam dare. In ipso autem
biduo more suo in ~~occupatione~~ oratione est occupatus. Cum die tertio is qui necessitate debi
affligebatur rediit. Super archam vero monasterii que erat frumento plena.
subito tredecim solidi sunt inventi. Quos vir dei deferri iussit. et afflicto peten
ti tribuit dicens. ut duodecim redderet et unum in expensis propriis haberet.
Sed ad ea nunc redeam. que eius discipulis illis quos in exordio prefatus sum referentibus agnovi.

Quidam vir strenuissimus adversarium suum cum livore labo ‖ XXVIII
rabat. cuius ad hoc usque odium prorupit. ut ei nesciente in potu venenum
daret. Quod quamvis vitam extinguere non valuit. cutis tamen colorem
mutavit. ita ut diffusa cutis in corpore varietas lepre morem imitari videretur.
Sed ad dei hominem deductus. salutem pristinam citius recepit. Nam mox ut tetigit
omnem cutis illius varietatem fugavit. ‖ XXIX

Quodam quoque tempore quo alimentorum inopia Campaniam graviter affli
gebat. Vir dei diversis indigentibus monasterii sui cuncta tribuerat.
ut pene cuncta nichil in cellario nisi parum olei in vase vitreo rema
neret. Tunc quidam subdiaconus Agapitus nomine advenit. magnopere postulans
ut sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem domini. Qui cuncta decreverat
in terra tribuere ut in celo cuncta reservaret. hoc ipsum parum olei quod rema
nserat iussit petenti dari. Monachus vero qui cellarium tenebat. audivit quidem
iubentis verba. sed implere distulit. Cumque post paululum si id quod iusserat datum
esset inquireret. Respondit monachus se minime dedisse. Quia si illud tribueret
omnino nichil fratribus remaneret. Tunc iratus aliis precepit. ut hoc ipsum vas vitreum
in quo parum olei remansisse videbatur per fenestram proicerent. ne in cella aliquid
per inobedientiam remaneret. Factumque est. Sub fenestra autem eadem ingens pre
cipitium patebat saxorum molibus asperum. Proiectum igitur vas vitreum venit in
saxis. Sed sic mansit incolume. ac si proiectum minime fuisset. ita ut neque
frangi neque oleum effundi potuisset. Quod vir domini precepit levari. atque ut erat
integrum petenti tribuit. Tunc collectis fratribus inobedientem monachum de in
fidelitate sua et superbia coram omnibus increpavit. Qua increpatione expleta
se in oratione cum eisdem fratribus dedit. In eodem loco ubi cum fratribus orabat

vacuum erat ab oleo dolium et coopertum. Iuxta sanctus vir in oratione persistebat.
cepit operimentum eiusdem dolii oleo crescente sublevari. Quo commoto atque
sublevato oleum quod excreverat oram dolii transiens et pavimentum loci
in quo incubuerat inundabat. Quod Benedictus dei famulus ut aspexit protinus
orationem complevit atque in pavimento oleum defluere cessavit. Tunc diffidentem
inobedientemque fratrem latius admonuit ut fidem haberet disceret et humilitatem.
Idem vero frater salubriter correptus erubuit quia venerabilis pater
virtutem omnipotentis domini quam admonitione insinuaverat miraculis ostendebat.
Nec erat ut quisquam de eius promissionibus dubitare posset qui in uno eodem
que tempore pro vitreo vase pene vacuo plenum oleo dolium reddidisset.

XXX

Quadam die dum ad beati Johannis oratorium quod in ipsa montis cel
situdine situm est pergeret ei antiquus hostis in mulo medici specie obviam
factus est cornu et tripodicam ferens. Quem cum requisisset dicens: Ubi vadis.
Ille respondit: Ecce ad fratres vado potionem eis dare. Perrexit itaque beatus Be
nedictus ad orationem. Qua completa concitus rediit. Malignus vero spiritus unum
seniorem monachum invenit aquam haurientem in quo statim ingressus est eumque in
terram proiecit et vehementissime vexabat. Quem cum vir dei ab oratione
rediens tam crudeliter vexari conspiceret ei solummodo alapam dedit et malignum
ab eo spiritum protinus excussit ita ut ad eum redire ulterius non auderet.

Petrus. Vellem nosse si hec tanta miracula virtute semper orationis
impetrabat an aliquando etiam solo voluntatis exhibebat nutu. **Gregorius.**

Qui devota mente deo adherent cum rerum necessitas exposcit exhibere signa
utroque modo solent ut mira queque aliquando ex prece faciant aliquando ex potestate. Cum
Johannes dicat: Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei
fieri. Qui filii dei ex potestate sunt quid mirum si signa facere ex potestate solent. Quia
cum utroque modo miracula exhibeant testatur Petrus qui Tabitam suscitavit
mortuam orando. Ananiam vero et Saphiram mentientes increpando morti tradidit.
Neque enim orasse in eorum extinctione legitur sed solummodo culpam quam perpetraverant
increpasse. Constat ergo quod aliquando hec ex potestate aliquando vero ex postulatione exhi
bent. Dum et istis vitam increpando abstulit et illi reddidit orando. Nam
duo quoque fidelis dei famuli Benedicti facta nunc replico in quibus aperte
clareat aliud hunc accepta divinitus ex potestate aliud ex oratione potuisse.

XXXI

Gothorum quidam Zalla nomine perfidie fuit arriane qui
Totile regis eorum temporibus contra catholice ecclesie religiosos viros
ardore immanissime crudelitatis exarsit. Ita ut quisquis ei clericus
monachusve ante faciem venisset ab eius manibus vivus nullatenus exiret

Quadam vero die avaricie sue estu succensus in rapinam rerum inhyans dum quendam rusticum crudelibus affligeret tormentis eumque per supplicia diversa laniaret victus penis rusticus se se et res suas benedicto dei famulo commendasse professus est ut dum hoc a torquente creditur suspensa interim crudelitate ad vite hore repentinitur. Tunc isdem zalla cessavit rusticum tormentis affligere sed eius brachia loris fortibus constringens ante equum suum cepit impellere ut quis esset benedictus qui eius res susceperat demonstraret. Quem ligatis brachiis rusticus antecedens duxit ad sancti viri monasterium eumque ante ingressum celle sedentem et legentem repperit. Eidem autem subsequenti et sevienti zalle rusticus dixit. Ecce iste est de quo dixeram benedictus pater. Quem dum fervido spiritu et perverse mentis insania fuisset intuitus eo terrore quo consueverat acturum se existimans magnis vocibus cepit clamare dicens. Surge surge et res istius rustici redde quas accepisti. Ad cuius vocem vir dei protinus oculos levavit a lectione eumque intuitus mox etiam rusticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia dum oculos deflexisset miro modo tanta se celeritate ceperunt illigata brachiis lora devolvere ut dissolvi tam concite nulla hominum festinatione potuissent. Cumque is qui ligatus venerat cepisset subito astare dissolutus ad tante potestatis vim tremefactus zalla ad terram corruit et cervicem crudelitatis rigide ad eius vestigia inclinans orationibus se illius commendavit. Vir autem sanctus minime a lectione surrexit. Sed vocatis fratribus eum introrsus tolli ut benedictionem acciperet precepit. Quem ad se reductum ut a tante crudelitatis insania quiescere deberet admonuit. Qui fractus recedens nil ulterius petere a rustico presumpsit quem vir dei non tangendo sed videndo solverat. Ecce est petre quod dixi quia hii qui omnipotenti deo familiarius serviunt aliquando mira facere etiam ex potestate possunt. Qui enim ferocitatem gothi terribilis sedens repressit lora vero nodosque ligature que innocentis brachia constrinxerant oculo dissolvit ipsa miraculi celeritate indicat quia ex potestate acceperat habere quod fecit. Subiungo quoque quale quantumque miraculum orando valuit obtinere.

XXXII

Quadam die cum fratribus ad agri opera fuerat egressus. Quidam vero rusticus defuncti filii corpus in ulnis portans orbitatis luctu estuans ad monasterium venit benedictum patrem quesivit. Cui cum dictum esset quia isdem pater cum fratribus in agro moraretur protinus ante monasterii ianuam corpus extincti filii proiecit et dolore turbatus ad inveniendum venerabilem patrem sese concitus in cursum dedit. Eadem vero hora vir dei ab agri opere iam cum fratribus revertebatur. Quem mox ut orbatus rusticus aspexit clamare cepit. Redde filium meum. Redde filium meum. Vir autem dei in hac voce substitit dicens. Numquid ego tibi filium tuum abstuli. Cui ille respondit. Mortuus est veni resuscita eum. Quod mox ut audivit dei famulus valde contristatus est dicens. Recedite fratres. Recedite. Non est hoc nostrum sed sanctorum apostolorum. Quid nobis onera vultis imponere que non possumus portare. At ille quem nimius cogebat dolor in sua petitione persistit. iurans quod non recederet nisi eius filium resuscitaret. Quem mox dei famulus inquisivit dicens. Ubi est. Cui ille. Ecce corpus eius ante ianuam monasterii iacet. Quo dum vir dei cum fratribus pervenisset. flexit genua. et super corpusculum infantis incubuit. seseque erigens ad celum palmas tetendit dicens. Domine non aspicias peccata mea sed fidem huius hominis qui resuscitari filium suum rogat. et redde in hoc corpusculo animam quam abstulisti. Vix in oratione verba compleverat. et regrediente anima ita corpusculum pueri omne contremuit. ut sub oculis omnium qui aderant apparuit concussione mirifica tremendo palpitare. Cuius mox manum tenuit. et eum patri viventem atque incolumem dedit. Liquet petre quia hoc miraculum in potestate non habuit. quod prostratus petiit ut exhibere debuisset. **Petrus** Sic cuncta esse ut asseris constat patenter. quia verba que proposueras rebus probas. Sed queso te ut indices michi si sancti viri omnia que volunt possunt. et cuncta impetrant que desiderant obtinere. **Gregorius** Quis ita petre erat in hac vita sublimior eo qui de carnis sue stimulo ter dominum rogavit. et tamen quod voluit obtinere non valuit. Ex qua re necesse est ut tibi de venerabili patre benedicto narrem quia fuit quiddam quod voluit sed non valuit implere.

XXXIII **Gregorius**

Soror namque eius scholastica nomine. omnipotenti domino ab ipso infantie tempore dedicata. ad eum semel per annum venire consueverat. Ad quam vir dei non longe extra ianuam in possessione monasterii descendebat. Quadam vero die venit ex more. atque ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit frater. Qui totum diem in laudibus dei sacrisque colloquiis ducentes. incumbentibus iam noctis tenebris. simul acceperunt cibum. Cumque adhuc ad mensam sederent. et inter sacra colloquia tardior se hora protraheret. eadem sanctimonialis femina soror eius eum ~~[illegible]~~ rogavit dicens. Queso te ne in ista nocte me deseras. ut usque mane aliquid de celestis vite gaudiis loquamur. Cui ille respondit. Quid est quod loqueris soror. Nullatenus extra cellam manere possum. Tanta vero erat celi serenitas ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem femina cum verba fratris negantis audisset. insertis digitis manus super mensam posuit. et caput in manibus omnipotentem dominum rogatura declinavit. Cumque elevaret de mensa caput. tanta coruscationis et tonitrui virtus. tantaque inundatio pluvie erupit. ut neque venerabilis benedictus. neque fratres qui cum eo erant extra loci limen quo consederant pedem movere potuissent. Sanctimonialis quippe femina caput in manibus declinans. lacrimarum fluvios in mensam fuderat. per quos serenitatem

aeris ad pluviam

aeris ad pluviam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est. Sed tanta fuit convenientia orationis et inundationis, ut de mensa caput iam cum tonitruo levaret, quatenus unum idemque esset momentum et levare caput et pluviam deponere. Tunc vir Dei inter coruscos tonitruos atque ingentis pluvie inundationem videns se non posse ad monasterium redire, coepit conqueri contristatus dicens: Parcat tibi omnipotens Deus soror. Quid est quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce rogavi te et audire me noluisti. Rogavi Dominum meum et audivit me. Modo ergo si potes recede, et me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem exire extra tecta non valens, qui remanere sponte noluit, in loco mansit invitus. Sicque factum est ut totam noctem pervigilem ducerent, atque per sacra spiritalis vite colloquia sese vicaria relatione satiarent. Qua de re dixi eum aliquid voluisse sed minime potuisse. Quia si venerabilis viri mentem aspicimus, dubium non est quod eandem serenitatem voluerit in qua descenderat permanere. Sed contra hoc quod voluit in virtute omnipotentis ex femine pectore miraculum invenit. Nec mirum quod plus illa femina que fratrem diu videre cupiebat in eodem tempore valuit. Quia enim iuxta Iohannis vocem Deus caritas est, iusto valde iudicio illa plus potuit que amplius amavit.

Petrus. Fateor multum placet quod dicis. **XXXIIII** **Gregorius.**

Cumque die altera eadem venerabilis femina ad cellam propriam recessisset, vir Dei ad monasterium rediit. Cum ecce post triduum in cella consistens, elevatis in aera oculis vidit eiusdem sororis sue animam de eius corpore egressam, in columbe specie celi secreta penetrare. Qui tante eius glorie congaudens, omnipotenti Deo in ymnis et laudibus gratias reddidit, eiusque obitum fratribus denuntiavit. Quos etiam protinus misit, ut eius corpus ad monasterium deferrent, atque in sepulchro quod sibi paraverat ponerent. Quo facto contigit ut quorum mens una semper in Deo fuerat, corpora eorum quoque nec sepultura separaret. **XXXV**

Alio quoque tempore Servandus diaconus atque abbas monasterii eius quod in Campanie partibus a Liberio quondam patricio fuerat constructum, ad eum visitationis gratia ex more convenerat. Eius quippe monasterium frequentabat, ut quia idem quoque vir doctrina gratie celestis influebat, dulcia sibi invicem vite verba transfunderent, et suavem cibum celestis patrie, quia adhuc perfecte gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent. Cum vero hora iam quietis exigeret, in cuiusdam turris superioribus pervius continuabat ascensus se Servandus diaconus collocavit. Quo videlicet in loco inferiora superioribus pervius continuabat ascensus. Ante eandem re vero turrim largius erat habitaculum in quo utriusque discipuli quiescebant. Cumque vir domini Benedictus adhuc quiescentibus fratribus instans vigiliis nocturne orationis tempora prevenisset, ad fenestram stans et omnipotentem dominum deprecans, subito intempesta noctis hora respiciens vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa, que inter tenebras radiasset. Mira autem valde res in hac speculatione secuta est. Quia sicud post ipse narravit, omnis etiam mundus velud sub uno solis radio collectus ante oculos eius adductus est. Qui venerabilis pater dum intentam oculorum aciem in hoc splendore choruscae ~~lu~~ lucis infigeret, vidit Germani animam Capuani episcopi in spera ignea ab angelis in celum deferri. Tunc tanti sibi testem adhibere volens miraculi, Servandum dyaconum iterato bis terque eius nomine cum clamoris magnitudine vocavit. Cumque ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit, respexit partemque lucis iam exiguam vidit. Cui tantum hoc obstupescenti miraculum vir dei per ordinem que fuerant gesta narravit. Statimque in Cassinum castrum religioso viro Theoprobo mandavit, ut ad Capuanam urbem sub eadem nocte transmitteret, et quid ageretur de Germano episcopo agnosceret et indicaret. Factumque est, et reverentissimum virum Germanum episcopum is qui missus fuerat iam defunctum reperit. Et requirens subtiliter agnovit eodem momento fuisse illius obitum, quo vir domini eius cognovit ascensum.

Petrus. Mira res valde et vehementer stupenda. Sed hoc quod dictum est, quia ante oculos ipsius quasi sub uno solis radio collectus mundus omnis adductus est, sicud nunquam expertus sum, ut conicere scio. Quo namque ordine fieri potest, ut mundus omnis ab homine uno videatur.

Gregorius.

Fixum tene Petre quod loquor, quia anime videnti creatorem angusta est omnis creatura. Quamlibet enim parum de luce creatoris aspexerit, breve ei fit omne quod creatum est, quia ipsa luce visionis intime mentis laxatur sinus, tantumque expanditur in deo, ut superior existat mundo. Fit vero ipsa videntis anima etiam super semetipsam. Cumque in dei luce rapitur super se, in interioribus ampliatur, et dum super se conspicit, exaltata comprehendit quam breve sit quod comprehendere humiliata non poterat. Vir ergo qui intuebatur globum igneum, angelos quoque ad celum redeuntes videbat, hec procul dubio cernere nonnisi in dei luce poterat. Quid itaque mirum si mundum ante se collectum vidit, qui sublevatus in mentis luce extra mundum fuit. Sed quod collectus mundus ante eius oculos dicitur, non celum et terra contracta est, sed videntis animus dilatatus, qui in deo raptus videre sine difficultate potuit omne quod infra deum est. In illa ergo luce que exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, que videntis animum quia ad superiora rapuit, ei quam angusta essent omnia inferiora monstravit. **Petrus.** Ego michi videor non intellexisse que dixeras quando ex tarditate mea sicut expositio tua. Sed quia hec liquide meis sensibus infudisti, queso ut ad narrationis ordinem redeas.

Gregorius. xxxvj

Libet Petre de venerabili patre hoc multa narrare. Sed quedam eius studiose pretereo, quia ad aliorum gesta evolvenda festino. Hoc autem nolo ut te lateat, quod vir Domini inter tot miracula quibus in mundo claruit, doctrine quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum regulam discretione precipuam, sermone luculentam. Cuius si quis velit subtilius mores vitamque cognoscere, potest in eadem institutione regule omnes magisterii illius actus invenire, quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quam vixit.

xxxvij

Eodem vero anno quo de hac vita erat exiturus, quibusdam discipulis secum conversantibus, quibusdam longe manentibus, sanctissimi sui obitus denuntiavit diem, presentibus indicens ut audita per silentium tegerent, absentibus indicavit quod vel quale eis signum fieret, quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum vero sui exitus diem aperiri sibi sepulturam iubet. Cumque per dies singulos languor ingravesceret, sexto die portari se in oratorium a discipulis fecit, ibique exitum suum dominici corporis et sanguinis perceptione munivit, atque inter discipulorum manus imbecilla membra sustentans, erectis in celum manibus stetit, et ultimum spiritum inter verba orationis efflavit. Qua scilicet die de eo duobus fratribus, uni in cella commoranti, alteri autem longius posito, revelatio unius atque indissimilis visionis apparuit. Viderunt namque quia strata palliis atque innumeris choruscantibus lampadibus via recto orientis tramite ab eius cella in celum usque tendebatur. Cui venerando habitu vir desuper clarus assistens, cuius esset via quam videbant inquisivit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: Hec est via qua dilectus Domino celum Benedictus ascendit. Tunc itaque sancti viri obitum sicut presentes discipuli viderunt, ita absentes ex signo quod eis predictum fuerat agnoverunt. Sepultus vero est in oratorio beati baptiste Johannis, quod destructa ara Appollinis ipse construxit.

xxxviij

Qui et in eo specu ~~Sublatus~~ in quo prius Sublacus habitavit, nunc usque si petentium fides exigat, miraculis choruscat. Nuper namque res gesta est quam narro. Quedam mulier mente capta, dum sensum funditus perdidisset, per montes et valles, silvas et campos die noctuque vagabatur, ibique tantummodo quiescebat ubi hanc quiescere lassitudo coegisset. Quadam vero die dum nimium vaga erraret, ad beati viri Benedicti patris specum devenit, ibique nesciens ingressa mansit. Facto autem mane ita sanato sensu egressa est, ac si eam numquam insania capitis ulla tenuisset. Que omne vite sue tempus in eadem quam acceperat salute permansit.

Petrus. Quidnam esse dicimus quod plerumque in ipsis quoque patrociniis martirum sic esse sentimus, ut non tanta per sua corpora quanta beneficia per suas reliquias ostendant, atque faciant maiora signa illic, ubi minime per semetipsos iacent.

xxxvj

xxxvij

xxxviij

[illegible]

Ubi in suis corporibus sancti martires iacent dubium **Greg** xxxix Petre non est quod multa signa valeant monstrare et sicud faciunt et pura mente querentibus multa miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis mentibus potest dubitari utrumne ad exaudiendum ibi presentes sint ubi constat quia in suis corporibus non sunt, ibi eos necesse est maiora signa ostendere ubi de eorum presencia potest mens infirma dubitare. Quorum enim mens in deo fixa est tanto magis habet fidei meritum quanto illic eos novit et non iacere corpore et tamen non deesse ab exaudicione. Unde ipsa quoque veritas ut fidem discipulis augeret dixit. Si non abiero paraclitus non veniet ad vos. Cum enim constet paraclitus spiritus semper ex patre procedat et filio, quare se filius recessurum dicit ut ille veniat qui a filio numquam recedit. Sed quia discipuli in carne dominum cernentes corporeis hunc semper oculis videre siciebant, recte eis dicitur. Nisi ego abiero paraclitus non veniet. Ac si aperte diceretur. Si corpus non subtraho quid sit amor spiritus non ostendo. Et nisi me desieritis corporaliter cernere numquam discitis spiritualiter amare. **Petrus** Placet quod dicis. **Gregorius**

Aliquantulum a locucione cessandum est ut si ad aliorum miracula narrare tendimus loquendi vires interim per silencium reparemus.

Incipiunt tituli libri tercij

i. De paulino Nolane Civitatis Episcopo
ii. De Iohanne papa.
iii. De Agapito papa.
iiii. De Dacio Mediolanensis Civitatis Episcopo.
v. De Sabino Canosine Civitatis Episcopo.
vi. De Cassio Narniensis Civitatis Episcopo.
vii. De Andrea fundane Civitatis Episcopo.
viii. De Constancio Aquinine Civitatis Episcopo.
ix. De Frigdiano lunensis Civitatis Episcopo.
x. De Sabino placentine Civitatis Episcopo.
xi. De Cerbonio popolonij Episcopo.
xii. De Fulgencio utriculensi Episcopo.
xiii. De herculano perusine Civitatis Episcopo.
xiiii. De ysaac servo dei.
xv. De Eutitio et florencio servis dei.

xvi. De Martino monacho de Monte Marsico

xvii. De monacho ex monte argentario qui mortuum suscitavit

xviii. De Benedicto monacho

xix. De ecclesia beati Zenonis Veronensi civitate

xx. De Stephano presbytero provincie Valerie

xxi. De puella quersa ex solo imperio hominem a demone liberavit

xxii. De presbytero provincie Valerie qui fures ad sepulchrum suum tenuit

xxiii. De abbate Pinestini montis eiusque presbytero

xxiiii. De Theodoro mansionario ecclesie beati Petri apostoli

xxv. De Habundio mansionario beati Petri apostoli

xxvi. De Mena monacho solitario

xxvii. De xl rusticis pro eo quod carnem comedere immolaticie noluerunt a longobardis occisis

xxviii. De multitudine captivorum pro eo quod mortuo capiti adorare noluerunt occisorum.

xxix. De Arriano episcopo cecato

xxx. De Arrianorum ecclesia que in roma urbe katholicorum consecratione dedicata est.

xxxi. De Herminigildo rege Liuigildi wisigotthorum regis filio pro fide ka-
xxxii. tholica p ab eodem patre suo occiso

xxxiii. De episcopis affricanis qui pro defensione fidei katholice abscisis ab arrianis
wandalis radicitus linguis nullum locutionis sustinuere dispendium.

xxxiiii. De Eleutherio servo dei.

xxxv. De quot sunt compunctionis genera

xxxvi. De Amantio presbytero provincie tuscie

xxxvii. De Maximiano Siracusane civitatis episcopo.

xxxviii. De Sanctulo presbytero provincie Nursie

xxxix. De visione Redempti Ferentine civitatis episcopo

~~Incipit liber tertius~~ ~~Capitulum primum~~

relinquer

Dum viventibus patribus intendo valde maiorum facta reliqueram|ita ut Paulinum mirabilem Nolane urbis episcopum · qui multos quos memini virtute · et tempore precessit memorie defuisse videatur. Sed ad priora nunc redeo|ea que quanta valeo brevitate perstringo. Sicut enim bonorum facta innotescere cunctis similibus solent · ita se maioribus nostris|per iustorum exempla gradientibus · predicti venerabilis viri celebre nomen innotuit|eiusque opus admirabile ad eorum se destinanda studia intendit|quorum me vite fuerit gravitatum · tam certe credo. Ac si ea que dicunt meis oculis vidissem|Cum sevientium Wandalorum tempore fuisset Ytalia in Campanie partibus depopulata · multique essent de hac terra in Affricanam regionem transducti|vir dei Paulinus cuncta que ad episcopii usum habere potuit|captivis indigentibus largitus est. Cumque iam omnino nichil superesset · quod petentibus dare potuisset · die quadam quedam vidua advenit · que a regis Wandalorum genero filium suum in captivitate ductum perhibuit · atque a viro dei eius pretium postulavit · Si forte dominus eius hoc dignaretur accipere|et hunc concederet ad propria remeare · Sed vir dei magnopere propter petentis femine quid dare potuisset inquirens · dum nichil apud se aliud nisi se inveniret petenti femine respondit dicens · Mulier quid possim dare non habeo|Sed memetipsum tolle · me servum tuum iuris esse profitere · atque ut filium tuum recipias me vice illius in servitute trade · Quod illa ex ore tanti viri audiens · irrisionem potius credidit · quam conpassionem. At ille ut erat vir eloquentissimus|atque optime exterioribus quoque studiis eruditus · dubitanti femine citius persuasit · ut audita crederet · et pro receptione filii se deservituri episcopum tradere non dubitaret · Pergerent igitur ambo ad Affricam · procedente autem regis genero|qui eius filium habebat vidua rogatura se obtulit|ac prius petiit ut ei donari debuisset|Quod vir barbarus typo superbie turgidus gaudio · transitorie prosperitatis inflatus|non solum facere sed etiam audire despiceret|Vidua subiunxit dicens|Ecce hunc hominem pro eo vicarium prebeo|et solummodo pietatem michi exhibe|et in unicum filium meum redde · Cumque ille venusto vultu hominem conspexisset · quam artem nosceret inquisivit · Cui vir domini Paulinus respondit dicens · Artem quidem aliquam nescisse|sed hortum bene excolere scire · Quod vir gentilis valde libenter accepit · cum nutriendis holeribus peritum esse audivit · Suscepit servum|et rogatum vidue reddidit filium · Quo accepto vidua ab Affricana regione discessit · Paulinus vero excolendi horti suscepit curam|Cumque isdem regis crebro gener ingrederetur hortum|suumque hortulanum quem multa interrogavit|ac sapientem valde hominem videret amicos cepit familiares deserere|et sepius cum suo hortulano colloqui|atque eius sermonibus delectari|Cui Paulinus cottidie ad mensam holera virentia cum herbas

Nota de paulino

deferre consueverat et accepto pane ad curam horti remearet. Cumque hoc diutius a-
geretur quadam die suo domino servus secretius loqui cepit. Vide quid agas et Wan-
dalorum regnum qualiter disponi debeat provide quia rex citius et sub omni celeritate moriturus
Quod ille audiens quia ab eodem rege diligebatur ei minime tacuit. Sed quid a
suo hortulano sapientissimo scilicet viro agnovisset indicavit. Quod dum rex audisset illum
respondit. Ego velle hunc de quo loqueris hominem videre. Cui gener suus venerabilis Pau-
lini temporalis dominus respondit dicens. Virentes mihi herbas ad prandium deferre
consuevit. Has itaque hunc ad mensam cum deportare faciam. Ut quis sit qui mihi et hec locu-
tus agnoscas. Factumque est cum rex ad prandium discubuit. Paulinus ex suo opere holera queque
viridaria delaturus advenit. Cumque hunc rex subito conspexisset contremuit atque eius domino sibi ex
filia propinquo et secretum quod prius absconderat indicavit dicens. Verum est quod audisti.
Ea nocte hac in sompno sedentes in tribunalibus contra me iudices vidi. inter quos iste ec
simul sedebat. et flagellum quod aliquando acceperam eorum mihi iudicio tollebatur. Sed per-
~~bucrate~~ contare quis iste sit. Nam ego hunc tanti meriti virum popularem ut conspicitur esse non suspicor.
Tunc regis gener secrete Paulinum tulit. quis vero esset inquisivit. Cui vir dei respondit.
Servus tuus sum quem pro filio vidue vicarium suscepisti. Cumque instanter ille requireret
ut non quis esset sed quis in terra sua fuisset indicaret. Atque ab eo iterate frequentius inquisi-
tionis coegeretur vir dei constrictus magnis comminationibus iam non valens negare quod
erat episcopum fuisse se testatus est. Quod possessor eius audiens valde pertimuit atque humiliter
obtulit dicens. Pete quod vis quatinus ad terram tuam a me cum magno munere re-
vertaris. Cui vir dei Paulinus ait. Unum est quod mihi impendere beneficium potes ut
omnes civitatis mee captivos relaxes. Tunc cuncti protinus in Affricana regione requisiti
cum onustis frumento navibus pro venerandi viri Paulini satisfactione in eius comitatu laxa-
ti sunt. Post non multos vero dies Wandalorum rex occubuit et flagellum quod ad suam
perniciem dispensante deo pro fidelium disciplina tenuerat amisit. Sicque factum est ut omni-
potentis dei famulus Paulinus vera prediceret et qui se in servitium solum tradiderat cum
multis a servitio ad libertatem rediret illum videlicet imitatus qui formam servi assumpsit
ne nos essemus servi peccati. Cuius sequens Paulinus vestigia ad tempus voluntarie servus
factus est solus ut esset postmodum liber cum multis. Petrus. Cum me audire conti-
gerit quod imitari non valeo flere magis libet quam aliquid dicere. Gregorius. Cuius ~~etiam~~ etiam
mortem apud eius ecclesiam scriptum est quia cum dolore esset lateris tactus ad extrema per-
ductus est. Cumque eius domus omnis in sua soliditate persisteret cubiculum quo iacebat
eger facto terre motu contremuit omnesque qui illic aderant nimio terrore concussit. Sic-
que sancta illa anima carne soluta est. Factumque est ut magnus pavor invaderet eos qui Pau-
lini mortem videre potuissent. Sed quia hec que superius dixi Paulini [illegible] vite est.

intima. Nunc si placet ad miracula exteriora remeamus | que et multis iam nota sunt et ego ita
religiosorum virorum relacione didici | ut de hys omnino ambigere non possim | ij cm 2

Gothorum tempore | dum iohannes vir beatissimus huius Romane ecclesie pontifex
ad iustinianum seniorem principem pergeret | in chorinthie partibus advenit
Cui nimirum fuit ut in itinere ad sedendum equus requiri debuisset | Quod
illic quidam vir nobilis audiens · equum quem pro magna mansuetudine eius coniux
sedere consueverat ei ita obtulit | ut cum ad loca alia pervenienti apto equo potuis
set convenire · deberet ille quem dederat propter suam coniugem retransmitti · Sicque est
· et usque ad certum loci predictus vir equo eodem subvehente perductus est | Cum
mox ut aliud repperit · illum quem acceperat equum retransmisit | Cumque eum postea no
bilis viri coniux sedere ex more voluisset | ultra non valuit | quia post sessionem tanti
pontificis · mulierem ferre recusavit | Cepit namque immenso flatu et fremitu atque
incessanti totius corporis motu | quasi despiciendo prodere | quia post membra ponti
ficis | mulierem ferre non posset | Quod vir eius prudenter intuitus | hunc ad eum
venerabilem virum protinus retransmisit | magnis precibus petens | ut equum ipse pos
sideret | quem iure suo sedendo dedicasset | De quo est illud mirabile | a nostris senioribus
narrari solet | quod in constantinopolitana urbe ad portam que vocatur aurea ·
veniens populorum turbis sibi occurrentibus | in conspectu omnium rogatus ceco lumen
reddidit | et manum superposita oculorum tenebras fugavit | Capitulum iij cm 3

Post non multum vero temporis exigente causa | Gothorum vir quoque beatissimus
huius sancte Romane ecclesie pontifex | cui deo dispensante deservio ·
Agapitus ad iustinianum principem accessit · Cui adhuc pergenti quadam die in grecie
partibus quidam oblatus est mutus | et claudus | qui nec ulla verba edere · neque de
terra unquam surgere valebat | Cumque hunc propinqui illius flentes obtulissent | vir domini
sollicite requisivit · si an curationis illius haberent fidem | Qui cum in virtute dei ex au
ctoritate Petri firmam salutis illius se spem habere dicerent | protinus venerandus vir ora
tioni incubuit | et missarum solemnia exorsus | sacrificium in conspectu dei omnipotentis immo
lavit | quo peracto ab altaris cornibus recedens | claudi manum tenuit | atque assistente et aspiciente
populo | eum mox a terra in propriis gressibus erexit | Cumque ei dominicum corpus in os
mitteret | illa diu muta ad loquendum | lingua soluta est | Mirati omnes flere pre
gaudio ceperunt | eorumque mentes illico metus et reverentia invasit | cum viderent quid aga
pitus fide in virtute domini ex adiutorio Petri potuisset | cam iiij Capitulum iiij

Eiusdem quoque principis tempore · cum Datius mediolanensis urbis episcopus · causa
fidei exactus · ad constantinopolitanam urbem pergeret · chorintum devenit · Qui
dum largam domum ad hospitandum quereret | que comitatum illius totum ferre potuisset | et vix

invenirent / aspexit eminus domum congruentis magnitudinis / eamque sibi preparari iussit ad hospitandum / Cumque eiusdem loci incole dicerent in ea hunc manere non posse / quia multis iam annis hanc diabolus inhabitaret / atque ideo vacua remansisset / vir venerabilis Datius respondit dicens / Immo ideo hospitari debemus in domo eadem / si hanc [illegible] malignus spiritus invasit / et ab ea hominum habitatorem repulit / In ea igitur hospitium sibi parari precepit / securusque illa antiqui hostis certamina toleraturus intravit / Itaque intempeste noctis silentio / cum vir dei quiesceret / antiquus hostis immensis vocibus / magnisque clamoribus cepit imitari / rugitus leonum / balatus pecorum / ruditus asinorum / sibilos serpentium / porcorum stridores / et suricum / Tunc repente Datius tot bestiarum vocibus excitatus / surrexit vehementer iratus / et contra antiquum hostem magnis cepit clamare vocibus / dicens · Bene tibi contigit miser · Tu ille qui dixisti / ponam sedem meam ad aquilonem / et ero similis altissimo · Ecce per superbiam porcis et suricibus similis factus es · et qui imitari deum indigne voluisti · ecce ut dignus es bestias imitaris · Ad quam eius vocem ut ita dicam deiectionem suam spiritus malignus erubuit · qui eandem domum ad exhibenda monstra · que consueverat ulterius non intravit · Sicque postmodum fidelium habitaculum facta est · Quia dum eam unus veraciter fidelis ingressus est · ab ea protinus mendax spiritus atque infidelis abscessit

Petrus? Quamvis viro hoc facto sola fide credimus an sanctitate possit

Gregorius Ex multis aliis eius actibus agnosco sola hunc fide contra malignum spiritum prevaluisse considero · Sed oportet iam ut priora taceamus ad ea que diebus nostris sunt gesta veniendum est

Capitulum vm

Quidam etiam religiosi viri Apulie partibus cogniti · hoc quod apud multos notum longe · lateque percrebuit de Sabino Canusine urbis episcopo testantur · quia idem vir longo in senio oculorum lumen amiserat · ita ut omnino nichil videret · Quem rex Gothorum Totila prophetie habere spiritum audiens · minime credidit · sed probare studuit quod audivit · Cumque idem rex in eisdem partibus devenisset · hunc vir domini ad prandium rogavit · Cumque iam ventum esset ad mensam · rex discumbere noluit · sed ad Sabini venerabilis viri dexteram sedit · Cumque venerabili patri puer ex more vini poculum preberet · rex silenter manum tetendit · calicem abstulit · eumque per se pueri vice episcopo prebuit · ut videret an spiritu discerneret · quis ei poculum preberet · Tunc vir dei accipiens calicem · sed tamen ministrum non videns dixit / Vivat ipsa manus · De quo verbo rex letus · sed tamen deprehensus erubuit · quia quamvis ipse deprehensus esset · invenit tamen in viro dei quod querebat · Huius autem venerabilis viri · cum ad exemplum vite sequentium in longum senium vita traheretur · eius archidiaconus ambitione adipiscendi episcopatus arsit / cu extinguere veneno molitus est. Qui cum vinifusorem eius quomodo tamen corrupisset, ut mixtum vino venenum poculum preberet refectionis hora cum iam vir dei ad edendum discumberet, ei premiis corruptus puer hoc quod ab archidiacono eius acceperat venenum poculum obtulit. Cui iam statim venerabilis episcopus dixit: Bibe tu hoc quod ad bibendum michi prebes. Tremefactus puer deprehensum se esse sentiens maluit moriturus bibere quam penas pro illa tanta homicidii culpa tollerare. Cumque sibi ad os calicem duceret, vir domini compescuit dicens: Non bibas, da michi, ego bibam. Sed vade et dic ei qui tibi illud dedit: Ego quidem venenum bibo, sed tu episcopus non eris. Facto itaque signo crucis venenum episcopus bibit securus. Eadem hora in loco quo erat archidiaconus eius defunctus est, ac si per os episcopi ad archidiaconum viscera illa venena transissent. Cui tamen ad inferendam mortem venenum quidem corporale defuit, sed hunc in conspectu iudicis eterni venenum sue malicie occidit.

Petrus

Mira sunt hec et nostris stupenda valde temporibus. Sed talis eiusdem viri vita perhibetur, ut qui conversationem eius agnoverit, virtutem non debeat ammirari.

Ca^m vi. Greg

Nec hoc Petre sileam quod multi nunc qui de Narniensi civitate assunt michi sedulo testificantur. Eodem namque Gothorum tempore cum prefatus Totila rex Narniam venisset, ei vir vite venerabilis Cassius eius urbis episcopus occurrit. Cui quia ex conspersione semper facies rubere consueverat, hoc rex Totila non conspersionis esse credidit, sed assidue potationis, eumque omnimodo despexit. Sed omnipotens deus ut quantus vir esset qui despiciebatur ostenderet, in Narniensi campo quo rex advenerat malignus spiritus coram omni exercitu eius spatarium invasit, eumque vexare crudeliter cepit. Qui cum ante regis oculos ad venerandum virum dei Cassium fuisset adductus, hunc ab eo vir domini oratione facta signo crucis expulit, qui in eum ingredi ulterius non presumpsit. Sicque factum est ut rex barbarus servum dei ab illo iam die veneraretur ex corde, quem despectum valde iudicabat ex facie. Nam quia virum tante virtutis vidit, erga eum mens illa efferata ab elationis fastu detumuit.

in Ca^m vii

Sed ecce dum facta fortium virorum narro, repetere ad memoriam venit quid erga Andream Fundane civitatis episcopum divina misericordia fecit. Quod his ad hoc legentibus ut valeat expono, quatenus hi qui corpus suum continentie dediderunt habitare cum feminis non presumant. Ne ruina menti tanto repentina surripiat, quanto ad hoc quod male concupiscitur etiam presentia cupite forme famulatur. Nec res est dubia quam narro, quia pene tanti in ea testes sunt quanti et eiusdem loci habitatores existunt. Hic itaque venerabilis vir cum vitam multis plenam virtutibus duceret, seseque sub sacerdotali

custodia se contineret atque custodiret. quandam sanctimonialem feminam que
secum prius habuerat. noluit ab episcopii sui cura repellere. Sed certus de
sua eiusque continentia secum permisit habitare. Ex qua re actum est ut antiquus
hostis apud eum animum aditum temptationis exquireret. Nam cepit speciem
eius oculis mentis illius imprimere. ut illecebris nephanda cogitaret. Quadam
vero die iudeus quidam ex campanie partibus romam veniens. appie carpebat iter.
Qui ad fundanum clivum perveniens. cum iam diem vesperascere cerneret. et
quo declinare posset minime reperiret. iuxta appollinis templum fuit. ibique se
ad manendum contulit. Qui ipsius loci illius sacrilegium pertimescens. quamvis fidem
crucis minime haberet. signo tamen se crucis munire curavit. Nocte autem media
ipso solitudinis pavore turbatus pervigil iacebat. et repente conspiciens vidit malignorum
spirituum turbam. quasi in obsequio cuiusdam potestatis preire. eum vero qui ceteris
preerat. in eiusdem gremio loci consedisse. Qui cepit singulorum spirituum obsequentium
sibi causas actusque discutere. quatenus unusquisque quantum nequicie egisset
inveniret. Cumque singuli spiritus ad inquisitionem eius exponerent. quid operati
contra bonos fuissent. unus in medium prosiliit. qui in andree episcopi animum per speciem
sanctimonialis femine. que in episcopio eius habitabat. quantam temptationem carnis
commovisset aperuit. Cum vero hoc malignus qui preerat spiritus inhianter
audiret. et tanto factum lucrum grande crederet. quanto sanctioris viri animum
ad lapsum perditionis inclinaret. ille spiritus qui hec eadem fatebatur adiunxit.
quia usque ad hoc quoque die preterito vespertina hora eius mentem traxerit. ut
in terga eiusdem sanctimonialis femine blandiens alapam dedit. Tunc malignus
spiritus atque humani generis antiquus inimicus exhortatur hunc blande ut
perficeret quod cepisset. quatenus ruine illius singularem inter ceteros palmam
teneret. Cumque iudeus qui advenerat. hec vigilans cerneret et magne formidinis
anxietate palpitaret. ab eodem spiritu qui cunctis illic obsequentibus
preerat iussum est ut requirerent quisnam esset ille qui iacere in eodem templo presumpsisset.
Quem maligni spiritus pergentes et subtiliter intuentes. crucis mysterio
signatum viderunt. Mirantes que dixerunt. Ve ve. vas vacuum et signatum.
Quibus hec renunciantibus. cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit.
Iudeus vero qui hec viderat. illico surrexit. atque ad episcopum cum festinatione pervenit.
Quem in ecclesia sua reperiens. seorsum tulit. qua temptatione urgeretur inquisivit.
Cui confiteri episcopus temptationem suam verecundatus noluit. Cumque ille diceret
quod in illa tali dei famula pravi amoris oculos iniecisset. atque adhuc episcopus
negaret. Ille adiunxit dicens. Quare negas quod inquireris. qui ad hoc usque vespere
hesterno perductus es. ut posteriora illius alapa ferires. Ad que nimirum
verba deprehensum se episcopus intuens. humiliter confessus est. et quod prius pertinaciter
negaverat. Cuius ruine et verecundie idem iudeus consulens. qualiter hoc cognovisset

ut quod conventum malignorum spirituum ~~indicavit~~ de eo audisset indicavit | Quod
ille cognoscens | sese in orationem protinus devotione dedit | Moxque de suo habitaculo non
solum eandem dei famulam | sed omnes quoque feminas que deinceps illi obsequio habi-
tabant expulit | In eodem vero templo appollinis beati andree apostoli Repeti ora-
torium fecit | atque omni illa temptatione carnis funditus caruit | Iudeum vero cuius vi-
sione atque increpatione salvatus est | ad eternam salutem traxit · Nam sacramento fidei
imbutum atque aqua baptismatis emundatum | ad sancte ecclesie gremium perduxit | Sic-
que factum est | ut hebreus isdem dum saluti aliene consuluit | perveniret ad suam | et om-
nipotens dominus inde alterum ad bonam vitam perduceret | unde in bona vita alterum cu-
stodisset petrus · Res hec gesta quam audivi | et metum mihi prebet | et spem

Gregorius · Ita sit oportet | et de dei eius semper misericordie sperare | et de nostra
infirmitate formidare | Ecce enim paradisi cedrum concussam audivimus | sed non e-
vulsam | quatinus infirmis nobis | et de eius concussione nascatur timor | et de
eius stabilitate fiducia ·/· Capitulum viij

Vir quoque venerabilis vite constantius Aquini episcopus fuit | qui nuper pre-
decessoris mei tempore beate Memorie pape Iohannis defunctus est ·
hunc prophetie habuisse spiritum multi testantur · qui eum familiariter
scire potuerunt · Cuius inter multa alia hoc referunt religiosi · veracesque viri qui pre-
sentes fuerunt · quod die obitus sui · dum a circumstantibus civibus | ut pote decessurus
pater tam amabilis · amarissime plangeretur · cum flendo requisierunt dicentes | Quem
post te habebimus patrem · Quibus ipse per prophetie spiritum respondit dicens
· post constantium · mulionem · post mulionem fullonem | O te aquine et hoc habes
Quibus prophetie verbis editis vite spiritum exhalavit extremum | Quo defuncto eius
ecclesie pastoralem suscepit curam | Andreas diaconus illius qui quondam sta-
bulis itinerum cursum servaverat equorum | atque hoc ex hac vita subducto · ad epis-
copatus ordinem Iovinus ~~ascitus~~ assumptus est · qui in eadem urbe fullo fuerat · Quo adhuc
superstite · ita cuncta civitas illius habitatoribus | et barbarorum gladiis · et pestilentie
immanitate vastata est · ut post mortem illius neque quis episcopus fieret · nec quibus fieret
potuisset inveniri | Sicque completa est viri dei sententia quatinus post discessum duorum
se sequentium | eius ecclesia pastorem minime haberet · Capitulum viiij

Sed neque hoc sileam · quod narrante viro venerabili venerario lunensi episcopo ·
ante biduum contigit agnovisse · Lucane namque ecclesie sibimet propinque
fuisse mire virtutis virum frigdianum nomine narrat episcopum · Cuius hoc opi-
natissimum a cunctis illic habitantibus testatur memorie mandatum miraculum · quod
ausarith fluvius · qui iuxta urbis illius muros influebat · sepe inundatione fa-
cta sui alveum egressus · per agros consueverat diffundi | et queque sata

ac plantata reperiret everteret. Cumque hoc crebro fieret, et magna loci illius incolas necessitas urgeret, dato studio operis ea per loca alia derivare conati sunt. Sed quamvis diutius laborantes fuissent, a proprio alveo deflecti non potuit. Tunc vir Domini Frigdianus rastrum sibi parvulum fecit, ad alveum fluminis accessit, et solus orationi incubuit, atque eidem flumini praecipiens ut se sequeretur, per loca quaeque ei visa sunt rastrum per terram traxit. Quem relicto alveo proprio tota aqua fluminis secuta est, ita ut funditus locum consueti cursus desereret, et ibi sibi alveum, ubi tracto per terram rastro vir Domini signum fecerat, vendicaret, et quaeque essent alimentis hominum profutura sata vel plantata ultra non laederet. Capitulum X.

Huius quoque venerabilis viri Venantii episcopi aliud miraculum relatione cognovi, quod in Placentina urbe perhibet gestum, quod vir quoque veracissimus Iohannes, qui hac nunc in Romana urbe locum praefectorum servans, qui de eadem Placentina urbe est ortus et nutritus, ita ut ipse memorat, quam gestum fuit attestantur. In eadem namque civitate Sabinum nomine esse asserunt mirae virtutis episcopum. Cui cum die quadam suus diaconus indicasset quod excrescens sui Padus alveum egressus ecclesiae sic agros occupasset, tota quae illic loca quae nutriendis hominibus profutura erat aquae eiusdem fluminis tenerent, venerabilis vir Sabinus episcopus respondit dicens: Vade et dic ei: Mandavit tibi episcopus, ut te compescas, et ad proprium alveum redeas. Quod diaconus audiens despexit, et derisit. Tunc vir Dei accito notario dictavit dicens: Vade et hoc scribe, et de aqua eiusdem fluminis proice. Quo facto scriptum praeceptum suscipiens statim se a terris ecclesiae fluminis aqua compescuit atque ad proprium alveum reversa, ceptum ulterius de loca eadem non praesumpsit. Quid dic petre, quid aliud est quam inobedientium hominum duritia confunditur, quando de virtute et elementum irrationabile sancti viri praeceptis obedivit. Capitulum XI.

Vir quoque venerabilis Cerbonius Populonii episcopus magna diebus nostris sanctitatis suae probationem dedit. Nam cum hospitalitatis studio valde esset intentus, die quadam transeuntes milites ad hospitium suscepit. Quos Gothis supervenientibus abscondit, eorumque vitam ab illorum nequitia abscondendo servavit. Quod dum Gothorum regi perfido Totilae indicatum fuisset, crudelitatis immanissimae vesania succensus, hunc ad locum qui octavo huius urbis miliario Merulis di-, ubi tunc ipse cum exercitu sedebat, iussit adduci, eumque in spectaculo populi ursis ad devorandum proici. Cumque idem rex perfidus in ipso quoque spectaculo consedisset, ad aspiciendam mortem episcopi magna populi turba confluxit. Tunc episcopus deductus in medio est, atque ad eius mortem immanissimus ursus exquisitus, qui dum humana membra crudeliter carperet, saevi regis animum satiaret. Dimissus itaque ursus ex cavea est. Tum accensus et erectus episcopum petiit, sed subito suae feritatis oblitus deflexo cervice submissoque humiliter capite lambere episcopi pedes cepit, ut patenter omnibus intelligi daretur quia erga illum virum dei et ferina corda ceu hominum et quasi humana bestiarum. Tunc populus qui ad spectaculum convenerat mortis magno clamore versus est in admirationem venerationis. Tunc ad eius reverentiam colendam rex ipse permotus est, quippe quia superno iudicio actum fuerat ut qui dei viri sequi prius in custodienda vita episcopi noluit, saltem ad mansuetudinem bestie sequeretur. Qui regi Gothorum presentes fuerunt, adhuc nonnulli supersunt, cumque cum omni populo se vidisse testantur. De quo etiam viro aliud quoque miraculum venerabili Lunensi episcopo narrante cognovi. In ecclesia namque Popolonii cui preerat sepulchrum sibi preparaverat. Sed cum Longobardorum gens in Ytaliam veniens cuncta vastasset, ad Helbam insulam recessit. Qui infirmitate egritudinis ad mortem veniens, clericis suis sibique obsequentibus precepit dicens: In sepulchro meo quod mihi Popolonii preparavi me ponite. Cumque illi ei dicerent: Corpus tuum illuc deducere quomodo possumus, quia Longobardos tenere loca eadem et ubique eos illuc discurrere scimus? Ille respondit: Deducite me securi. Nolite metuere, sed festine me sepelire curate. Mox autem ut sepultum corpus meum fuerit, ex loco eodem sub omni festinatione discedite. Defuncti igitur corpus in navi posuerunt. Cumque Popolonium tenderent, collectis in nubibus aere concussa nimis pluvia erupit. Sed ut cunctis patesceret cuius viri corpus navis illa portaret, per id maris spatium quod ab Helba insula usque in Popolonium duodecim milibus distat, circa utraque navis latera procellosa valde pluvia descendit, et in navi eadem una pluvie gutta non cecidit. Pervenerunt itaque ad locum clerici et sepulture tradiderunt corpus sacerdotis sui. Cuius precepta servantes ad navem sub festinatione reversi sunt. Quam mox ut intrare potuerunt, eodem loco ubi vir dei sepultus fuerat Longobardorum dux crudelissimus Gumarius advenit. Ex cuius adventu vir dei habuisse prophetie spiritum claruit, qui ministros suos a sepulture sue loco sub festinatione discedere precepit. c xij

Capitulum xij

Hoc autem quod divisa pluvia factum miraculum narravi, etiam alterius episcopi veneratione monstratum est. Nam quidam clericus senex qui adhuc superest eidem regi presto se fuisse testatur, dicens quia Fulgentius episcopus qui Utriculensi ecclesie preerat, regem crudelissimum Totilam infensum omnimodo habebat. Cumque ad easdem partes cum exercitu appropinquasset, cure fuit episcopo per clericos suos xenia mittere, eiusque furoris insaniam si posset muneribus mitigare. Que ille ut vidit protinus sprevit atque iratus suis hominibus iussit ut eundem episcopum sub omni asperitate constringerent, eumque eius examini servarent. Quem dum feroces Gothi ministri scilicet crudelitatis illius tenuissent, circumdantes eum

in loco stare preceperunt · eumque descripto circulo designaverunt · ex quo pe-
dem tendere nullomodo auderet · Cumque vir dei in sole nimio staret · ab eisdem go-
this circumdatus et designatione circuli inclusus · repente choruscus tonitrus ·
et tanta pluvia erupit · ut hij qui eum ad custodiendum acceperant · immensitatem
pluvie ferre non possent · Et dum magna nimis inundatio fieret intra
eandem designationem circuli · in qua vir dei fulgentius stetit · ut una quidem pluvie
gutta descendit · quod dum regi crudelissimo nunciatum fuisset · illa mens efferi
ad magnam eius reverenciam versa est cuius pena prius insaciabili furore siciebat ·
Sic omnipotens deus contra elatas carnalium mentes potentie sue miracula · per
despectos operatur · ut qui se superbe contra precepta veritatis elevant · eorum cervices
veritas per humiles premat · r xiij

Capitulum · xiij

Nuper quoque floridus venerabilis vite episcopus enarravit quoddam mi-
chi valde memorabile dicens · Vir sanctissimus herculanus nutritor
meus perusine civitatis episcopus fuit · ex conversatione monasterij ad
sacerdotalis ordinis graciam deductus · Totile autem perfidi regis temporibus
eandem urbem annis septem continuis gothorum exercitus obsedit · Ex qua multi cives
fugerunt · quia famis periculum ferre non poterant · Anno vero septimo necdum
finito obsessam urbem gothorum exercitus intravit · Tunc comes qui eidem exercitui preerat
ad regem totilam nuncios misit · exquirens quid de episcopo vel de populo fieri iu-
beret · Cui ille precepit dicens · Episcopo prius a vertice usque ad calcaneum corrigia
tolle | Et tunc caput illius amputa · Omnem vero populum qui illic inventus
est gladio extinguite · Tunc isdem comes venerabilem virum herculanum episcopum ·
super urbis murum deductum · capite truncavit · cuique etiam iam mortuo a vertice usque
ad calcaneum usque incidit · ut ex eius corpore corrigia sublata videretur · mox-
que corpus illius extra murum proiecit · Tunc quidam pietate humanitatis compulsi | abscisum
caput cervici apponentes · cum uno parvulo infante qui illic extinctus est iuxta
murum corpus episcopi sepulture tradiderunt · Cumque post eandem necem die quadragesimo
rex totila iussisset ut cives urbis illius · qui quolibet dispersi erant · ad eam sine
aliqua trepidatione remearent · hij qui prius famem fugerant · vivendi licentia accepta
reversi sunt · Sed cuius vite eorum episcopus fuerat · rememorantes ubi sepultum corpus eius
esset quesierunt ut hoc modo honorem debitum in ecclesia beati petri apostoli humarent · Cumque
isset ad sepulturam effossa terra · invenerunt corpus pueri pariter humati utpote
iam die quadragesimo · iam tabe corruptum | et vermibus plenum | Corpus vero
episcopi tam integrum · ac si die eodem esset sepultum · Et quod est adhuc magna admi-
ratione venerandum · quia ita caput eius unitum fuerat corpori · ac si nequaquam fuisset
abscisum | Fuit vero ut nulla vestigia sectionis apparerent · Cumque hoc et dorsa
vertentes exquirerent si quod signum vel de alia incisione demonstrari potuisset · ita sanum atque

atque conremeante omne corpus concutit quare si nulla hoc incisio ferri tetigisset.

Petrus Quis non obstupescat que fiunt talia signa mortuorum pro exhortatione viuencium.

Capitulum xiiii · Gregorius

Prioribus ergo gothorum temporibus fuit iuxta spoletanam urbem vir vite venerabilis ysaac nomine qui usque ad extrema pene gothorum tempora peruenit. Quem multi nostrorum nouerunt et maxime sancta virgo gregoria que nunc in hac romana urbe iuxta ecclesiam beate semper marie virginis habitat. Que dum adolescentule sue tempore constituta iam nupciis ad ecclesiam fugisset et sancte monialis vite conuersacionem appeteret ab eodem viro defensa atque ad eum quem desiderabat habitum deo protegente perducta est. Que quia sponsum fugit in terra habere sponsum meruit in celo. Multa autem de eodem viro narrante eleutherio venerabili patre cognoui qui et hunc familiariter nouerat et eius verbis vita fidem prebebat. Hic itaque venerabilis ysaac ortus ex ytalia non fuit sed ea illius miracula narro que in ytalia conuersatus fecit. Is cum primum de syrie partibus ad spoletanam urbem venisset ingressus ecclesiam a custodibus peciit ut sibi aliquantulo licencia concederetur orandi cumque horis serotinis egredi non urgeretur. Qui mox ad orandum stetit diemque peregit in oracione totum cui sequentem continuauit et noctem. Secundo autem die ac nocte subsequente defessus in precibus perstitit diem quoque tercium coniungere voluit. Cumque hoc unus ex custodibus superbie spiritu inflatus cerneret unde proficere debuit inde ad defectionis dampna peruenit. Nam hunc simulatorem dicere et verbo inhonesto impostorem clamare cepit qui se tribus diebus et noctibus orare ante oculos omnium demonstraret. Qui protinus currens virum dei alapa percussit ut quasi religiose vite simulator de ecclesia cum contumelia exiret. Sed hunc repente ultor inuasit spiritus malignus atque ad viri dei vestigia prostrauit atque per os illius clamare cepit ysaac me eicit ysaac me eicit. Vir quippe peregrinus quo censebatur nomine nesciebatur sed eius nomen ille spiritus prodidit qui se ab illo posse eici clamauit. Mox ergo super vexati corpus vir dei incubuit et malignus spiritus qui eum inuaserat abscessit. In tota illa urbe cito statim quid in ecclesia factum fuisset innotuit. Currere viri et femine nobiles atque ignobiles pariter certatimque eum in suis domibus rapere conabantur. Alii ad construenda monasteria predia alii pecunias alii subsidia queque poterant offerre viro dei suppliciter volebant. Sed omnipotentis domini seruus horum nichil accipiens egressus urbem non longe desertum locum repperit ibique sibi humile habitaculum construxit. Ad quem dum multi pergerent exemplo illius ad eterne vite desideria accendi ceperunt atque sub eius magisterio omnipotenti se domino seruitium dederunt. Cumque ei discipuli crebro humiliter innuerent ut pro

vsui monasterii possessiones que offerebantur acciperet. Ille sollicitus sue pau-
pertatis custos fortem sententiam tenebat dicens. Monachus qui in terra possessionem
querit. monachus non est. Sic quippe metuebat paupertatis sue securitatem perde-
re sicud avari divites solent perituras divitias custodire. Ibi itaque prophetie spiritu
magnisque miraculis. cunctis longe lateque habitantibus vita eius declaruit. Nam die quadam
ad vesperam in horto monasterii fecit iactari ferramenta que usitato nomine vangas
vocamus. Dixit itaque discipulis suis. Tot vangas in orto proicite. et citius redite.
Nocte vero eadem dum ex more cum fratribus ad persolvendas laudes domino surrexisset
precepit dicens. Ite et operariis nostris pulmentum coquite. ut mane primo paratum
sit. Facto autem mane fecit deferri pulmentum. quod parari iusserat. atque hortum
cum fratribus ingressus. quot vangas iactari preceperat. tot in eo laborantes operarios
invenit. Ingressi quippe fures fuerant. sed mutata mente per spiritum apprehenderunt
vangas quas invenerunt. et ab hora ea qua ingressi sunt quousque ad eos vir dei
venerit. cuncta horti illius spatia que inculta fuerant coluerunt. Quibus vir
dei mox ut ingressus est ait. Gaudete fratres. multum laborastis iam quiescite.
Quibus illico alimenta que detulerat prebuit. eosque post tanti laboris fatigationem
refecit. Sufficienter autem refectis ait. Nolite male facere. quotiens de horto aliquid
vultis. ad horti aditum venite. Tranquille petite. cum benedictione percipite. et a furti
pravitate cessate. Quos statim collectis holeribus onustari fecit. Actumque est ut qui ad
hortum nocituri venerant. cum laboris premio et refecti ab eo et donati redirent.

Alioquoque tempore accesserunt ad eum peregrini quidam misericordiam postulantes.
scissisque pannis obsiti. ita ut pene nudi viderentur. Cumque hunc vestimenta peterent
eorum verba vir dei tacitus audivit. qui unum quoque de discipulis suis protinus silenter
vocavit eique precepit dicens. Vade atque in illa silva in loco tali cavam arborem require.
Et vestimenta que in ea inveneris defer. Cumque discipulus abisset. arborem sicud ei
fuerat iussum exquisivit. vestimenta repperit. et latenter detulit magistro. Que vir dei
suscipiens. peregrinis nudis atque petentibus ostendit. et prebuit dicens. Venite quia nu-
di estis. hec tollite. et vestite vos. Hec illi intuentes recognoverunt que posuerant magno-
que pudore confusi sunt. et qui fraudulenter vestimenta querebant aliena. confusi
receperunt sua.

Alioquoque tempore quidam se eius orationibus commendans. sportas duas ple-
nas alimentis ei per puerum transmisit. Quarum unam isdem puer furatus est.
Atque in itinere abscondit. unam vero ad dei hominem detulit. et petitionem illius
qui se ei pro remedio commendabat enarravit. Quam vir dei benigne suscipiens
eundem puerum admonuit dicens. Gratias agimus. Sed vide sportam quam in itinere posuisti
ne incaute tangere presumas. Quia in eam serpens ingressus est. Esto ergo sollicitus
ne si tollere incaute volueris a serpente feriaris. Quibus verbis puer confusus.

valde condolebant quod in morte cucurrerat. Sed tunc ad modicum fructus, qua omnibus
salubre penitentie tunc contulit verecundiam suam. Cum reversus ad Spoletanum iam et
sollicite tenderet, sed eum sicut vir dei iam dixerat serpens tenebat. Hic itaque vir sanctus
cum virtute abstinentie contemptu rerum transitoriarum prophetie spiritu orationis intentione
esset incomparabilis, unum erat quod in eo reprehensibile esse videbatur, quod non
numquam ei tanta letitia inerat, ut illis tot virtutibus nisi sciretur esse plenus, nullo
modo crederetur. **Petrus.** Quid ita queso te hoc esse dicimus, sponte sibi letitie frena laxabat
an tot virtutibus pollens aliquando ad plus gaudium etiam veniens eius adstringe-
batur. **Gregorius.** Magna est Petre omnipotentis dei dispensatio, quia plerumque contingit
ut quibus maiora bona prestat, quedam minora non tribuat, ut semper eorum animus habeat
unde seipsum reprehendat, quatenus dum appetunt perfecti esse ut possunt et laborant, et hoc
quod non acceperunt nec tamen elaborando prevalent, et de hiis que accepti sunt se minime
extollant. Sed discunt quia ex semetipsis maiora bona non habent, qui semet
ipsos vincere parva vitia atque extrema non possunt. Unde et cum ductus populus ad terram
promissionis populo Israel cunctos fortes atque prepotentes adversarios eius exstinxit
[illegible] Philisteos atque Chananeos diutius reservabat, ut scriptum est, deus experi-
retur Israel, quia nondum ut dixi est eis etiam quibus magna dona tribuit parva quedam
reprehensibilia relinquit, ut semper habeant contra quos bello gerant, et devictis magnis
hostibus mente non erigant, qui eos adversarii etiam minimi fatigant. Fit itaque
[illegible] ut miro modo una eademque mens et in virtute polleat et ex infirmitate lass-
escat, quatenus et ex parte constructa sit, et ex parte se conspiciat esse destructam, ut per bonum
quod querit et habere non valet, illud semper humiliter quod habet. Sed quid mirum
quod hoc de homine dicimus, cum illa superna regio in civibus suis ex parte dampna pertulit,
et ex parte firmiter stetit, ut electi angelorum spiritus dum alios per superbiam cecidisse
conspicerent, ipsi tanto robustius quanto humilius starent. Ille ergo regionis sue et
profecerunt detrimento, quia ad eternitatis statum ex parte sue destructionis est solidius constructa.
Sic ergo et in unaquaque anima agitur, ut in humilitatis custodia aliquando ad lucrum magnum
et modico dampno serviatur. **Petrus.** Placet quod dicis. **Gregorius.** Ecce hoc silere quod
ex regione eadem venerabilis vir ~~[illegible]~~ presbiter narrare consuevit. De cuius verbis
ipse non dubitas quia eius vitam fidemque minime ignoras etc.

Capitulum XV.

Eodem quoque tempore in Nursie partibus duo ~~viri~~ viri vita atque habitu sancte
conversationis habitabant, quorum unus Euthicius, alius vero Florentius dicebatur. felice
Sed idem Euthicius in spirituali zelo atque in fervore virtutis excrescens multorum
animas ad deum perducere satagebat exhortando. Florentius vero simplicitati atque orationi
deditam ducebat vitam. Non longe autem erat monasterium quod rectoris sui fuerat
morte destitutum. Sed quod monachi Euthicium preesse voluerunt. Cum ergo precibus
eius acquiescens multis annis monasterium rexit, discipulorum animas in studio

sancti congregacionis excepit. Ac ne oratorium in quo prius habitaverat solum remanere voluisset, illic venerabilem virum Florencium reliquit. In quo dum solus habitaret, die quadam sese in oracione prostravit atque ab omnipotente Deo peciit ut ei illuc ad habitandum aliquod solacium donare dignaretur. Qui mox ut complevit oracionem, oratorium egressus ante fores ursum reperit stantem. Qui dum ad terram caput deprimeret, nichil que feritatis in suis motibus demonstraret, aperte dabat intelligi quod ad viri Dei obsequium venisset. Quod vir Domini quoque protinus agnovit. Et quia in cella pecudes quatuor vel quinque remanserant, quas omnino deerat qui pasceret et custodiret, eidem urso precepit dicens: Vade atque has oves ad pascuam eice, ad sextam autem horam revertere. Cepit itaque hoc indesinenter agi. Iniungebatur urso cura pastoris, et quas manducare consueverat pascebat oves bestia ieiuna. Cum vero vir Dei ieiunare voluisset, ad nonam horam precipiebat ursum cum ovibus reverti; cum vero noluisset, ad sextam. Atque ita in omnibus mandato viri Dei obtemperavit ursus, ut neque ad sextam iussus rediret ad nonam, neque ad nonam iussus rediret ad sextam. Cumque hoc diu ageretur, cepit in eodem loco tante virtutis longe lateque fama crebrescere. Sed quia antiquus hostis unde bonos cernit enitescere ad gloriam, inde perversos per invidiam rapit ad penam, quatuor viri ex discipulis venerabilis viri Eutitii vehementer invidentes quod eorum magister signa non faceret, et iste qui solus relictus fuerat tanto hoc miraculo clarus appareret, eundem ursum insidiantes occiderunt. Cumque hora qua iussus fuerat non rediret, vir Dei Florencius est de eius reditu, quem usque ad horam vespertinam expectans affligi cepit, eo quod ipse quem ex simplicitate magna fratrem vocare consueverat ursus minime revertebatur. Die vero alia perrexit ad agrum ursum pastorem ovium quesiturus. Quem occisum reperit, et sollicite inquirens citius a quibus fuerat occisus invenit. Tunc sese in lamentis dedit, fratrum magis maliciam quam ursi mortem deplorans. Quem venerabilis vir Eutitius ad se adductum consolari studuit. Sed isdem vir Domini coram eo doloris magni stimulo accensus imprecatus est dicens: Spero in omnipotentem Deum, quia in hac vita ante oculos omnium de malicia sua vindictam recipiant qui nichil se ledentem ursum meum occiderunt. Cuius vocem protinus ultio divina secuta est. Nam quatuor monachi qui eundem ursum occiderant statim elephantino morbo percussi sunt, ita ut membris putrescentibus interirent. Quod factum vir Domini Florencius vehementer expavit, seque ita fratribus maledixisse pertimuit. Omni enim vite sue tempore flebat, quia exauditus fuerat, se crudelem atque eorum mortis clamabat homicidam. Quod ideo omnipotentem Deum credimus fecisse, ne vir mire simplicitatis quantolibet dolore commotus intorquere ultra presumeret iaculum maledictionis.

Pet. Numquid nam valde esse grave credimus, si fortasse cuilibet exacerbati iracundia maledicamus?

Greg. Cur hoc pro te me percunctaris, cum grave sit, cum Paulus dicat: Neque maledici regnum dei possidebunt. Pensa igitur quam gravis culpa est que separat a regno vite. **Petrus**

Quid si homo fortasse non ex malicia sed ex lingwe incuria maledictionis in proximum iaculatur verbum. **Gregorius** Apud districtum iudicem petri ociosus sermo reprehenditur, quanto magis noxius. Pensa ergo quantum sit dampnabilis qui a malicia non vacat, si ille sermo penalis est qui a bonitate utilitatis vacat. **Petrus** Assentio.

Gregorius Idem vir egit aliud quod silere non debeo. Cum enim magistra eius opinio longe lateque crebresceret, quidam dyaconus longe positus ad eum pergere studuit, ut eius se orationibus commendaret. Qui ad eius cellam veniens omnem locum per circuitum eius invenit innumeris serpentibus plenum. Cumque vehementer expavisset, clamavit dicens: Serve dei ora. Erat autem tunc mira serenitas. Egressus vero florentius ad celum oculos et palmas tetendit, rogavit ut illam pestem sicud sciret dominus auferret. Ad cuius vocem subito celum intonuit atque eodem tonitruo omnes illos qui eundem locum occupaverant interemit. Quos vir dei florentius interemptos aspiciens dixit: Ecce occidisti eos domine, quis eos hinc levat. Moxque ad eius vocem tot aves venerunt quot serpentes occisi fuerant, que asportatos singulos et longius proicientes locum habitationis illius in medio omnino a serpentibus reddiderunt. **Petrus** Quid virtutis, quid meriti fuisse vir dicimus, cuius orationi tam proximus factus est omnipotens deus. **Gregorius**

Apud omnipotentis dei singularem munditiam atque simplicem naturam multum petre cordis munditia atque simplicitatis valet. Per hoc ipsum namque quod eius familiares a terrenis actibus segregati ociosa loqui nesciunt et mentem per verba spergere atque inquinare, [illegible] auctoris sui exaudicionem precibus impetravit. Cui e quanto est possibilius ipsi puritate et simplicitate cogitationibus, qua iam ex quadam similitudine concordant. Nos autem turbis et popularibus admixti, dum frequenter ociosa, nonnumquam vero etiam gravia loquimur, os nostrum omnipotenti deo tanto longinquum fit, quanto huic mundo proximum. Multum quippe deorsum trahimur dum locutione continua secularibus admiscemur. Quod bene ysayas propheta regem dominum exercituum vidit, de semetipso reprehendit et penitens dicit: Ve michi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum. Cur autem pollutus fuerit dicens apertius subiunxit: In medio populi polluta labia habentis ego habito. Pollucionem namque labiorum se habere doluit. Sed unde hanc contraxerit ostendit, cum in medio populi polluta labia habentis se habitare perhibuit. Valde enim difficile est ut lingwa secularium mentem non inquinet quam tangit. Quia dum plerumque eis ad quedam loquenda condescendimus, paulisper consueti hanc ipsam locucionem que nobis indigna est etiam delectabiliter tenemus, ut exinde redire non libeat, ad quam velud ex condescensione ducti venimus deorsum. Sicque fit ut ab ociosis ad noxia, a levibus ad graviora veniamus. Et os nostrum ab omnipotente deo tanto iam minus exauditur in prece, quanto amplius inquinatur stulta locucione. Sed sicud scriptum est: Qui avertit aurem suam ne audiat legem, oracio eius erit execrabilis. Quid ergo mirum si postulantes tarde a deo audimur, qui preceptum dei aut tarde aut nullomodo audimus. Et quid mirum si florencius in oracione sua citius est exauditus, qui in preceptis suis dominum citius audivit. **Petrus** Nichil est

no

De verbo ocioso

De lingw
male

quod respondere valeat aptare rationem. **Greg.** Eutitius vero qui predicti florentii in via dei socius fuerat. magis post mortem claruit in virtute signorum. Nam cum multa cives illius urbis de eo solebant narrare miracula. Illud tamen est precipuum quod usque ad hec longobardorum tempora. omnipotens deus per vestimentum illius assidue dignabatur operari. Nam quotiens pluvia deerat. et estu nimio terram longa siccitas exurebat. Collecti in unum cives urbis illius. eius tunicam levare. atque in conspectum domini cum precibus offerre consueverant. Cum qua dum per agros exorantes pergerent. Repente pluvia tribuebatur. que plene terram satiare potuisset. Ex qua re patuit cuius anima quid virtutis intrinsecus meruit cuius vestis foris ostensa. iram conditoris averteret. xvi

Ca.m xvi.us

Nuper quoque in parte campanie vir valde venerabilis martinus nomine in monte Marsico solitariam vitam duxit. Multisque annis in specu angustissimo inclusus fuit. Quem multi ex nostris noverunt. eiusque actibus presentes extiterunt. De quo ipse multa ex beate memorie papa pelagio decessore meo. et aliis religiosissimis viris narrantibus agnovi. Cuius hoc miraculum primum fuit. quod mox ut se in predicti montis foramine contulit. Ex petra eadem que de semetipsa cavata angustum specum faceret. Aque stilla prorupit que Martino dei famulo ad usum cotidianum sufficeret. et nec plus adesset. nec minus deesset. Qua in re ostendit omnipotens deus quantam sui famuli curam gerebat. cui vetusto miraculo potum in solitudine ex petre duricia ministraret. Sed antiquus hostis humani generis eius virtutibus invidens. hunc usitata arte depellere ex eo specu molitus est. Nam amicam sibi bestiam serpentem ingressus. hunc ab eadem habitatione eicere terrore conatus est. Cepit enim serpens in spelunca convenire. solus ad solum. cum orante se ante illum prosternere. et ad cubante pariter cubare. Sed vir sanctus omnino imperterritus. cuius ori manum vel pedem extendebat dicens. Si licentiam accepisti ut me ferias. ego non prohibeo. Cumque hoc continue per triennium gereretur. die quadam antiquus hostis victus hac eius fortitudine viriliter ingemuit. Seque per declivum montis latus in precipitium serpens dedit. omnia que arbusta loci illius flamma que se compulit concremavit. Cum de eo quod montis latus omne combussit. cogente omnipotente deo monstrare compulsus est quante virtutis erat qui victus abscedebat. Perpende queso iste vir dei in quo meritis perfectionis stetit. qui cum serpente per triennium securus iacuit. **Petr.** Perpendi et paveo. **Greg.** Iste vite venerabilis in conclusionis sue tempore hoc decreverat. ut ultra mulierem non videret. Non quia aspernabatur sexum. sed ex contemplata specie temptationis incurrere metuebat vitium. Quod quedam mulier audiens audacter ascendit montem. atque ad eius specum impudenter perrexit. At ille paulo longius intuens. et venientem ad se muliebria indumenta conspiciens. sese in orationem dedit. ostium faciei depressit. et eo usque prostratus iacuit. quousque impudens mulier a fenestra celle eius fatigata recederet. Que die eodem mox ut de monte descendit. vitam finivit. ut ex morte eius sententia districti intelligi quia valde omnipotenti deo displicuit quod eius famulum ausu improbo contristavit.

Alio quoque tempore dum multi ad eum religiose devotionis concurrerent. Atque arta esset semita que in declivo montis latere ad eius cellam pergentes ducebat. puer parvulus de rupe gradiens ex eodem monte cecidit et usque ad vallem cucurrit que sub monte eodem sita quam de profundo conspicitur. In loco quippe eodem tantum mons ipse altitudine excrevit ut arbusta contingentia que in eadem valle gignuntur ex monte aspicientibus quasi fruteta esse videantur. Perturbati sunt itaque cuncti qui veniebant summaque cura quesitum est si ubi corporis elapsi pueri potuisset inveniri. Quis enim aliud quam contritum crederet. Quis vel corpus ad terram integre pervenisse suspicaretur cum inter pendentes utrobique scopulos partibus discerpi potuisset. Sed requisitus puer in valle inventus est non solum vivens sed etiam incolumis. Tunc patenter cunctis innotuit quia ideo ledi non potuit quia hunc de manu suo Martinus orando portavit. In specu vero illius desuper magna rupes eminebat que vix ex parte exigua monti adherebat atque ipsa Martini celle imminens casu suo cottidie et illius interitum ruitura minabatur. Ad hunc Mastulator illustris vir Armentarii nepos cum magna rusticorum multitudine veniens et precabatur ut vir dei de specu eodem exire dignaretur quatenus ipse ruituram rupem ex monte evellere potuisset atque de specu suo dei famulus iam securus habitaret. Cumque hoc vir dei nequaquam acquiesceret ei quod posset ut faceret precepit. Et ipse se de celle sue remotiori parte contulit. Sed cum moles rueret dubium non erat quod sic et specum destrueret et Martinum necaret. Itaque dum ea que venerat multitudo conaretur si posset sine periculo viri dei ingens illud quod desuper eminuerat saxum levare cunctis videntibus repente res admirabilis contigit quia moles ipsa quam conabantur evellere subito eis laborantibus evulsa ne spelunce Martini tectum tangeret saltum dedit et quasi servi dei lesionem fugiens longius tendit. Quod ad iussionem omnipotentis dei angelico ministerio actum intelligit qui omnia providentia disposita omnia fideliter credit. Hic vero prius de eodem monte se contulit ut dum clauso specu habitaret cathena sibi ferrea pedem ligavit caputque saxo ex parte altera affixit ne ei ultra liceret procedere quam cathene eiusdem quantitas tendebatur. Quod vir vite venerabilis Benedictus audiens cuius superius memoriam feci et per discipulum suum mandare curavit. Si servus dei es non teneat te cathena ferri sed cathena Christi. Ad hanc vocem Martinus eandem compedem solvit sed numquam postmodum solutum tetendit pedem ultra locum quo hunc tenus ligatum consueverat atque in tanto se spacio sine cathena cohibuit in quanto et ante ligatus manserat. Qui cum diu se postmodum in eiusdem specu loci contulisset cepit etiam discipulos habere qui ab eius specu seorsum habitantes ad usum vite aquam de puteo haurire consueverant. Sed funis ex quo ad hauriendam aquam situla dependebat crebro rumpebatur. Unde factum est ut eandem cathenam quam ex pede vir dei solverat eius discipuli peterent eamque funi adiungerent atque ad illam situlam ligarent. Ex tempore illo contigit ut isdem funis et cottidie tingeretur aqua et nullo modo rumperetur. Quia enim cathenam viri dei funis ille contigit ipse quoque ad tollendam aquam ferri de se fortitudinem traxit.

Petrus. Certa hec placent quia mira et multum venturia ~~q̄ n eo~~

Gregorius Capitulum xvij

Nostris quoque temporibus quidam Quadragesimus nomine. Buxentine ecclesie sub-
diaconus fuit, qui ovium suarum gregem pascere in eisdem Aurelie partibus so-
lebat. Huius valde venerabilis viri narratione res mira cognovi, que secrete
fuerat facta. Is namque ut prediximus dum gregis sui in Aurelia curam
gereret. In diebus eisdem vir fuit in monte qui Argentarius vocatur venerabilis
vite, qui habitum monachi quem pretendebat specie moribus complebat. Hic itaque
ad ecclesiam beati Petri apostolorum principis ab eodem monte Argentario annis singulis
venire consueverat, atque ad hunc quem predixi Quadragesimum subdiaconum sicud
ipse narravit hospitalitatis gratia declinabat. Quadam vero die dum eius hospitium
quod non longe ab ecclesia aberat intrasset, cuiusdam paupercule mulieris maritus nuper
defunctus est. Quem ex more loto vestimentis indutum et sabano constrictum, super-
veniente vespere sepelire nequiverunt. Iuxta defuncti igitur corpus viduata mulier
sedit, que magnis fletibus noctem ducens continuis lamentorum vocibus satisfacie-
bat dolori. Cumque hoc diutius fieret et flere mulier non cessaret, vir dei qui
susceptus hospitio fuerat, Quadragesimo ait subdiacono: Compatitur dolori huius mulieris
anima mea compatitur. Rogo surge ac oremus. Perrexerunt igitur utrique ad vicinam
ecclesiam, seseque pariter in orationem dederunt. Cumque diutius orassent complere orationem
Quadragesimum subdiaconum servus dei petiit. Qua completa ab altaris crepidine pul-
verem collegit, atque cum eodem Quadragesimo ad defuncti corpus accessit, seseque ibi
in orationem dedit. Cumque diutius orasset, iam non sicud prius fecerat complere orationem
per subdiaconum voluit, sed ipse benedictionem dedit. Statimque ab oratione surrexit, et
quia dextra manu collectum pulverem gestabat, sinistra manu pallium quo facies defuncti
velabatur abstulit. Quod cum mulier fieri cerneret, contradicere vehementer cepit et
mirari quid vellet facere. Ablato itaque pallio diu eo quod collegerat pulvere de-
functi faciem fricavit. Cumque diutius fricaretur, recepit animam. oscitavit,
oculos aperuit, seseque erigens resedit. Et que erga se agerentur miratus est, ac
si de gravi sompno fuisset excitatus. Quod dum mulier lamentis fatigata conspiceret,
cepit pre gaudio magis flere et vocibus amplius clamare. Quam vir dei modeste
cohibere compescuit dicens: Tace, tace. Sed si qui vos requisierint qualiter factum
sit, hoc solummodo dicite quia dominus Ihesus Christus opera sua fecit. Dixit hoc atque ab
eius hospitio egressus, Quadragesimo subdiacono relicto, numquam in loco eodem
ultra non apparuit. Temporalem namque honorem fugiens egit ut ab hiis a quibus
visus in facta virtute fuerat usque ad finem vite non videretur. **Petrus.** Quid alii sen-
ciunt ignoro, ego autem cunctis miraculis hoc potius censeo ut ad vitam
mortui redeant, eorumque anime ad carnem ex occulto revocentur. **Gregorius.** Si visibilia
attendimus, ita necesse est ut credamus. Si vero invisibilia pensamus, nimirum constat
quia maius est miraculum predicationis verbo atque orationis solacio peccatorem con-
vertere, quam carne mortuum suscitare. In isto enim resuscitatur caro iterum mori-
tura, in illa enim anima in eternum victura. Quorum enim tibi propono duos, de quo horum credis

v[el] suscitavit

Maiori factum virtute miraculum, Petre, quippe quem ad fidelem fuisse credo, carne dominus Lazarum vero suscitavit in mente. Et quid post resurrectionem carnis de Lazari virtutibus tacetur. Nam post resurrectionem animae capere nostra infirmitas non valet quanta in sacro eloquio de Pauli virtutibus dicuntur; quod illius praedicatoris crudelissime cogitationes ad pietatis mollia conversae sunt viscera. Quod mori cupit pro fratribus, quorum prius morte gaudebat. Quod plenus omni scientia scripturae nihil se scire iudicavit nisi Iesum Christum et hunc crucifixum. Quod pro Christo libenter caeditur, quem gladiis insequebatur. Quod apostolatus honore sublimis erat, sed tamen fit parvulus in medio discipulorum. Quod ad caeli tertii secreta ductus est, et tamen oculum per compassionem reflectit ad disponendum cubile coniugatorum, dicens: Uxori vir debitum reddat, similiter et uxor viro. Quod admiscetur contemplatione coetibus angelorum, et tamen non aspernabatur cogitationem atque dispensationem carnalium. Quod gaudet in infirmitatibus, sibi et contumeliis placet. Quod ei vivere Christus est et mori lucrum. Quod totum iam quod carne est, extra carnem; quod vivit in carne. Ecce qualiter vivit, qui ab inferno mentis ad vitam pietatis rediit. Minus est ergo quempiam in carne suscitare, nisi forte per vivificationem carnis ad vitam reducatur mentis, ut hoc ei actum quod exterius miraculum, quatenus interius conversus vivificetur. **Petrus.** Valde iusta. Credidi hoc quod minus esse putabam, considerabiliter agnovi superius. Sed quaeso te, coepta prosequere, ut dum tempus patitur, sine aedificatione hora non transeat.

Ca. xviii. Gregorius

Alia quaedam mira est in nostro saeculo quae versatus in scriptura sacra studiosissimus, cuius me aetate praeibat in meritis, quem nesciebam me aedificatione convivebat. Hunc itaque narrante didici quod fuit quidam in Campaniae partibus vir fere quadragenarius, Romanae urbis, vir militum nomine Benedictus, et quidem aetate iuvenculus sed moribus grandaevus, et in sanctae conversationis regula se fortiter constringens. Hunc Totilae regis tempore Gothi reperientes, hunc cremare cum sua cella moliti sunt. Ignem namque posuerunt, sed circumquaque arserunt omnia; cella vero illius igne comburi non potuit. Quod videntes Gothi magis saevientes atque hunc ex suo habitaculo trahentes, non longe aspexerunt clibanum succensum, qui coquendis panibus parabatur, eumque in clibanum proiecerunt, clibanumque clauserunt. Sed die altero ita illaesus inventus est, ut non solum caro eius ab ignibus, sed neque extrema vestimenta cremarentur. **Petrus.** Antiquum miraculum trium puerorum audio, qui proiecti in ignibus laesi non sunt. **Gregorius.** Illud quod opinor miraculum ex parte aliqua dissimiliter gestum est. Tunc quippe tres pueri ligatis pedibus ac manibus in igne proiecti sunt, quos die altero rex conquirens in camino illaesis vestibus deambulantes repperit. Ex qua re colligitur quia ignis in quem missi fuerant, quorum corpora vestimenta non tetigit, eorum vincula consumpsit, ut uno eodemque tempore ad obsequium iustorum et haberet flamma virtutem ad solacium et non ad tormentum.

Ca. xviiii.

Huic autem miraculo diebus nostris res similis evenit ex contrario elemento. Nam nuper Iohannes tribunus relatione sua me docuit. Pronulfus comes

Qui illic adesse se cum rege Anthario eo tempore in loco eodem ubi mira res contigit affuisse eamque se recognovisse testatus est. Predictus etiam tribunus narravit dicens. Ferme ante hoc fere quinquennium cum apud hanc romanam urbem alveum suum tiberis egressus tantum crescens ut eius unda super muros urbis influeret atque in ea maximas regiones occuparet, apud veronensem urbem fluvius athesis excrescens ad beati zenonis martiris atque pontificis ecclesiam venit. Cuius ecclesie dum essent ianue aperte, aqua minime intravit in eam. Que paulisper crescens usque ad fenestras ecclesie que erant tectis proxime pervenit. Sicque stans aqua ecclesie ianuam clausit. Ac si illud elementum aque in soliditatem parietis fuisset mutatum. Cumque essent multi interius inventi. Sed aquarum multitudine ecclesia omnis circumdata qua possent egredi non haberent, ibique se siti ac fame deficere formidarent. ad ecclesie ianuam veniebant. ad bibendum aquam ~~bibendo~~ hauriebant. que ut predixi usque ad fenestras excreverat. et tamen intra ecclesiam nullomodo defluebat. Haurienti itaque ut aqua poterat, sed diffluere ut aqua non poterat. Stans autem ante ianuam ad ostendendum cunctis meritum martiris et aqua erat ad adiutorium. et aqua quasi non erat ad invadendum locum. Quod ego audiens miraculo antiquo ignis miraculo vere predixi non fuisse dissimile. qui trium puerorum et vestimenta non contigit et vincula incendit. Petrus. Mira sunt valde sanctorum facta que narras et pudi confirmitati hominum vehementer stupenda. Sed quia tantos nuper in ytalia fuisse viros audio admirande virtutis nosse velim si nullas eos contigit pertulisse antiqui hostis insidias aut eorum insidiis profecisse. Gre. Sine labore certaminis non est palma victorie. unde victores sunt nisi contra antiqui hostis insidias decertaverunt. Malignus quippe spiritus cogitationi locutioni atque operi nostro semper insistit. si forte inveniat unde apud examen eterni iudicis accusator constat. Vis etiam nosse quo ad decipiendum semper assistit. Capitulum xx.

Quidam qui mecum nobilissimi sunt rem quam narro noverunt atque testantur quod vir venerabilis Stephanus nomine. Valerie provincie presbiter fuit huius nostri Bonifacii dyaconi atque dispensatoris ecclesie nostre cognatione proximus. Qui quadam die de itinere domum regressus. mancipio suo negligenter loquens precepit dicens. Veni dyabole discalcia me. Ad cuius vocem mox ceperunt se caligarum corrigie in summa velocitate dissolvere. ut aperte constaret. quod ei ipse qui nominatus fuit ad distrahendas caligas dyabolus obedisset. Quod mox ut presbiter vidit vehementer expavit. magnisque vocibus clamare cepit dicens. Recede miser. Recede. Non enim tibi sed mancipio meo locutus sum. Ad cuius vocem protinus ita ut d[illegible] sunt. magna ex parte iam dissolute corrigie remanserunt. Qua in re colligitur antiquus hostis qui tam presto est in factis corporalibus. quam nimis insidiis nostris cogitationibus insistit. Petrus. Laboriosum valde et atque terribile contra omnium insidias semper intendere. et cum eo quasi in acie stare. Gre. Laboriosum non est. si custodiam nostram non nobis. sed superne gratie tribuimus. ita tamen ut et nos ipsi in quantum possumus sub protectione vigilemus. Cum vero antiquus hostis a mente repulsus compellitur. ea divina largitate plerosque agitur ut non solum timeri non debeat. sed ipse etiam a bene viventium virtute terreatur. Capitulum xxi.

Res namque quam narro. vir sanctissimus Eleutherius senex presbiter. cuius superius memoriam feci testis extitit. michi + hoc ~~intimavit~~ fatetur. quod in spoletana recitare urbe puella quedam nobilis valde primarii filia celestis vite desiderio conversa est. Cuique pater suus resistere ad viam vite conatus est. Sed illa contempto patre conversacionis habitum suscepit. Quam ob rem factum est ut eam pater sue substancie exheredem faceret, nichil ei aliud illi nisi sex uncias unius possessiuncule largiretur. Cuius vero exemplo provocate ceperunt apud eam multe nobiliores genere puelle converti atque omnipotenti domino dedicata virginitate servire. Quadam vero die idem Eleutherius abbas vir vite venerabilis ad eam gracia exhortacionis atque edificacionis accesserat, et cum ei de verbo dei colloquens sederet, tunc repente ex eodem fundo quem de sex unciis a patre perceperat cum xenio rusticus venit. Qui dum ante eos assisteret, maligno spiritu correptus cecidit, fatigatusque nimiis stridoribus atque balatibus cepit. Tunc sanctimonialis femina surrexit atque irato vultu magnis clamoribus imperavit dicens: Exi ab eo miser. Exi ab eo miser. Ad cuius vocem mox per os rustici diabolus respondit dicens: Et si de isto exeo quem intrabo? Casu autem iuxta porcus parvulus pascebatur. Tunc sanctimonialis femina precepit dicens: Exi ab eo et in porcum ingredere. Qui statim de homine exiit et porcum quem iussus fuerat invasit, occidit et recessit. **Petrus.** Vellem nosse si saltem porcum concedere sponsa domini debuit. **Gregorius.** Preposita regula nostre actionis sunt facta veritatis. Ipse enim redemptor noster a legione que hominem tenebat dum esset petitum: Si eicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Quam hanc et ab homine expulit et in porcos ire eos et in abyssum mittere concessit. Ex qua re etiam hoc colligitur quod absque concessione omnipotentis dei nullam malignus spiritus contra hominem potestatem habeat, qui in porcos non potuit nisi permissus intrare. Illi ergo nos necesse est sponte subdi cui et adversa omnia subiciuntur invita, ut tanto inimicis hostibus potenciores simus quanto cum auctore omnium unum efficimur per humilitatem. Quid autem mirum si electi quique in carne positi multa mirabilia facere possunt, quando ipsa quoque ossa mortua plerumque multis miraculis possunt.

Capitulum xxvij

In Valerie namque provincie partibus res est hec gesta, quam narratio michi venerabilis memorie abbatis mei Valencionis relacione cognita. Ibi etenim quidam venerabilis sacerdos erat, qui cum clericis suis dei laudibus bonisque operibus deditus sancte conversacionis vitam ducebat. Hic superveniente autem vocacionis sue die defunctus est atque ante ecclesiam sepultus. Eidem vero ecclesie caule adherebant ovium atque isdem locus in quo sepultus est ad easdem oves tendentibus pervius erat. Quadam autem nocte cum clericis intra ecclesiam psallentibus fur venisset ut ingressus caulas furtum faceret, vervecem tulit et concitus exiit. Cumque pervenisset ad locum ubi vir domini sepultus erat, repente hesit et egressum movere non potuit. Vervecem quidem de collo deposuit eumque dimittere voluit, sed manum laxare non potuit. Cepit igitur miser stare cum preda sua reus et ligatus; volebat vervecem dimittere nec poterat, volebat egredi cum vervece nec poterat. Miro itaque modo fur qui a vivis videri timuerat, a mortuo tenebatur. Cumque gressus illius ita fuisset obstrictus, immobilis perstitit. Facto autem mane, completisque laudibus dei ab ecclesia egressi sunt clerici, et invenerunt hominem ignotum vervecem tenentem manu. Res vero erat dubia utrum vervecem tolleret an offerret. Sed culpe reus citius indicavit pendam. Mirati omnes quia ingressus fuit vir dei in orto ad predam suam stabat ligatus. Tum se pro eo protinus in orationem dederunt, suis quoque precibus vix obtinere valuerunt ut qui res eorum venerat rapere, saltem vacuus exire mereretur. Itaque fur qui diu steterat in preda captivus, quique exiit vacuus et liber. **Petrus.** Apparet quanta sit super nos omnipotentis dei cura, cum erga nos fiunt tam iocunda miracula.

xxiij Gregorius

Prenestine urbi mons prominet in quo beati Petri apostoli monasterium situm est. Virorum dei quorum relatione adhuc in monasterio positum audisse me contigit magnum hoc quod narro miraculum, quod eiusdem monasterii monachi se nosse testantur. In eo namque monasterio fuit pater vite venerabilis qui quendam monachum nutriebat usque ad reverendos perduxit mores. Cumque eum in timore domini videret crevisse, in eodem sibi monasterio hunc presbiterum fecit ordinari. Cui post ordinationem suam quod non longe esset eius exitus revelatione indicatum est. A predicto autem patre monasterii petiit quatinus ei concederetur ut sibi sepulturam pararet. Cui ille respondit: Ante te quidem ego moriturus sum, sed tamen vade et sicut vis prepara sepulturam tuam. Recessit igitur et preparavit. Cum non post multos dies senex pater febre percussus ad extrema pervenit, atque assistente presbitero iussit dicens: In tuo sepulchro me pone. Cumque ille diceret: Certus quia ego te mox secuturus sum, utrosque capere nos non potest. Abbas respondit dicens: Ita fac ut dixi, quia sepultura tua ambos nos ~~non~~ capiet. Defunctus itaque est atque in sepulchro eodem quod sibi presbiter paraverat positus. Mox quoque et presbiterum corporis languor secutus est. Quo languore crescente citius presbiter vitam finivit. Cumque ad sepulturam quam sibi ipse paraverat corpus illius fuisset a fratribus deportatum, et aperto eodem sepulchro viderunt omnes qui aderant locum non esse ubi poni potuisset, quia corpus patris monasterii quod illic ante positum fuerat totum illud sepulchrum tenebat. Cumque fratres qui presbiteri corpus attulerant factam sibi difficultatem sepeliendi viderent, unus eorum exclamavit dicens: Ecce pater, ubi est quod dixisti quia sepulchrum istud ambos nos capiet? Ad cuius vocem cunctis videntibus subito abbatis corpus quod illic ante fuerat humatum et supinum iacuit, et se vertit in latus et vacantem locum sepulture ad sepeliendum corpus presbiteri prebuit, et quia utrosque sepulchrum ille locus caperet, sicut vivus promiserat mortuus implevit. Sed quia hoc quod predixi apud Prenestinam urbem in beati Petri apostoli monasterio gestum est, vis ne aliquid etiam quod in hac urbe de eius ecclesie custodibus memoratur, ubi sacratissimum corpus illius est positum audire? **Petrus.** Volo atque ut id fiat magnopere deprecor.

xxiiij Gregorius

Adhuc superstites adhuc Theodorum eius ecclesie custodem noverunt. Cuius narratione innotuit res que ei contigit valde mirabilis, quod quadam nocte dum citius ad melioranda mox iamiam luminaria surrexisset ex more, ligneis gradibus sub lampade positis stabat et lampadibus refovebat lumen. Tunc repente beatus Petrus apostolus in stola candida deorsum in pavimento consistit eique dixit: Colliberte, quare tam citius surrexisti? Quo dicto ab oculis aspicientis evanuit. Sed tantus in eum pavor irruit, ut toto in eo corporis vi deficeret et per dies multos de stratu suo surgere non valeret. Qua de re quid aliud

xxiiij

isdem beatus apostolus servientibus sibi voluit nisi pietatis sue respectus ostendere quia quicquid pro eius veneratione agerent ipse hoc pro mercede retributionis sine intermissione semper videret. **Petrus.** Mirum hoc valde tamen apparet michi quia infirmatus est. Sed quia is qui eum vidit valde languit et egrotavit. **Gregorius.** Quid super hac re miraris Petre? Numquid nam mente excidit quia cum Daniel propheta magnam illam ac terribilem visionem vidit, ex qua eadem visione contremuit, protinus adiungit: et ego elangui et egrotavi per dies plurimos. Caro enim ea que sunt spiritus capere non valet, et idcirco nonnumquam cum mens humana ultra se ad videndum ducitur, necesse est ut hoc carneum vasculum, quod ferre talenti pondus non valet, infirmetur. **Petrus.** Satis ponderi cogitationis mee aperta ratio dissolvit. **Capitulum xxv. Gregorius.**

Aliquot quoque temporibus illic non ante longa tempora, sicut nostri seniores ferunt, custos ecclesie Habundius dictus est, magne humilitatis atque gravitatis vir, qui omnipotenti deo fideliter serviens, ut isdem beatus Petrus apostolus signis ostenderet quam de illo haberet estimationem. Nam cum quedam puella paralitica in eius ecclesia permanens manibus reperet et dissolutis renibus corpus per terram traheret, diuque ab eodem Petro apostolo peteret ut sanari mereretur, nocte quadam ei per visionem astitit et dixit: Vade ad Habundium mansionarium et roga illum, atque ipse te saluti restituet. Cumque illa de tanta visione certa esset, sed quis esset Habundius ignoraret, cepit hinc illucque per ecclesie loca se trahere ut quis esset Habundius inquireret. Cui repente factus est obviam quem querebat, cuique dixit: Rogo te pater, indica michi quis est Habundius custos. Cui ille respondit: Ego sum. At illa inquit: Pastor et nutritor noster beatus Petrus apostolus ad te me misit ut ab infirmitate ista liberare me debeas. Cui Jlle respondit: Si ab ipso missa es, surge. Cuius cum manum tenuit, et eadem statu suo protinus erexit. Sicque ex illa hora de eius corpore nervi ac membra solidata sunt, ut dissolutionis illius signa nulla remanerent. Sed si cuncta que eius ecclesie gesta cognovimus evolvere conamur, ab omni iam proculdubio narratione conticescimus. Unde necesse est ut ad modernos patres quorum vita per Ytalie provincias claruit narratio se nostra retorqueat. **Capitulum xxvi.**

Nuper quoque in Samnia provincia quidam venerabilis vir Menas nomine solitariam vitam ducebat, qui nostrorum multis cognitus ante hoc fere decennium defunctus est. De cuius operibus narrationem non infero unius auctorem, quia pene tot michi de eius vita testes sunt quot Samniam provinciam noverunt. Hic itaque nichil ad usum suum aliud nisi pauca apum vascula possidebat. Hunc cum Longobardus quidam de eisdem apibus rapina voluisset degere, prius ab eodem viro correptus est, et mox per malignum spiritum ante eius vestigia prostratus. Qua ex re factum est ut sicut apud omnes incolas, ita etiam apud eandem barbaram gentem eius celebre nomen haberetur. Nullus quoque ultra presumeret eius cellam nisi humiliter intrare. Sepe vero ex vicina silva venientes ursi apes eius comedere conabantur. Quos ille deprehensos ferula quam portare manu consuetudo reddebat. Ante cuius verbera immanissime bestie fugiebant, et qui gladios formidare vix poterat, ex cuius manu ictus ferule pertimescebant. Huius studium fuit nichil in hoc mundo habere, nichil querere, omnes quos ad se pietatis causa veniebant ad eterne vite desideria accendere. Cum quando autem quorumlibet culpas agnosceret, nequaquam ab increpatione parcebat, sed amoris igne succensus studebat delicta vehementer per linguam ferire. Consuetudo vero vicinis vel longe positis locorum accolis fuerat, ut in diebus singulis per ebdomadam unusquisque ei oblationes suas transmitterent, ut esset quod ipse ad se venientibus offerre potuisset. Quodam vero tempore possessor quidam Carterius nomine iniquo desiderio devictus quandam sanctimonialem feminam rapuit, sibique illicito matrimonio copulavit. Quod mox ut vir Dei cognovit, ei per quos potuit que fuerat dignus audire mandavit. Cumque ille sceleris sui conscius timeret atque ad virum Dei accedere nequaquam presumeret, ne forte hunc asperius ut delinquentes solebat increparet, fecit oblationes suas cum ceteris inter aliorum oblationes misit, ut eius munera saltem nesciendo susciperet. Sed cum coram eo fuissent oblationes omnes deportate, vir Dei tacitus sedit, considerare omnes sigillatim studuit, et omnes alias eligens atque seorsum ponens oblationes quas isdem Carterius transmiserat, per spiritum cognovit, sprevit et abiecit dicens: Ite et dicite ei: Oblationem suam omnipotenti Deo tulisti, et michi tuas oblationes transmittis? Ego tuam oblationem non accipiam, quia suam abstulisti Deo. Qua ex re actum est ut cunctos quoque magnus timor invaderet, cum vir Domini tam scienter et absentibus indicaret.

Petrus. Multos horum suspicor martirium subire potuisse, si eos tempus persecutionis invenisset.

Gregorius. Duo sunt, Petre, martirii genera, unum in occulto, aliud in publico. Nam etsi persecutio desit exterius, martirii meritum in occulto est, quia in virtutibus ad passionem prompta flagrat animus. Quia enim esse possit et sine aperta passione martirium, testatur in evangelio Dominus, qui Zebedei filiis adhuc per infirmitatem mentis maiora sessionis loca querentibus dicit: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Cui cum respondissent: Possumus, dixit utrisque: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram meam non est meum dare vobis. Quid autem calicis nomine nisi poculum passionis signatur? Et cum minime constet quia Iacobus in passione occubuit, Iohannes vero in pace ecclesie quievit, incunctanter tamen colligitur esse et sine aperta passione martirium, quia et ille calicem Domini bibere dicitur qui in persecutione mortuus non est. De his autem talibus tantisque viris, quorum superius memoriam feci, cur dicimus quia si persecutionis tempus existeret, martires esse potuissent? Qui occulti hostis insidias tollerantes, suos quoque in hoc mundo adversarios diligentes, cunctis quoque carnalibus desideriis resistentes, per hoc quod se omnipotenti Deo in corde mactaverunt, etiam pacis tempore martires fuerunt, cum nostris modo temporibus viles quoque et secularis vite personae, de quibus nil celestis vite glorie presumi posse videbatur, aperta occasione reperta ad coronam martirii pervenisse.

cm

xxviii

Nam ante hos fere quindecim annos, sicud hii testantur qui interesse potuerunt, quadraginta rustici a longobardis capti carnes immolaticias comedere compellebantur. Qui cum valde resisterent et contingere cibum sacrilegum nollent, ceperunt longobardi qui eos tenuerant, nisi immolata comederent, eis mortem minari. At illi eternam vitam potius quam presentem ac transitoriam diligentes fideliter persisterunt, atque in sua constancia omnes simul occisi sunt. Quid igitur isti nisi veritatis martires fuerunt, qui ne vetitum comedendo conditorem suum offenderent, elegerunt gladiis vitam finire. ~~pe vi~~

Ca^m xxviii

Eodem quoque tempore dum fere quadringentos captivos viros longobardi tenuissent, more suo immolaverunt caput capre diabolo, hoc ei per circuitum currentes et carmine nephando dedicantes. Quod cum ipsi prius submissis cervicibus adorarent, eos quoque quos ceperant hoc adorare pariter compellebant. Sed ex eisdem captivis maxima multitudo magis eligens moriendo ad vitam immortalem tendere quam adorando vitam mortalem tenere, obtemperare iussis sacrilegis noluit, et cervicem quam semper creatori flexerat creature inclinare contempsit. Unde factum est ut hostes qui eos ceperant, gravi iracundia accensi, cunctos gladiis interficerent, quos in errore suo participes non haberent. Quid ergo mirum si erumpente persecutionis tempore illi martires esse potuissent, qui in ipsa quoque pace ecclesie semetipsam affligendo angustam martirii tenuerunt viam, quando irruente persecutione agone hii etiam meruerunt martirii palmas accipere, qui in pace ecclesie latas huius seculi sequi vias videbantur. Non tamen hoc quod de eisdem electis viris dicimus, de cunctis ita generaliter tenemus. Nam cum persecutionis aperte tempus irruit, sicud plerique subire martirium possunt qui esse in pace ecclesie despicabiles videbantur, ita nonnulli in debilitatis fortitudinem corruunt, qui in pace prius ecclesie fortes stare videbantur. Sed eos de quibus confidimus fieri martires potuisse, fiducialiter fatemur, quia hoc ex eorum fine colligimus. Neque enim ut in aperta persecutione poterant, hii de quibus constat quia et usque ad finem vite in omni occulta virtute persisterunt. Petrus. [illegible] Ita est. Sed super indignos nos divine misericordie dispensacionem miror, quia longobardorum seviciam ita moderatur, ut eorum sacrilegos sacerdotes, qui esse se R fidelium quasi victores videntur, orthodoxorum fidem persequi minime permittit.

xxix. Greg.

Hoc fieri pene plerumque conati sunt, sed eorum sevicie miracula superna restiterunt. Unde unum narro quod per Bonifacium mei monasterii monachum, qui usque quadriennium cum longobardis fuit, ad hunc ante triduum agnovi. Cum ad Spoletinam urbem longobardorum episcopus scilicet arrianus venisset, et locum illic ubi solempnia sua ageret non haberet, cepit ab eius civitatis episcopo ecclesiam petere quam suo errori dedicaret. Quod dum valde episcopus negaret, isdem qui venerat arrianus beati Pauli apostoli illic ecclesiam sitam comminus se die altero violenter intraturum esse professus est. Quod eiusdem ecclesie custos audiens, festinus cucurrit, ecclesiam clausit, seris munivit, facto autem vespere lampades omnes extinxit, seque

in interioribus abscondit. In ipso autem subsequentis lucis crepusculo Arrianus episcopus
cum multitudine venit, ecclesie ianuas effringere paratus. Sed repente ecclesie simul
tecte divinitus concusse abiectis longius seris aperte sunt atque cum magno sonitu omnia
ecclesie claustra patuerunt et effuso desuper lumine omnes que extincte fuerant
lampades accense sunt. Arrianus vero episcopus qui vim facturus advenerat subita
cecitate percussus est atque alienis manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum
longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam ulterius presumpserunt
catholica loca temerare. Miro ergo modo res gesta est, ut quia eiusdem Arriani
causa lampades ecclesie beati Pauli apostoli fuerant extincte, uno eodemque tempore et
ipse lumen perderet et ecclesia lumen rediret. Capitulum xxx.

Sed neque hoc sileam, quod ad eiusdem arriane heresis dampnationem
ante hoc quoque vix biennium pietas superna monstravit. E his quippe quod
unum alius populus totus agnovit, aliud autem sacerdos et ecclesie
custodes se audisse, se vidisse testantur. Arrianorum ecclesia in regione que sub
iacet huic urbi que Subura dicitur, cum clausa usque ante biennium remansisset, placuit ut
in fide catholica introductis illuc beati Sebastiani et sancte Agathe martyrum reliquiis
dedicari debuisset. Quod factum est. Nam cum magna multitudine populi venientes
atque omnipotenti deo laudes canentes eandem ecclesiam ingressi sumus. Cumque in ea iam
missarum solemnia celebrarentur, et pre eiusdem loci angustia populi se turba
comprimeret, quidam ex his qui extra sacrarium stabant porcum subito intra suos pedes
huc illucque discurrere senserunt. Quem dum unusquisque sentiret et iuxta se
stantibus indicaret, isdem porcus ecclesie ianuam petiit et omnes per quos transiit in
admiratione commovit, sed videri nichil potuit quamvis sentiri potuisset. Quod idcirco
divina pietas ostendit, ut cunctis patesceret quia de loco eodem inmundus habitator exiret.
Peracta igitur missarum celebritate recessimus. Sed adhuc nocte eadem magnus
in eiusdem ecclesie tectis strepitus factus est, ac si in his aliquis errando discurreret.
Sequenti autem nocte gravior sonitus excrevit. Tum subito tanto terrore insonuit
ac si omnis illa ecclesia a fundamentis fuisset eversa. Et protinus recessit ac nulla
illic ulterius inquietudo antiqui hostis apparuit. Sed per terroris sonitum quem fecit
innotuit a loco quem diu tenuerat quam coactus exibat. Post paucos vero dies in
magna serenitate aeris super altare eiusdem ecclesie nubes celitus descendit suoque
illud velamine operuit, omnemque ecclesiam tanto terrore ac suavitate odoris
replevit ut patentibus ianuis nullus presumeret intrare. Et sacerdos atque cu
stodes et hi qui ad celebranda missarum solemnia venerant rem videbant, ingredi
minime poterant et suavitatem mirifici odoris trahebant. Die vero alio cum
in ea lampades sine luce dependerent, emisso divinitus lumine sunt accense. Atque post
paucos iterum dies expletis missarum solemniis extinctis lampadibus custos ex
eadem ecclesia egressus fuisset, post paululum intravit, et lampades quas extinxerat

lucentes reperit. Custos negligens se extinxisse credidit atque eas sollicite
extinxit. Quam citius ecclesiam clausit. Sed post horarum trium spatium regressus
lampades lucentes quas extinxerat invenit, ut videlicet ex ipso lumine claresceret
quia locus a tenebris ad lucem venisset. **Petrus.** Etsi magnis sumus tribu-
lationibus positi, quia tamen a conditore nostro non sumus omnino despecti, tes-
tantur ea que audio eius stupenda miracula. **Gregorius.** Quamvis sola que de Ita-
lia gesta sunt narrare decreveram, vis ne sit ut pro ostendenda eius virtute in Arriane
heresis dampnatione transeamus verbo per Hispaniam atque per Affricam
ad Ytaliam redeamus. **Petrus.** Perge quo libet, nam letus ducor et letus
reducor. **Ca. xxxi** **Gregorius**

c. xxxi

Sicut multorum qui ab Hispaniarum partibus veniunt relatione cogno-
vimus, nuper Hermingildus rex Leuvigildi regis Wisigothorum filius
ab Arriana heresi ad Catholicam fidem viro reverendissimo Le-
andro Hyspalitano episcopo, dudum michi in amiciis familiariter iuncto,
predicante conversus est. Quem pater Arrianus ut ad eandem heresim re-
diret et premiis suadere et minis terrere conatus est. Cumque ille constantis-
sime responderet numquam se veram fidem posse relinquere quam semel agnovisset,
iratus pater eum privavit regno rebusque omnibus expoliavit. Cumque nec sic vir-
tutem mentis illius emollire valuisset, in arta illum custodia concludens,
collum manusque illius ferro religavit. Cepit itaque idem Herminigildus rex
iuvenis terrenum regnum despicere et forti desiderio celeste querere, in ciliciis iacens vin-
culatus omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere, tantoque sublimius
gloriam transeuntis mundi despicere, quanto et religatus agnoverat nichil fuis-
se quod potuit auferri. Superveniente autem die paschalis festivitatis,
intempeste noctis silentio ad eum perfidus pater Arrianum episcopum misit, ut ex
eius manu sacrilege consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris
gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Arriano episcopo venienti expro-
bravit ut debuit, eiusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit,
quia etsi exterius iacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine
stabat securus. Ad se itaque reverso episcopo Arrianus pater infremuit, statimque
suos apparitores misit qui constantissimum confessorem Dei illic ubi iacebat
occiderent. Quod et factum est. Nam mox ut ingressi sunt, securim in cerebro illius de-
figentes vitam corporis abstulerunt. Hocque in eo valuerunt perimere quod ipsum quoque
qui peremptus est constituerat despexisse. Sed pro ostendenda eius vera
gloria superna quoque non defuere miracula. Nam cepit in nocturno silentio
psalmodie cantus ad corpus eius regis et martiris audiri, atque ideo veraciter regis
quia martiris. Quidam etiam ferunt quod illic nocturno tempore accense lampades
apparebant. Unde factum est ut corpus illius ut videlicet martiris iure a cunctis

fidelibus reddere debuisset. Pater vero perfidus et patricida commotus penitencia hoc fecisse se doluit, nec tamen usque ad obtinendam salutem. Nam quia vera esset catholica fides agnovit, sed gentis sue timore perterritus ad hanc pervenire non meruit. Qui ab orta egritudine ad extrema perductus Leandro episcopo quem prius vehementer afflixerat Recharedum regem filium suum quem in sua heresi relinquebat commendare curavit, ut in ipso quoque talia faceret qualia et in fratre illius suis admonicionibus fecisset. Qua vero admonicione defunctus est. Post cuius mortem Recharedus rex non patrem perfidum sed fratrem martirem sequens ab arriane heresis pravitate conversus, totamque wisigothorum gentem ita ad veram perduxit fidem, ut nullum in suo regno militare permitteret qui regno dei hostis existere per hereticam fidem non timeret. Nec mirum quod vere fidei predicator factus est quia frater est martiris. Cuius hunc quoque merita adiuvant, ut ad omnipotentis dei gremium multos reducant. Qua in re considerandum nobis est quia totum hoc agi nequaquam posset si Ermingildus rex pro veritate mortuus non esset. Nam sicut scriptum est: Nisi granum frumenti in terram cadens mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Nam hoc fieri in membris videmus quod factum scimus in capite. In wisigothorum autem gente unus mortuus est ut multi viverent, et dum unum granum fideliter cadit ad optinendam fidem, animarum seges multa surrexit. Petrus

Res mira et nostris stupenda temporibus. Capitulum xxxii Gregorius xxxii

Iustiniani quoque augusti temporibus dum contra catholicorum fidem exorta a wandalis arriana persecucio in affrica vehementer insaniret, quidam in defensione veritatis episcopi fortiter persistentes ad medium sunt adducti. Quos wandalorum rex verbis ac muneribus flectere ad perfidiam non valens, tormentis frangere posse se credidit. Nam cum eis in ipsa defensione veritatis silencium indiceret, et ipsi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan consensisse viderentur, raptus in furore rex eorum linguas abscidi radicitus fecit. Res mira et multis nota senioribus, quia ita postmodum pro defensione veritatis eciam sine lingua loquebantur, sicut prius per linguam loqui consueverant. Petrus Mirabile valde et vehementer stupendum. Gregorius Scriptum quippe est, Petre, de unigenito summi patris: In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Et mox de eius virtute subiungitur: Omnia per ipsum facta sunt. Quid ergo miramur si verba edere sine lingua potuit verbum quod linguam fecit. Petrus Placet quod dicis. Gregorius Hii itaque eo tempore profugi ad constantinopolitanam urbem venerunt. Eo quoque tempore quo pro explendis responsis ecclesie ad principem ipse transmissus sum, seniorem quendam repperi episcopum qui se adhuc eorum ora sine linguis loquencia vidisse testabatur, ita ut apertis oribus clamarent: Ecce videte quia linguas non habemus et loquimur. Videbatur enim a respicientibus ut ferebatur quia abscisis radicitus linguis quasi quoddam baratrum patebat in gutture, et cum ore vacuo plena ad integrum verba formabant. Quorum illic unus in luxuriam lapsus mox privatus est dono miraculi. Recto videlicet omnipotentis dei iudicio ut qui continenciam carnis servare neglexerat, sine lingua carnea non haberet verba virtutis. Sed hec nos pro arriane heresis dampnatione dixisse sufficiat. Nunc ad ea que in ytalia nuper gesta sunt stilum reducamus. xxxiii

Fuit ante huius superioris memoriam fen monasterii pater beati euangeliste Marci quod in spoletane urbis pomeriis situm est. Diu mecum in hac urbe in meo monasterio conuersatus ibique defunctus est. Quem sui discipuli ferebant orando suscitasse. Vir autem tante simplicitatis erat et compunctionis ut dubium non esset quod ille lacrime ex tanta humilitate simplicique mente edite apud omnipotentem dominum multa obtinere potuissent. Cuius unum ego adhuc narro quod inquisitus michi simpliciter ipse fatebatur. Quadam namque die cum iter ageret facto vespere ubi ad suscipiendum locus deesset in monasterio virginum deuenit in quo quidam paruulus puer erat quem malignus spiritus omni nocte vexare consueuerat. Sed sanctimoniales femine ut virum dei susceperunt eum rogauerunt dicentes: Tecum pater hac nocte puer iste maneat. Qui ipse benigne suscepit secumque eum nocte eadem iacere permisit. Facto autem mane ceperunt sanctimoniales femine eundem patrem vigilanter inquirere si quid de puero nocte eadem quod dederant sensisset. Qui miratus quod ita inquirerent respondit: Nichil. Tunc ille eiusdem pueri innotuerunt causam et quod malignus spiritus in illa ab eo nocte recederet indicauerunt, summopere postulantes ut hunc secum ad monasterium tolleret quia vexationem illius videre ipse non possent. Consensit senex puerumque ad monasterium duxit. Qui cum multo tempore in monasterio fuisset, nichil ad hunc antiquus hostis accedere minime presumpsisset. Cuius dum senis animus de salute pueri immoderatius pro leticiam tactus est. Nam cum coram positis fratribus dixit: Fratres diabolus sibi cum illis sororibus iocabatur. At vero ubi ad seruos dei ventum est ad hunc puerum accedere non presumpsit. Post quam vocem hora eadem ac momento isdem puer coram cunctis fratribus diabolo se inuadente vexatus est. Quo viso senex protinus se in lamentum dedit. Quem dum lugentem fratres diu consolari voluissent respondit dicens: Credite michi in nullus vestrum hodie panis gustabit nisi puer iste a demonio fuerit ereptus. Tunc se in orationem cum cunctis fratribus strauit et eousque oratum est quousque puer a se vexatione sanaretur. Qui et tam perfecte sanatus est ut ad hunc malignus spiritus accedendi ausum ulterius non haberet. Petrus. Credo quod ei elatio parua surrepserit cuiusque discipulos deus fieri illius voluit esse adiutores. Gregorius.

Ita est. Nam pondus miraculi solus portare non potuit, diuisit hoc cum fratribus et portauit. Huius viri oratio quante virtutis esset in me ipso expertus sum. Nam cum quodam tempore in monasterio positus in insolenciam vitalium paterer, crebris quoque angustiis per horarum momenta ad exitum propinquarem, quam medici molestiam greco eloquio syncopim vocant. Et nisi me frequentius fratres cibo refi-

ceret

vitalis michi funditus spiritus intus interire videretur. paschalis superveniebat dies. Et in sacratissimo sabbato in quo omnes et parvuli pueri ieiunant. ego ieiunare non possem. Cepi plus merore quam infirmitate deficere. Sed tristis animus consilium invenit. ut eundem virum dei secrete in oratorium ducerem. eique peterem. quatenus michi ut die illo ad ieiunandum virtus daretur. suis apud omnipotentem deum precibus obtineret. quod factum est. Nam mox ut oratorium ingressi sumus. a me humiliter postulatus. sese in lacrimis cum oratione dedit. et post paululum completa oratione egressus est. Sed ad vocem benedictionis illius virtute tantam meus stomachus accepit. ut michi funditus a memoria tolleretur cibus et egritudo. Cepi mirari quis essem. qui fueram. Quia cum ad animum rediebat infirmitatis nil de his que memineram recognoscebam. Cumque dispositione monasterii occupata mens esset. Et obliviscebatur funditus egritudinis mee. Sed vero ut predixi rediret egritudo ad memoriam. in tantum fortem me esse sentirem. mirabar si non comedissem. Tunc ad vesperum veniens tante me fortitudinis inveni ut si voluissem ieiunium in diem alterum usque extendere potuissem. Sicque factum est ut de me probarem cum certa de illo vera ex quibus ipse iudice interfuissem. **Petrus**

Quia eundem virum magne compunctionis fuisse dixisti. ipsam lacrimarum vim plenius addiscere cupio. Unde queso ut michi quot sunt genera compunctionis edisseras. **Gregorius** XXXIIII

In multis speciebus compunctio dividitur quando singule queque a penitentibus culpe planguntur. unde et ex voce quoque penitentium Ieremias ait. Divisiones aquarum deduxit oculus meus. Principaliter vero compunctionis genera duo sunt. quia deum sitiens anima prius timore compungitur. post amore. Prius enim sese in lacrimis afficit. quia dum malorum suorum recolit. pro his perpeti eterna supplicia pertimescit. At vero cum longa meroris anxietudine fuerit formido consumpta. quedam iam de presumptione venie securitas nascitur. et in amore celestium gaudiorum animus inflammatur. et qui prius flebat ne duceretur ad supplicium. postmodum flere amarissime incipit quia differtur a regno. Contemplatur etenim mens qui sint illi angelorum chori. que ipsa societas beatorum spirituum. que maiestas interne visionis dei. et amplius plangit quia a bonis perennibus deest quam flebat prius cum mala eterna metuebat. Sicque fit ut perfecta compunctio formidinis trahat animum ad compunctionem dilectionis. No

Quod bene in sacra veraci historia figurata narratione describitur. que ait quod Axa filia Caleph sedens super asinum suspiravit. Cui pater dixit. Quid habes. At illa respondit. Da michi benedictionem. Terram australem et arentem dedisti michi. iunge et irriguam. Dedit ergo ei pater suus irriguum superius et irriguum inferius. Axa quippe super asinum sedet cum irrationabilibus carnis sue motibus anima presidet. Que suspirans a patre terram irriguam petit. quia a creatore nostro cum magno gemitu querenda est lacrimarum gratia. Sunt namque nonnulli qui iam in dono perceperunt libere loqui pro iustitia. oppressos tueri. indigentibus possessa tribuere. ardorem fidei habere. Sed adhuc gratiam lacrimarum non habent. Hii nimirum terram australem et arentem habent. sed adhuc irrigua indigent. quia in bonis operibus positi

In quibus magnis et ferventes sunt eorum mentibus ut aut timore suppliciorum aut amo-
re regni celestis mala etiam que antea perpetraverunt deplorent. Sed quia ut dixi
duo sunt compunctionis genera dedit ei pater suus irriguum superius et irriguum
inferius. Irriguum quippe superius accipit anima cum sese in lacrimis celestis regni
desiderio affligit. Irriguum vero inferius accipit cum inferni supplicia flendo pertimes-
cit. Et quidem prius inferius ac post irriguum superius datur. Sed quia com-
punctio amoris dignitate preeminet necesse fuit ut prius irriguum superius postea
irriguum inferius commemorari debuisset. **Petrus.** Placet quod dicis. Sed postquam hunc
venerande vite Eleutherium huiusmodi esse dixisti libet inquirere si nunc in mundo
credendum est esse aliquos tales. **Gregorius xxxv**

Floridus Tibertine ecclesie episcopus
magne vite atque sanctitatis dilectioni tue incognitus non est. Hic michi de-
apud se presbiterum Amantium nomine magne simplicitatis narravit virum
quem hoc habere virtutis asserebat ut apostolorum more manum super egros poneret
et salutem restitueret et quamlibet vehemens egritudo sit ad tactum illius abscederet.
Qui hoc etiam addit miraculum adiungit quia in quolibet loco quamvis immanissime asperitatis
serpentem repperisset mox ut eum crucis signo signaret contingeret ita ut vi-
ri dei digito ceciderit disruptis visceribus moriatur. Quem
tunc crucis quam viri dei digito ... si quando serpens in foramine fugerit signo crucis os foraminis benedixit statim
ex foramine serpens iam mortuus trahitur. Quem tante virtutis virum ipse etiam
videre curavi eumque ad me deductum in infirmorum domo paucis diebus manere volui
ubi si qua ad eius curationem contraria nimis probari potuisset. Ibi autem inter egros
alios mente captus iacebat quem medici greco vocabulo freneticum appellant.
Qui nocte quadam dum magnas voces ederet et omnes cunctos quoque egrotos imme-
sis clamoribus perturbaret ita ut nulli illic capere somnum liceret fiebat res
miserabilis valde quia unde unus male inde omnes deterius habebant. Et cum
iam et prius a reverendissimo Florido episcopo qui tunc eodem presbitero ibi incubue-
rat et post a puero qui nocte eadem egrotantibus serviebat subtiliter agnovi. Eisdem
verbis presbiter de suo strato surrexit ad lectum frenetici silenter accessit et super eum
positis manibus oravit. Mox quoque ille melius habere cepit tulit atque in superiora domus
secum ad oratorium duxit ubi pro eo liberius orationi incubuit. Et statim eum
sanum ad lectum proprium reduxit ita ut nullas voces ultra ederet nec quemquam egro-
torum quempiam aliquo clamore turbaret ut ad egritudinem accepit aliena qui
perfecte recepit mentem suam. Ex quo cuius viri facto didicimus ut de eo
illa omnia audita crederemus. **Petrus.** Magna vite edificatio est viros
mira facientes atque in civibus suis Ierusalem celestem in terra conspicere. **Gregorius xxxvi**

axim
ne Syraco
anus Epus

Nec hoc silendum puto quod omnipotens Deus super Maximianum famulum suum nunc
Syracusanum episcopum tunc autem monasterii mei patrem dignatus est ostendere
miraculum. Ad dominum iussione pontificis mei in Constantinopolitane urbis
palatio in responsis ecclesiasticis deservire. Illuc ad me isdem venerabilis Maximianus

Caritate cogente cum fratribus advenit. Qui dum ad Monasterium suum rediret in mari adriatico nimia tempestate deprehensus, inestimabili ordine atque inusitato miraculo erga se cunctosque qui cum eo aderant omnipotentis dei et iram cognovit et gratiam. Nam ad eorum mortem ventorum immanitatibus elevati fluctus sevierunt, ut ex navi clavum perditi, abscisa et arbor, vela in undis proiecta, totaque vas navis quassatum nimiis fluctibus ab omni fuerat compage dissolutum. Rimis itaque patentibus intrat mare atque ad superiores tabulas implevit navem, ita non ut tam navis intra undas quam unde intra navem iam esse viderentur. Tunc in eadem navi residentes non iam ex mortis vicinia, sed ex ipsa eius presentia ac visione turbati, omnes sibi mutuam pacem dederunt. Corpus et sanguinem redemptoris acceperunt, deo se singuli commendantes, ut eorum animas benigne susciperet, quorum corpora tam pavende morti tradiderat. Sed omnipotens deus qui eorum mentes mirabiliter terruit, eorum quoque vitam mirabilius servavit. Nam diebus octo navis eadem usque ad superiores tabulas aquis plena iter peragens enatavit. Nono autem die Crotonensis castri portum deducta est. Ex qua exierunt omnes incolumes, qui cum eo perducto vehiculo in periculo navigabant. Cumque post eos ipse quoque fuisset egressus, mox in eiusdem portus profunditate navis illa demersa est, ac si illis egredientibus pondere sublevante caruisset. Et que plena hominibus aquas in pelago portaverat atque portaverat, Maximiano cum suis fratribus recedente, aquas sine hominibus in portu non valuit portare, ut hinc omnipotens deus ostenderet, quia hanc onustam manu sua tenuerat, que ab hominibus vacua et derelicta super aquas non potuit manere.

Cam xxxvij· Sanctul

Ante dies quoque fere quadraginta, ut dixisti, apud me cum tunc superius memoriam feci, venerabilis vite presbiter Sanctulus nomine, qui ad me ex Nursia provincia annis singulis venire consuevit. Sed ex eadem provincia quidam monachus ante triduum venit, qui eius mihi necem protulit, quia eundem virum obiisse nunciavit. Hunc ergo virum et si non sine gemitu dulcedinis recolo, iam tamen sine formidine dulcedinis virtutes narro, quas a vicinis eius sacerdotibus mira veritate et summa simplicitate preditis agnovi, et sicut inter amicos se invicem magna fuerat caritas, familiaritatis ausum perquisitus a me plerumque ex dulcedine caritatis, ipse quoque de hiis que egerat exempla quedam fateri cogebatur. Hic namque quodam tempore cum in prelo Longobardi olivam premerent, ut in oleum liquari debuisset, sicut iocundi erat et vultus et animi, utrem vacuum ad prelum detulit. Laborantes ergo Longobardos leto vultu salutavit, utrem porrexit, et iubendo potius quam petendo eum sibi impleri iussit. Sed gentiles viri, quia totum diem frustra laboraverunt, atque ab olivis ~~[illegible]~~ oleum exprimere torquendo non poterant, verba illius moleste susceperunt, eumque cum iniuriis sectati sunt. Quibus vir dei leniori vultu adhuc addidit dicens: Sic promeritis istum utrem Sanctulo impleatis, et sic a nobis recedetis. Cumque illi ex olivis oleum defluere non viderent, et virum dei ad implendum utrem sibi consistere vidissent.

vehementer arescens maioribus hunc arboribus crudelius detestata reperit. Vir autem dei videns quod ex ipso oleo nullo modo colligeret, aquam sibi dari petiit. Quam cunctis videntibus benedixit atque in prelo suis manibus iactavit. Ex qua protinus benedictione tanta ubertas olei erupit, ut Longobardi qui prius diu ipsum laboraverant, non sola sua vascula omnia, sed vasa quoque quae vir dei detulerat complerent. Gratias quod agerent, quia ibi qui oleum petere venerat, benedicendo dedit.

Alio quoque tempore vehemens fames urbem d. Quod postulabat e subversam et beati Laurentii martiris ecclesia a Longobardis fuerat desa. Quam vir dei restaurare cupiens, multos artifices ac plures subministrantes operarios adhibuit, quibus necesse erat ut cotidianum sumptus laborantibus sine dilatione praeberentur. Sed exigente eiusdem famis necessitate panis defuit. Coepere laboratores instanter victum quaerere, quia vires ad laborem per cotidianum non haberent. Quod vir dei audiens, eos verbis consolabatur foris promittendo quod deerat, sed ipse gravius angustabatur intus exhibere cibum non valens quod promittebat. Cumque huc illucque anxius pergeret, devenit ad clibanum, quo proximae mulieres pridie coxerant panes. Ibique declinatus aspexit ne fortasse panis coquentibus remansisset. Tunc repente panem mirae magnitudinis atque insoliti candoris invenit. Quem tulit quidem, sed deferre artificibus noluit, ne forte alicuius esset, et culpam velut ex pietate perpetraret. Vicinas itaque hunc mulieribus detulit, eisque omnibus ostendit, ut ne cui earum remansisset inquisivit. Omnes autem quae pridie panes coxerant suum hunc esse negaverunt, atque panes suos integro numero a clibano retulisse professae sunt. Tunc laetus vir Domini pervenerat ad multos artifices cum uno pane, ut omnipotenti deo gratias agerent admonuit, et quia annonam eis praebuerat indicavit, eisque ad refectionem invitatis protinus de eodem pane apposuit. Quibus sufficienter plenique satiatis, plus ex eo quam ipse panis fuerat fragmenta collegit. Cui die quoque altero eis ad refectionem intulit. Sed id quod ex fragmentis superfuerat, cum quod appositum fuerat, superabant. Factumque est ut per dies decem omnes qui illic artifices et operarii ex illo uno pane satiati sunt, et cotidie comederent, et quod ex eo cotidie quod edi posset crescerent, et cibo quoque cotidie crastinum superesset, ac si fragmenta panis illius per eos cotidie crescerent.

Petrus. Mira res atque exemplo dominici operis vehementer stupenda.

Gregorius. Ipse se, Petre, multos de uno pane per servum suum satiavit, qui ex quinque panibus quinque milia hominum satiavit per semetipsum. Cum paucis seminibus qui ipsa quoque semina producit, ut dominica segetum frumenta multiplicat, qui ipsa quoque semina de terra producit, et fit omnia creavit ex nihilo. Sed ut divinus miraculis quidem venerandus vir Sanctulus appareret, audi quod fecit, et discite quali intus fuit dei venerandus vir Sanctulus. Hic etenim quadam a Longobardis captus, cum diaconus tenebatur ligatus, cumque ipsi qui tenuerant eum interficere cogitarent. Ad vesperascente die vir dei sanctulus ab eisdem longobardis peteret relaxari / eius vita concedi debuisset. Quod posse fieri omnino negaverunt. Cumque morte illum deliberasse eos cognovit / petiit ut sibi ad custodiam tradi debuisset / Cui protinus indulserunt. Tibi quidem eum ad custodiendum damus / sed ea conditione interposita / ut si ipse fugerit pro eo ipse moriaris. Quod vir dei libenter accipiens. predictum diaconum in sua suscepit fide. Cumque nocte media cum longobardos omnes gravi sompno depressos conspiceret. excitavit et dixit. Surge et concite fuge. liberet te omnipotens deus. Et idem diaconus promissionis eius non immemor. Respondit dicens fugere pater non possum. Quia si ego fugero pro me sine dubio ipse morieris. Quem vir domini sanctulus ad fugiendum compulit dicens. Surge et vade te omnipotens deus eripiat. Nam ego in manu eius sum. Tantum in me potest fieri quantum ipse permiserit. Fugit itaque diaconus. et cum deceptus in medio fideiussor remansit. Facto igitur mane. longobardi qui diaconum ad custodiendum dederant venerunt. quem dederant petierunt. Eis hunc venerabilis presbyter fugisse indicat. Tunc illi inquiunt. Scis ipse melius quod convenit. Sanctus autem domini constanter respondit Scio. Cui dixerunt. Bonus homo es. Nolumus te per varios cruciatus mori. Eligito Mortem qua vis. Quibus vir dei respondit dicens. In manu dei sum / ea Morte Me occidite. qua me occidi ipse permiserit. Tunc omnibus qui illic aderant longobardis placuit. ut eum Capite Truncare debuissent / quatenus sine gravi cruciatu vita eius compendiosa Morte terminarent. Cognito itaque quod sanctulus qui inter eos pro sanctitate reverentia magni honoris habebatur occidendus esset. Omnes qui in eodem loco inventi sunt longobardi convenerunt. sicut sunt nimie crudelitatis leti ad spectaculum mortis. Circumsteterunt itaque aciem / vir autem domini adductus est ad sua arma statim circuierunt / Et in medio. atque ex omnibus viris fortibus electus est unus de quo non dubium erat quod ictu uno caput eius abscideret. Venerandus igitur vir inter armatos deductus / ad sua arma statim cucurrit. Nam petiit ut sibi paululum licentia orandi daretur. Cum concessum ei fuisset. in terram se stravit et oravit. Cumque paulo diutius oraret. hunc electus interfector calcaneo pulsavit ut surgeret dicens. Surge et flexo genu extende Cervicem. Surrexit autem vir dei genu flexit. Cervicem tetendit / Sed tenso collo educatam contra se spatam conspiciens. hoc unum fertur publice dixisse. Sancte Johannes suscipe illam. Tunc Electus Carnifex evaginatum gladium tenens annisu forti in alto brachium percussurus levavit. Sed deponere nullo modo potuit. Nam repente diriguit / et erecto in celum gladio. brachium inflexibile remansit. Tunc omnis longobardorum turba. que ad illud mortis spectaculum aderat. in laudem fertur conversa mirari cepit. virumque dei cum timore venerari. quia patenter claruerat cuius sanctitatis esset. Cum carnificis sui brachium in aera ligasset. Itaque postulatus ut surgeret. Surrexit. Iterato postulatus ut brachium sui Carnificis ~~postulacet~~ sanaret. Respondit dicens. Ego pro eo nullomodo orabo. nisi mihi ante iuramentum dederit / quod de manu ista hominem christianum non occidat / Langobardus ipse qui ut ita dicam brachium contra deum te-

tendendo prebuerat / pena sua exigente compulsus est imperare se parcendo homines nequaquam occideret. Tunc vir domini precepit dicens: depone manum deorsum. Cumque statim deposuit atque illico subiunxit: Remitte gladium tuum in vaginam. Et statim remisit. Omnes igitur tante virtutis hominem cognoscentes boves et iumenta que predati fuerant certatim ei offerre in munere volebant. Sed vir domini tale munus recipere renuit. Munus autem bone mercedis quesivit dicens: Si michi aliquid vultis concedere, omnes captivos quos habetis michi tribuite / ut habeam unde pro vobis orare debeam. Factumque est ita et omnes captivi cum eo dimissi atque superna gratia disponente cum se unus pro uno morti obtulit / multos a morte liberavit.

Petrus. Mira res et quamvis iam ab aliis et ipse cognoverim certe tamen fateor quia michi quotidie nova fiunt / innovantur.

Gregorius. Nichil de hac re de Sanctulo mirere quod ille. Sed pensa si potes quis ille spiritus fuerit qui eius tam simplicem mentem tenuit atque in tanto virtutis culmine erexit. Ubi enim eius animus fuit quando morti appropinquans tam constanter stetit, ubi pro temporali vita fratris unius suam despexit atque sub gladio cervicem tetendit? Que ergo vis amoris illud cor tenuit quod mortem suam pro unius salute non expavit? Scimus certe quia iste venerabilis vir Sanctulus / ipsa quoque elementa litterarum bene non noverat, legis precepta nesciebat. Sed quia plenitudo legis est caritas, legem totam in dei ac proximi dilectione servavit / et quod foris non noverat ei intus vivebat ex amore. Et qui nunquam fortasse legerat quod de Redemptore nostro Iohannes apostolus dixit / quia ille pro nobis animam suam posuit et nos debemus pro fratribus animas ponere, tam sublime apostoli preceptum faciendo magis quam sciendo noverat. Comparemus si placet cum hac nostra indocta scientia illius doctam ignorantiam: ubi hec nostra iacet ibi illius disciplina eminet. Nos de virtutibus vacui loquimur et quasi inter fructifera arbusta positi odoramus poma, non manducamus. Ille virtutum fructus carpere noverat quamvis hos in verbis odorare nesciebat.

Petrus. Quid ergo queso te existimas esse quod quique boni subtrahuntur / et qui ad edificationem multorum poterant aut penitus [illegible] aut certe omnino rarescunt?

Gregorius. Malicia remanentium meretur ut hii qui prodesse poterant festine subtrahantur, et cum mundi finis appropinquat electi tolluntur ne deteriora videant. Hinc etenim propheta ait: Iustus perit et nemo est qui recogitet in corde suo, et viri misericordie colliguntur / quoniam non est qui intelligat. Hinc rursum scriptum est: Aperite ut exeant qui conculcent eam, tollite de via lapides. Hinc Salomon ait: Tempus mittendi lapides et tempus colligendi. Quo ergo mundi finis propinquat, eo necesse est ut vivi lapides ad edificium celeste colligantur / quatenus Ierusalem nostra ad mensuram sue constructionis excrescat. Nec tamen ita electos omnes subtrahi credimus / ut soli in mundo perversi remaneant, quia nunquam peccatores ad lamentum penitentie redirent si nulla essent bonorum exempla que eorum mentem traherent.

Petrus. Incassum subtrahi bonos conqueror / [illegible] et malos video.

Gregorius. Nec de re ut per [illegible] xxxviij

Nam Redemptum Ferentinum episcopum vite venerabilis virum, qui ante hos fere annos septem ex hoc mundo migravit, quem dilectio cognitum habuit, qui sicut michi adhuc in monasterio posito valde familiariter iungebatur. Hoc quod Johannis iunioris predecessoris mei tempore de mundi fine cognoverit, sicut longe lateque claruerit, a me requisitus ipse narravit. Agebat namque quia quadam die dum perrochias suas ex more circuiret, pervenit ad ecclesiam beati martiris Eutichii. Advesperascente autem die stratum sibi fieri iuxta sepulchrum martiris voluit, atque ibi post laborem quievit. Cum nocte media, ut asserebat, nec dormiebat nec perfecte vigilare poterat, sed depressus, ut solet, gravabatur quodam pondere vigilans ~~iuxta~~ atque ante eum idem beatus martir Eutichius astitit dicens: Redempte, vigilas? Cui respondit: Vigilo. Qui ait: Finis venit universe carni. Finis venit universe carni. Finis venit universe carni. Post quam trinam vocem visio martiris que eius mentis oculis apparebat evanuit. Tunc vir Dei surrexit, seseque in orationis lamento dedit. Mox enim illa terribilia signa in celo secuta sunt, ut haste atque acies ignee ab aquilonis parte viderentur. Mox effera Longobardorum gens de vagina sue habitationis educta in nostram cervicem grassata est, atque humanum genus quod in hac terra pre multitudine nimia quasi spisse segetis more surrexerat succisum aruit. Nam depopulate urbes, eversa castra, concremate ecclesie, destructa sunt monasteria virorum atque feminarum, desolata ab hominibus predia atque ab omni cultore destituta in solitudine vacat terra, nullus hanc possessor inhabitat. Occupaverunt bestie loca que prius hominum multitudo tenebat. Et quid in aliis mundi partibus agatur ignoro. Nam in hac terra in qua nos vivimus finem suum mundus iam non indicat, sed ostendit. Tanto ergo nos necesse est eterna querere, quanto a nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. Despiciendus a nobis hic mundus fuerat, etiam si blandiretur, si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur, tanta adversitate fatigatur, tot nobis cotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud quam ne diligatur clamat. Multa autem fuerant que adhuc de electorum factis narrare debuissem, sed hec silencio supprimo, quia ad alia festino.

Pastoralis cure me pondera fugere delitescendo voluisse, benigne frater karissime, atque humillima intentione reprehendis. Que ne quibusdam levia esse videantur, presentis libri stilo exprimo de eorum magnitudine omne quod penso, ut et hoc qui vacat incaute non appetat, et qui incaute appetiit adeptum se esse pertimescat. Quadripartita vero disputatione liber iste distinguitur, ut ad lectoris sui animum ordinatis allegationibus quibusdam passibus gradiatur. Nam cum rerum necessitas exposcit, pensandum valde est ad culmen regiminis qualiter quisque veniat, et ad hoc rite perveniens qualiter vivat, et bene vivens qualiter doceat, et recte docens infirmitatem suam cotidie quanta consideratione cognoscat, ne aut humilitas accessum fugiat, aut pervenientis vita contradicat, aut vitam doctrina destituat, aut doctrinam presumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet. Post aut Magisterium quod a nobis querere suspiciunt vita contemnendet. Pe. deinde Nam ut pastoris bonum quod vivendo ostenderint etiam loquendo compungitur. Sed contra voce stupet et ut perfecta queque opera consideratio grave infirmitatis deprimat. Ne hic ante oculos arbitrii oculos timoris clariores extinguat. **Petrus.** Quia multos intra sancte ecclesie gremium constitutos de vita anime post mortem sepius perpendo dubitare. queso ut debeas vel que ex ratione suppetunt vel si qua anime exempla ad animum veniunt pro multorum edificatione dicere ut hii qui suspicantur discant cum carne animam non finiri. **Gregorius.** Laboriosum valde est hoc opus et maxime occupato animo atque ad alia tendenti. sed si sunt quibus prodesse valeat voluntatem meam proculdubio postpono utilitati proximorum et quantum deo largiente va lueto que anima post carnem vivat subsequenti hoc quarto volumine demonstrabo.

Sequuntur Capitula Libri quarti dialogorum

i Quod celestia spiritualia idcirco a carnalibus minus credantur quia que audiunt per experimentum minime noverunt.
ij Quod sine fide nemo fidelis vivat.
iij Quod tres vitales spiritus sunt creati.
iiij De ꝯsione salomonis qua dicit unus interitus hominis et iumentorum.
v De questione anime dum ꝯspicitur exeuntis an sit que videri non possit.
vj Quod vita anime manentis in corpore pensatur ex motu membrorum sic vita anime post mortem in sanctis pensanda est ex virtute miraculorum.
De egressibus animarum.
vij De egressu anime Germani episcopi Civitatis Capuane.
viij De egressu anime Speciosi Monachi.
viiij De Anima inclusi Cuiusdam.
x De Egressu anime Spei abbatis.
xj De Egressu anime presbiteri Ursini.
xij De Anima probi Reatine Civitatis Episcopi.
xiij De Transitu galle Ancille dei.
xiiij De Transitu servuli paralitici.
xv De Transitu Romule Ancille dei.
xvj De Transitu Tarsille sancte virginis.
xvij De Transitu Muse puelle.
xviij Quod quibusdam parvulis Regni Celestis Aditus A parentibus clauditur. Et de puero Blasphemo.
xviiij De Transitu stephani servi dei. De ecla
xx Quod aliquando anime iustorum non in ipso egressu ostenduntur sed postmodum.
xxj De duobus Monachis valentinionis abbatis.
xxij
xxiij De Transitu Suranii abbatis.

xxiiii De transitu celle Marsorum
xxv De morte viri dei cuius missus Bethel fuerat.
xxvi Quod ante resurrectionem corporum recipiantur in celo anime iustorum
xxvii Quibus modis morientes aliqua predicunt Et de morte cuiusdam advocati
xxviii De revelacione Gerontii ac Melliti monachi
xxix De morte pueri Armentarii
xxx De morte Theophanii Comitis
xxxi Quod sicut perfectorum anime in celo ita post dissolucionem corporis iniquorum anime in inferno credende sit
xxxii Qua racione credendum sit ut incorporeum spiritum teneri ignis corporeus possit
xxxiii De morte Theodorici Regis Arriani
xxxiiii De morte Reparati
xxxv De morte Curialis cuius sepultura incensa est
xxxvi Quod boni bonos in regno et mali malos in supplicio agnoscunt
xxxvii De quodam religioso moriente qui prophetas vidit
xxxviii Quod se eciam ignote anime nominatim in eius morte recognoscunt que
xxxix vel pro culpis tormenta vel pro operibus actibus similia sint premia Re
xl ceperint Et de morte Johannis et [illegible] Eumorphii et Stephani
xli De his qui quasi per errorem educi videntur e corpore Et de vo
cacione et revocacione Petri Monachi Et de morte et resus
citacione Stephani. ac de visione cuiusdam militis
xlii De Deusdedit cuius domus sabbato visa est edificari
xliii De pena Sodomorum
xliiii Quod quorundam anime adhuc in corpore posite penale aliquid de spiritalibus
videant et de Theodoro puero
xlv De morte Crisaurii et morte Monachi cuiusdam Ysaurie
xlvi Quod post mortem purgatorius ignis sit
xlvii De anima Paschasii diaconi
xlviii Cur in extremis temporibus tam multa de animabus clarescunt que ante latuerunt
xlix Ubi esse infernus credendus sit
l Utrum unus gehenne ignis sit an diversi
li Si semper ardeant qui in gehenne igne deputati sunt
lii Quomodo anima mortalis dicitur si constat quod morte dampnacionis puniatur
liii De quodam sancto viro qui ad mortem veniens expavit Et quod quosdam
liiii ne in morte timeant revelaciones roborant Et de Anthonio ac Merulo Monacho
lv De Johanne Monacho
lvi An observandi sint sompnia Et quot sunt modi sompniorum
De eo cui per sompnium longa spacia vite promissa sunt et brevi mortuo

.lvi. An prosit animabus si mortuorum corpora in ecclesia fuerint sepulta

.lvii. De quadam sanctimoniali femina que in ecclesia beati Laurencii martiris fuit sepulta sed per dimidium apparuit incensa.

.lviii. De Valeriani patricii sepultura

.lx. De corpore Valentini defensoris ab ecclesia post mortem proiecto

lxi De tinctoris corpore in ecclesia sepulto et postmodum non invento

lxii Quid sit quod post mortem valeat ad absolucionem animabus adiuvandis et de Centumcellensi presbitero qui a cuiusdam petitus est spiritu ut per sacram hostiam potuisset adiuvari. Et de anima Iusti monachi

lxiii De vita et transitu Cassii episcopi.

lxiiii De quodam ab hostibus capto cuius vincula oblacionis hora solvebantur et de Varaca nautico per salutaris hostiam a naufragio liberato

lxv De virtute ac misterio victime salutaris

lxvi De affligendo corde inter sacra misteria. Et de mentis custodia post compunctionem

lxvii De relaxandis culpis alienis ut nostre relaxentur

Incipit Liber quartus / Capitulum primum

Postquam de paradisi gaudiis culpa exigente lapsus est primus humani generis parens in huius exilii atque cecitatis erumpna venit quam patimur quia peccando extra semetipsum fusus iam illa celestis patrie gaudia que prius contemplabatur videre non potuit. In paradiso quippe homo assueverat verbis dei perfrui beatorum angelorum spiritibus cordis mundicia et celsitudine visionis interesse. Sed postquam huc cecidit ab illo quo implebatur mentis lumine recessit. Ex cuius videlicet carne nos in huius exilii cecitate nati audivimus quidem celestem esse patriam. Audivimus eius cives angelos dei. Audivimus comites angelorum spiritus iustorum perfectorum. Sed carnales quique quia illa invisibilia scire non valent per experimentum dubitant utrumne sit quod corporalibus oculis non vident. Que nimirum dubietas in primo parente nostro esse non potuit quia exclusus a paradisi gaudiis hoc quod amiserat quia viderat recolebat. Hii autem sentire vel recolere audita non possunt quia eorum nullus sicut ille saltem de preterito experimentum tenet. Ac si enim pregnans mulier mittatur in carcerem ibique puerum pariat. Qui natus puer in carcere nutriatur et crescat. Cui si fortasse Mater que hunc genuit solem lunam stellas montes et campos volantes aves currentes equos nominet. Ille vero qui est in Carcere Natus et nutritus nihil aliud quam tenebras carceris sciat et hec quidem esse audiat. Sed quia ea per experimentum non novit veraciter esse diffidit. Ita in hac exilii cecitate nati homines dum esse summa et invisibilia audiunt diffidunt an

An vera sint· quia hec sola infima de quibus nati sunt visibilia noverunt· Unde factum est ut ipse invisibilium et visibilium creator ad humani generis redemptionem unigenitus patris veniret· et spiritum sanctum ad corda nostra mitteret· quatinus per eum vivificati crederemus que adhuc scire experimento non possumus· Quotquot enim hunc spiritum hereditatis nostre pignus accepimus· de vita invisibilium non dubitamus· Quisquis autem in hac credulitate adhuc solidus non est· debet procul dubio maiorum dictis fidem prebere· eorumque iam per spiritum sanctum invisibilium experimentum habentibus credere· quia et stultus est puer si matrem ideo estimat de luce mentiri· quia ipse nichil aliud quam carceris tenebras agnovit· **Petrus** Placet valde quod dicis· Sed qui ea que invisibilia non credit· profecto infidelis est· Qui vero infidelis est· de eo quod dubitat fidem non querit sed rationem· **Gregorius** **Capitulum 2m xxxv**

Audenter dico quia sine fide nec infidelis vivit· Nam si eundem infidelem percontari voluero· quem patrem vel quam matrem habuerit protinus respondet illum vel illam· Quem si statim requiram· utrumne noverit quando conceptus sit vel viderit· qui natus sit· nichil horum se vel nosse· vel vidisse fatebitur· et tamen quod non vidit credit· Nam illum patrem· illam se habuisse matrem absque dubitatione testatur· **Petrus** Fateor quia nunc usque nescivi· quod infidelis haberet fidem· **Gregorius** Habent etiam infideles fidem· sed utinam in deum· quam si utique haberent infideles non essent· Sed hii de sua perfidia redarguendi sunt· hunc ad fidei gratiam revocandi· quia si de ipso suo visibili corpore credunt· quod minime vident cur de invisibilia non credunt· que corporaliter videri non possunt· **Capitulum 3m xxxvi**

Nam quia post mortem carnis vivat anima patet ratio sed fidei admixta· Tres quippe vitales spiritus creavit omnipotens deus· unum qui carne non tegitur· alium qui carne tegitur· sed cum carne non moritur· Spiritus namque est qui carne non tegitur· angelorum· Spiritus qui carne tegitur sed cum carne non moritur hominum· Spiritus qui carne tegitur et cum carne moritur· iumentorum omniumque brutorum animalium· Homo itaque sicut in medio creatus est· ut esset inferior angelo superior iumento· Ita aliquid habet commune cum summo· aliquid commune cum infimo· Inmortalitatem scilicet spiritus cum angelo· Mortalitatem vero carnis cum iumento· quousque et ipsam mortalitatem carnis gloria resurrectionis absorbeat· et inherendo spiritui caro servetur in perpetuum· quia et ipse spiritus inherendo carni servatur in eternum· Que tamen caro nec in reprobis inter supplicia perfecte deficit· quia semper deficiendo subsistit· ut qui spiritu et carne peccaverunt· semper essentialiter viventes et cum carne et spiritu sine fine moriantur· **Petrus**

Ratione fidelium placent cuncta que dicis· Sed queso te dum spiritus hominum atque iumentorum tanta distinctione discernas· Quid est quod Salomon dicit· Dixi in corde meo de filiis hominum ut probaret eos deus et ostenderet similes esse bestiis· Idcirco unus est interitus hominum et iumentorum et equalis utriusque conditio· Qui ad eandem sententiam suam subtiliter exequens dicit· Sicut moritur homo sic et illa moriuntur·

Ut spirant omnia, et nichil habet homo iumento amplius. Quibus adhuc verbis qualem diffinitionem subinferret dicens. Cuncta subiacent vanitati et omnia pergunt ad unum locum de terra facta sunt et in terram pariter revertuntur.

Salomonis liber in quo hec scripta sunt Ecclesiastes appellatus est. Ecclesiastes autem proprie concionator dicitur. In concionatione vero sententia promitur per quam tumultuose turbe sedicio comprimitur. Et cum multi diversa senciunt per concionantis racionem ad unam sententiam perducuntur. Hic itaque liber ideo concionator dicitur quia Salomon in eo quasi tumultuantis turbe suscepit sensum ut ea per inquisitionem dicat que fortasse per temptationem imperita mens sentiat. Nam quot sententias quasi per inquisitionem movet quasi tot in se personas diversorum suscepit. Sed concionator verax velut extensa manu omnium tumultus sedat eosque ad unam sententiam revocat cum in eiusdem libri termino ait. Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time et mandata eius serva. Hoc est enim omnis ho. Si enim in libro eodem per locucionem suam multorum personas non susciperet, cur ad audiendum loquendi finem secum pariter omnes ammonebat. Qui igitur in fine libri dicit Omnes pariter audiamus. Ipse sibi testis est. Quia in se multorum personas suscipiens quasi solus locutus non est. Unde et alia sunt que in libro eodem per inquisitionem moventur atque alia que per racionem satisfaciunt. alia que ex temptati profert animo atque adhuc huius mundi delectationibus dediti. Alia in quibus ea que racionis sunt edisserat atque animum a delectatione compescat. Ibi namque ait. Hoc itaque michi visum est bonum, ut comedat quis et bibat et fruatur leticia ex labore suo. Et longe inferius subiungit. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii. Si enim bonum est manducare et bibere, Melius videbatur fuisse ad domum luctus pergere quam ad domum convivii. Ex qua re ostenditur quia illud ex infirmantium persona intulit. Hoc vero ex racionis diffinitione subiunxit. Nam ipsas protinus racionis causas edisserit et de domo luctus que sit utilitas dicens. In illa enim finis cunctorum ammonetur hominum et vivens cogitat quid futurum sit. Rursum illic scriptum est letare iuvenis in adolescentia tua. et paulo post subditur. Adolescentia enim et voluptas vana sunt. Cum enim hoc postmodum vanum esse redarguit quod prius ammonuisse videbatur patenter indicat quia illa quasi ex desiderio carnali verba intulit. Hec vero ex iudicio veritatis subiunxit. Sicut ergo delectationem prius carnalium exprimens curis postpositis edocuit bonum esse Manducare et bibere quod tamen ex iudicii racione postmodum reprehendit cum esse Melius dicit ire ad domum luctus quam ad domum convivii. Et sicut letari debere iuvenem in adolescentia sua quasi ex delibatione carnalium proposuit. Et tamen non longe postmodum per diffinitionem sententie adolescentiam et voluptatem vanam esse redarguit. Ita etiam concionator noster velut ex mente infirmantium humane suspicionis proponit dum dicit: Unus interitus est hominis et iumentorum, et equa utriusque conditio. Sicut moritur homo, sic et illa moriuntur. Similiter spirant omnia, et nichil habet homo iumentis amplius. Qui tamen ex diffinitione rationis suam postmodum sententiam profert dicens: Quid habet amplius sapiens stulto? Et quid pauper nisi pergat illuc ubi vita est? Quibus verbis primum indicat, quia hic vita hominum non est, quam alibi esse testatur. Habet ergo hoc homo amplius iumentis, quod illa post mortem non vivunt. Hic vero tunc vivere inchoat, cum per mortem carnis hanc visibilem vitam consummat. Qui et longe inferius dicit: Quodcumque potest manus tua facere instanter operare, quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erit apud inferos quo tu properas. Quomodo ergo unus interitus est hominis et iumenti, et equa utriusque conditio? Aut quomodo homo nichil habet iumentis amplius, cum iumenta post mortem carnis non vivant, hominum vero spiritus pro malis suis operibus post mortem carnis ad inferos deducti, nec in ipsa morte moriantur? Sed utraque tam dispari sententia demonstratur, quia Salomon et verum et illud ex temptatione carnali intulit, et hoc postmodum ex spiritali veritate diffinivit.

Petrus. Libet nescisse quod requisivi, dum me in tanta subtilitate contigit discere quod nescivi. Sed queso te ut me equanimiter feras, si ipse quoque apud te more ecclesiastes infirmantium personam suscepero, ut eisdem infirmantibus prodesse propinquius quasi per eorum inquisitionem possim.

Gregorius. Cur condescendentem te infirmitati proximorum equanimiter non ferrem, cum Paulus dicat: Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Quod ipse quoque cum ex condescensione caritatis egeris, hac te amplius venerari debeo, quia morem egregii predicatoris imitaris.

Petrus. Quodam patre moriente me presente fuisse contigit. Qui repente dum loqueretur vitalem emisit flatum. Et quem prius mecum loquentem videbam, subito extinctum vidi. Sed eius anima utrum egressa sit, hanc non egressam non vidi. Et valde durum videtur ut credatur res esse quam nullus valet videre.

Greg.

Quid mirum Petre si egredientem animam non vidisti, quam et manentem in corpore non vides? Numquid nam modo cum loqueris mecum, quia in me videre non vales animam meam, idcirco me esse exanimem credis? Natura quippe anime invisibilis est. Atque ita ex corpore invisibiliter egreditur, sicut in corpore invisibiliter manet.

Petrus. Sed vitam anime in corpore manentis pensare possum ex ipsis motibus corporis, quia nisi corpori anima adesset, eiusdem membra corporis moveri non possent. Vitam vero anime post carnem in quibus motibus quibusve operibus video, ut ex rebus visibilibus esse colligam quod videre non possum?

Gregorius.

Non quidem similiter, sed dissimiliter dico. Quia sicut vis anime vivificat et movet corpus, sic vis divina implet que creavit omnia, et alia inspirando vivificat, aliis tribuit ut vivant, aliis vero hoc solummodo prestat ut sint. Quia vero non dubitas esse creantem, regentem, implentem et circumplectentem, transcendentem et sustinentem, incircumscriptum atque invisibilem deum, ita non dubitare debes hunc invisibilia obsequia habere. Debent quippe ea que ministrant ad eius similitudinem tendere cui ministrant, ut que invisibili serviunt esse invisibilia non dubitentur. Hec autem que esse credimus nisi sanctos angelos

Et spiritus istorum. Sed cum consideramus motum corporis et vitam anime ex motibus a cor-
c12
pore debes perpendere a summo. quia per invisibilem vivere quam oportet ab ipso invisi-
bilis conditoris munere. **Petr.** Recte totum dicis. sed mens refugit humana credere quod
corporeis oculis non valet videre. **Greg.** Quam paulus dicat. Fides est sperandarum
substantia rerum argumentum non apparentium. hoc veraciter dicitur. Credi quod non
potest videri. Nam credi iam non potest quod videri potest. Ut autem te breviter redu-
cam ad te. nulla visibilia nisi per invisibilia videntur. Ecce enim cuncta corporea ocu-
lis tui corporis aspicis. nec tamen ipse corporeus aliquid videret oculus. nisi hunc
res incorporea acueret ad videndum. Nam tolle mentem que non videtur et incassum patet
oculus qui videbat. Subtrahe animam corpori. Remanent procul dubio oculi
in corpore aperti. Si igitur per se videbant. Cur discedente anima nichil vident. Hinc
ergo collige. quia ipsa quoque visibilia non nisi per invisibilia videntur. Ponamus quoque
ante oculos mentis edificari domum. immensas moles levari. pendere magnas in machi-
nis columpnas. Quis queso te hoc opus operatur. Corpus visibile quod illas moles ma-
nibus trahit an invisibilis anima que vivificat corpus. Tolle enim quod non videtur
in corpore. et mox immobilia remanent cuncta que moveri videbantur visibilia corpo-
ra metallorum. Qua ex re pensandum est quia in hoc quoque mundo visibili nichil nisi per
invisibilem creaturam disponi potest. Nam sicut omnipotens deus aspirando atque implendo
ea que ratione subsistunt vivificat et movet. visibilia ita quoque invisibilia implen-
do movent. atque sensificant corpora carnalia. que videntur. **Petr.** His fateor al-
legationibus libenter victus. ipse nulla iam esse fere visibilia existimare compellor. qui
prius de me infirmantium personas suspiciens. de visibilibus dubitabam. Itaque placent
cuncta que dicis. Sed tamen sicut anime in corpore manentis vitam ex motu corporis ag-
nosco. Ita vitam anime post corpus aptis quibusdam rebus attestantibus ignoscere cupio.
Gre. ca.ᵐ vi Non in re si cor paratum tue dilectionis devocio allegatione minime
laboro. Numquid non sancti apostoli et martires presentem vitam despicerent et in mortem carnis
animas ponerent. nisi certiorem vitam animarum post subsequi scirent. Tu ergo ipse inquis
quia vitam anime in corpore manentis ex motibus corporis agnoscis. Et ecce hi qui animas
in morte posuerunt atque animarum vitam post mortem carnis esse crediderunt. cotidianis mi-
raculis choruscant. Ad extincta namque eorum corpora viventes egri veniunt et sanantur.
periuri veniunt et demonio vexantur. Demoniaci veniunt et liberantur. leprosi ve-
niunt et mundantur. Deferuntur mortui et suscitantur. Pensa itaque eorum anime qua-
liter vivunt illic ubi vivunt. quorum hic et mortua corpora in tot miraculis vivunt.
Si igitur vitam anime manentis in corpore deprehendis ex motu membrorum. Cur
non perpendis vitam anime post corpus etiam per ossa mortua in virtute miraculorum.
Petr. Nulla ut opinor huic allegationi ratio obsistit. in qua ex rebus visibilibus
cogimur credere quod non videmus. **Greg.** Paulo superius questus es. quod morientis ca.ᵐ
vii egredientem animam te non vidisse. sed hoc ipsum iam culpe fuit quod corporeis oculis rem in-
visibilem quesisti. Nam multi nostrorum mentis oculum fide pura et uberius ratione

nudantes egredientes animas e carne frequenter viderunt / unde michi nunc necesse est vel
qualiter egredientes anime visse sint. vel quanta ipse dum egrederentur viderint enarrare.
quatenus fluctuanti animo quod plene ratio non valent. exempla suadeant. Capitulum viii

In secundo namque huius operis libro / iam prefatus sum quod vir venerabilis Bene-
dictus sicut a fidelibus eius discipulis agnovi. longe a capuana urbe positus
germani eiusdem episcopi animam nocte media in globo igneo ad celum ferri
ab angelis aspexit. Qui eandem quoque animam ascendentem intuens. mentis laxato
sinu. quasi sub uno solis radio cunctus in suis oculis mundum collectum vidit. Capitulum ix

Eisdem quoque discipulis illius narrantibus didici quod duo venerabiles viri atque
exterioribus studiis eruditi germani fratres / quorum unus Speciosus alter vero Grego-
rius dicebatur. eius se regule in sancta conversatione tradiderunt. Quos idem venerabilis pater in
Monasterio quod iuxta tiracinensem urbem construxerat fecit habitare. Qui multa
que penitus in hoc mundo possederant. sed cuncta pauperibus pro anime sue redemp-
tione largiti sunt / et in eodem monasterio permanserunt. Quorum unus scilicet Speciosus dum
pro utilitate monasterii iuxta capuanam urbem missus fuisset. die quadam frater
eius Gregorius cum fratribus ad mensam sedens. atque quiescens. in spiritu sublevatus
aspexit et vidit speciosi germani sui animam tam longe a se positi de corpore exire. Quod
mox fratribus indicavit. Et cucurrit iamque eundem fratrem suum sepultum repperit.
Quem in ea hora qua viderat exisse de corpore invenit. Capitulum x Quidam ac
religiosus vir atque fidelissimus ad huc michi in monasterio posito narravit. quod aliqui de Si-
cilie partibus navigio Romam petentes in maris medio positi. cuiusdam servi dei qui in Sam-
nie fuerat defunctus ad celo ferri animam viderunt. Qui descendentes ad terram cumque
rem ita esset actam perquirentes. die illo invenerunt obiisse dei famulum / quo hunc ad
regna celestia ascendisse cognoverunt. Capitulum xi

Ad huc in monasterio positus. cuiusdam valde venerabilis viri Relatione cognovi / quod
dico. Dicebat enim quod venerabilis pater Spes monasterium construxit. in loco cui
vocabulum est Cample. qui sexto ferme miliarii interiacente spacio. a vetusta Nur-
sie urbe disiungitur. Hunc omnipotens et misericors deus ab eterno interitu flagellan-
do protexit / et ei quod dispensationis sue magna et sollicitudinem servavit et gratia. qua
nimirum eum flagellando prius diligeret. postmodum perfecte monstrando sanavit. Eius nam-
que oculos per quadraginta annorum spatium continue cecitatis tenebris pressit nullumque ei
lumen vel extreme visionis aperuit. Et quia nemo in verbere illius gratia se
destituente subsistit / nisi idem misericors pater qui penam irrogat patientiam prestet. mox
per dispensationem pietatis nobis ipsa auget correptio pietatis sitque in eo miserabili. ut nul-
la unde speraret debuit tormenta. unde semper agnoverat. Quod circa idem deus usum
ina conspiciens flagellis suis custodia permisisset atque in perfusione sua electis filiis
cum misericordie iustis est ut sint quibus posita debeant in se misereri. Quod
videlicet sciens dum exterioribus tenebris premeretur / intus nunquam luce destituitur.
Cum enim flagellis fatigaretur corporis. habebat per sancti spiritus custodiam consolationem

cordis. Cum vero anni iam quadragesimum fuisset in cecitate tempus expletum, ei dominus lumen reddidit, vicinum finem obitus denunciavit atque ut monasteriis circumquaque constitutis fidem predicaret admonuit, quatenus corporis recepto lumine visitatis circumquaque fratribus cordis lumen aperiret. Qui statim iussis obtemperans fratrum cenobia circuibat, mandata vite que agendo didicerat predicavit. Quinto decimo igitur die ad monasterium suum predicatione peracta reversus est, ibique fratribus convocatis astans in medio sacramentum dominici corporis et sanguinis sumpsit. Moxque cum eis misticos psalmorum cantus exorsus est, qui illis psallentibus orationi intentus animam reddidit. Omnes vero fratres qui aderant ex ore eius exisse columbam viderunt, que mox aperto tecto oratorii egressa aspicientibus fratribus penetravit celum. Cuius idcirco animam in columbe specie apparuisse credendum est, ut omnipotens deus ex hac ipsa specie ostenderet ei vir ille quam simplici corde servivit.

Capitulum xij.

Nec hoc sileam quod vir venerabilis abbas Stephanus, qui non longe ante hoc quinquennium in hac urbe defunctus est, quem ipse etiam bene nosti, in eadem provincia Nursie contigisse referebat. Dicebat enim quod illic presbiter quidam commissam sibi cum magno timore regebat ecclesiam. Qui ex tempore ordinis accepti presbiteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, non sinebat ad se propius accedere, eamque sibi nec propinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis absciderat. Habent quippe viri sancti hoc proprium, ut semper ab illicitis longe sint, a se plerumque etiam licita abscidunt. Unde idem vir, ne quid per eam incurreret culpam, sibi etiam ministrari per illam necessaria recusabat. Hic ergo venerabilis presbiter cum longam vite implesset etatem, anno quadragesimo ordinationis sue conardescente febre gravius correptus ad extrema deductus est. Quem cum presbitera sua conspiceret solutis iam membris quasi in mortem distensum, si quid adhuc ei vitalis spiraminis esset, naribus eius apposita curavit aure dinoscere. Quod ille sentiens, cui tenuissimus inerat flatus, quantulo annisu valuit ut loqui potuisset, conferventi spiritu collegit vocem atque erupit dicens: Recede a me mulier, adhuc igniculus vivit, paleam tolle. Illa igitur recedente, crescente virtute corporis, cum magna cepit clamare leticia dicens: Bene veniunt domini mei. Quid ad tantillum servulum vestrum estis dignati convenire? Venio, venio. Gratias ago, gratias ago. Cumque hoc iterata crebro voce repeteret, quibus hoc diceret noti sui qui illum circumsteterant requirebant. Quibus admirando ille respondit dicens: Numquid convenisse huc sanctos apostolos non videtis? Beatum Petrum et Paulum primos apostolorum non aspicitis? Ad quos iterum conversus dicebat: Ecce venio, ecce venio. Atque inter hec verba animam reddidit. Et quia veraciter sanctos apostolos vidit, eos etiam sequendo testatus est. Quod plerumque contingit iustis, ut in morte sua sanctorum precedentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis sue penalem sententiam pertimescant, sed dum eorum mentibus interiorum civium societas ostenditur, a carnis sue copulatione sine doloris et formidinis fatigatione solvuntur. Xiii capitulum

Quod ita et hic. Nec hoc silendum quod probus omnipotentis dei famulus qui in hac urbe monasterio presbiter est qui appellatur renatus. de probo patruo suo reatine civitatis episcopo michi narrare consuevit dicens. quia appropinquante vite eius termino. eum gravissima depressit egritudo. Cuius pater nomine maximus pueris circumquaque transmissis colligere medicos studuit. si fortasse eius molestie subvenire potuissent. Sed congregati ex vicinis locis undique medici ad tactum vene renunciaverunt eius omnino exitum assistere. Sed cum iam refectionis tempus incumberet atque diei hora tardior excrevisset. venerandus episcopus de illorum potius quam de sua salute sollicitus eos qui advenerant ammonuit. ut cum seniore patre ad superiores episcopii sui partes ascenderent. seque post laborem refectione repararent. Omnes igitur ascenderunt domum. unus ei tantummodo puerulus relictus est puer. qui nunc ut predictus presbiter asserit superesse. qui cum lecto iacentis assisteret. subito aspexit venientes ad virum dei quosdam viros stolis candidis amictos. qui eundem quoque candorem vestium vultuum suorum luce vincebant. Tunc ex splendoris eorum claritate perculsus qui nam illi essent emissa voce cepit clamare. Qua voce etiam probus episcopus commotus. intrantes eos aspexit. et agnovit atque eundem stridentem vagientemque puerum consolari cepit dicens. Noli timere quia ad me sanctus iuvenalis et eleutherius martires venerunt. Ille autem tante visionis novitatem non ferens emissa concito cursu fugit. atque eos quos viderat patri ac medicis nunciavit. Qui tunc descenderunt. sed eum quem reliquerant iam defunctum invenerunt. quia illi eum secum tulerunt. quorum visionem puer ferre non potuit. cum hic remansisset.

Capitulum xiiij.

Iterum vero hoc silendum arbitror. quod michi personarum gravium atque fidelium relatione compertum est. Gothorum namque temporibus Galla huius urbis nobilissima puella. Symmachi consulis ac patricii filia. intra adolescentie tempora marito tradita. unius anni spacio eius est morte viduata. Que dum fervente mundi copia ad iterandum thalamum et rebus et etate vocaretur. elegit magis spiritualibus nuptiis copulari deo. in quibus a luctu incipitur. sed ad gaudia eterna pervenitur. quam carnalibus nuptiis subici. que a leticia semper incipiunt et ad finem cum luctu tendunt. Huic autem quia valde ignea conspersio corporis inesset. ceperunt medici dicere. quia nisi ad amplexus viriles rediret. calore nimio contra naturam barbas esset habitura. Quod ita quoque post factum est. Sed sancta mulier nichil exterius deformitatis timuit. que interioris sponsi speciem amavit. Nec verita est si hoc in illa fedaretur. quod a celesti sponso in ea non amaretur. Mox ergo ut eius coniux defunctus est abiecto seculari habitu ad omnipotentis dei servitium sese apud beati petri apostoli ecclesiam monasterio tradidit. Ibique multis annis simplicitati cordis atque orationi dedita. larga indigentibus elemosinarum opera impendit. Cumque omnipotens deus perhennem iam mercedem reddere eius laboribus decrevisset. cancri ulcere in mamilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum illius duo candelabra lucere consueverant. Quia videlicet amica lucis non solum spirituales sed etiam corporales tenebras odio habebat. Que dum nocte quadam ex hac eadem iaceret infirmitate fatigata. vidit beatum petrum apostolum inter utraque candelabra ante suum lectum constitisse. Nec pertimuit. Sed ex amore sumens audaciam exultavit. eique dixit. Quid est domine meus. Dimissa sunt michi peccata mea. Cui ille benignissimo ut est vultu declinato capite annuit dicens. Dimissa. Veni. Sed quia quandam sanctimonialem feminam in eodem monasterio pre ceteris diligebat. illico galla subiunxit. Rogo ut soror benedicta mecum veniat. Cui ille respondit. Non. sed

Illa talis veniat tecum. Hec vero quam petis die et erit tricesimo secutura. Quibus ergo completis visio apostoli assistentis et colloquentis ablata est. Et illa protinus cuncte congregationi aperuit, matrem eius viderit, quid audierit vel indicavit. Tercio autem die cum ea que ipsa fuerat sorore defuncta est. Illa vero quam ipsa poposcerat die est tricesimo subsecuta. Quod factum nunc usque in eodem monasterio exstat memoriale. Atque a precedentibus matribus traditum narrare illic subtiliter solent minores que nunc sunt sanctimoniales virgines, ac si illo tempore huic tam grandi miraculo et ipse affuissent. Capitulum xvm

xv Sed inter hec sciendum est quia sepe animabus exeuntibus electorum dulcedo solet laudis celestis erumpere, ut dum illam libenter audiunt, dissolutionem carnis anime sentire minime permittantur. Unde in omeliis quoque evangelii iam narrasse me memini quod in ea porticu qua euntibus ad ecclesiam beati Clementis est pervia, quidam fuit Servulus nomine, quem tu quoque non ambigo meminisse. Qui quidem pauper rebus sed meritis dives erat, quem longa egritudo dissolverat. Nam a tempore quo illum scivimus usque ad finem vite paralyticus iacebat. Quid dicam quia stare non poterat, qui nunquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat, nunquam manum suam ad os ducere, nunquam se potuit in latus aliud declinare. Huic ad serviendum mater cum fratre aderat, et quidquid ex elemosina potuisset accipere, hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras noverat, sed scripture sacre sibimet codices emerat. Et religiosos quosque in hospitalitate suscipiens, hos coram se studiose legere faciebat. Factumque est ut iuxta modum suum plene sacram scripturam disceret, cum sicut dixi litteras funditus ignoraret. Studebat semper in doloribus gratias agere, hymnis Dei et laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset ut tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque se iam morti proximum agnovisset, peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos admonuit ut surgerent et cum eo psalmos pro expectatione exitus sui decantarent. Cumque cum eis et ipse moriens psalleret, voces psallentium repente compescuit cum terrore magni clamoris dicens: Tacete. Numquid non auditis quante resonent laudes in celo? Et dum ad easdem laudes quas intus audierat aurem cordis intenderet, sancta illa anima carne soluta est. Sed exeunte illa tanta illic fragrantia odoris aspersa est ut omnes qui aderant inestimabili suavitate replerentur, ita ut per hoc patenter agnoscerent quod eam laudes in celo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit, qui nunc usque vivit et cum magno fletu attestari solet quia quousque corpus eius sepulture traderetur, ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit. Capitulum xvim

xvi In eisdem quoque omeliis rem narrasse me recolo, quam Speciosus compresbiter meus qui hanc noverat me narrante testatus est. Eo namque tempore quo monasterium petii, anus quedam Redempta nomine in sanctimoniali habitu constituta in hac urbe iuxta beate Marie semper virginis ecclesiam manebat. Hec illius Herundinis discipula fuerat, que magnis virtutibus pollens super Penestrinos montes heremiticam vitam duxisse ferebatur. Huic autem Redempte duo in eodem habitu discipule adherebant, una nomine Romula, et alia que nunc superest, quam quidem facie scio sed nomine nescio. Tres itaque hec in uno habitaculo commanentes moram divitiis plenam sed tamen rebus pauperem vitam ducebant.

Hec autem quam prefatus sum Romula aliam condiscipulam suam magnis vite meritis ante-
ibat. Erat quippe mire patiencie, summe obediencie, custos oris sui ad silencium, stu-
diosa valde ad continue orationis usum. Sed quia plerumque hii quos iam perfectos homines
estimamus adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habent, sicut sepe im-
periti homines necdum perfecte sculpta sigilla conspicimus et iam quasi perfecta laudamus, que
tamen artifex adhuc considerat et limat, laudari iam audit et tamen meliorando ea tundere non
desinit. Hec quam predixi Romula ea quam Greco vocabulo Medici paralisin vocant mo-
lestia corporali percussa est, multisque annis in lectulo decubans pene omnium membrorum
officia destituta iacebat. Nec tamen hec eadem eius mentem ad impacienciam flagella per-
duxerat. Nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum, quia tanto sollicicius
ad usum orationis excreverat, quanto et aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte igitur
quadam eandem Redemptam quam prefatus sum, que utrasque discipulas suas filiarum loco nu-
triebat, vocavit dicens: Mater veni. Mater veni. Que mox cum alia discipula eius surrexit,
sicut utrisque referentibus et multis res eadem claruit, et ego quoque eodem tempore
agnovi. Cumque noctis medio lectulo iacentis assisterent, subito celitus lux emissa omne
illius cellule spacium implevit, et splendor tante claritatis emicuit ut corda assistencium
inestimabili pavore perstringeret, atque ut post ipse referebant omne in eis corpus
obriguisset et in subito pavore remanerent. Cepit namque quasi cuiusdam magne multitudinis
ingredientis sonitus audiri, hostium cellule concuti, ac si ingredientium turba premeretur,
atque ut dicebant intrancium multitudinem senciebant, sed pre nimietate timoris
et luminis videre nichil poterant, quia earum oculos et pavor depresserat et ipsa tanti luminis
claritas reverberabat. Quam lucem protinus miri est odoris flagrancia subsecuta,
ita ut earum animum, quia lux emissa terruerat, odoris suavitas refoveret. Sed cum vim cla-
ritatis illius ferre non possent, cepit eadem Romula assistentem et trementem Redemptam
suorum morum magistram blanda voce consolari dicens: Noli timere mater, non morior
modo. Cumque hoc crebro diceret, paulatim lux que fuerat emissa subtracta est, sed is
qui subsecutus est odor remansit. Sicque dies 2a et 3a transiit, ut aspersa fragran-
cia odoris maneret. Nocte igitur quarta eandem magistram suam iterum vocavit. Qua
veniente viaticum peciit et accepit. Necdum vero eadem Redempta et alia eius discipula
a lectulo iacentis abscesserant, et ecce subito in platea ante eiusdem cellule hostium duo
chori psallencium altius ascendebant, tanto cepit psalmodia lenius audiri, quousque
et eiusdem psalmodie sonitus et odoris suavitas elongata finiretur. Ca. xvij

Nonnumquam vero ad consolationem egredientis anime ipse apparere solet auctor et
retributor vite. Unde et hoc quod de Tharsilla amita mea in omeliis evangelii dixisse
me recolo replicabo, que inter duas alias sorores suas virtute continue ora-
tionis, gravitate vite, singularitate abstinencie ad culmen sanctitatis excreverat. Huic per
visionem Felix atavus meus huius Romane ecclesie antistes apparuit, eique mansionem
perpetue claritatis ostendit dicens: Veni, quia in hac te lucis mansione suscipio. Que sub-
sequente mox febre correpta ad diem pervenit condictum. Et sicut nobilibus feminis virisque

morientibus multi convenerunt qui eorum proximos consolarentur. Eadem hora exitus ipsi-
us multi viri ac femine eius lectulum circumsteterant. Cum subito illa sursum aspiciens
Ihesum venientem vidit et cum magna animadversione cepit circumstantibus clamare
dicens: Recedite, recedite, Ihesus venit. Cumque eum intenderet quem videbat, sancta illa
anima est e corpore egressa. Tantaque subito fragrantia miri odoris aspersa est
ut ipsa quoque suavitas cunctis ostenderet illuc auctorem suavitatis venisse. Cumque corpus
eius ex more mortuorum ad lavandum esset nudatum, longe orationis usu in cubi-
tis et genibus camelorum more inventa est obdurata cutis excrevisse. Et quod vivens
semper spiritus egerit, caro mortua testabatur. Capitulum xviii

c. xviii

Sed neque hoc sileo quod predictus Probus dei famulus de sorore sua Musa nomine puel-
la sua narrare consuevit dicens quod quadam nocte per visionem sancta dei genitrix
virgo Maria apparuit atque coevas ei in vestibus albis puellas ostendit. Cui cum
illa admisceri appeteret, sed sese eis iungere non auderet, beate Marie semper
virginis voce requisita est an vellet cum eis esse atque in eius obsequio vivere. Cui cum
puella eadem diceret: Volo. Ab ea mandatum protinus accepit ut nichil ultra levi-
tatis et puellare ageret, a risu et iocis abstineret, sciens per omnia quod inter easdem vir-
gines quas viderat ad eius obsequium die tricesimo veniret. Quibus visis in cunctis
suis moribus mutata est omnemque a se levitatem puellaris vite magna gravitatis
maturitate detersit. Cumque eam parentes eius mutatam et mirarentur, requisita re-
tulit quid sibi beata dei genitrix dixit, vel quo die itura esset ad obsequium eius
indicavit. Cum post vicesimum quintum diem febre correpta est. Die autem tricesima cum
hora exitus eius appropinquasset, beatam eandem dei genitricem cum puellis quas per
visionem viderat ad se venire conspexit. Cui se etiam vocanti respondere cepit
et depressis reverenter oculis aperta voce clamare dicens: Ecce domina venio, ecce do-
mina venio. In qua etiam voce spiritum reddidit. Et ex virgineo corpore habitatura
cum sanctis virginibus exivit. Petrus: Cum humanum genus multis atque innumeris
~~vitiis~~ vitiis sit subiectum, plurimam celestis Ierusalem partem ex parvulis et infanti-
bus arbitror posse compleri. Gregorius. Capitulum xix.

c. xix

Etsi omnes infantes baptizatos atque in eadem infantia morientes ingredi
regnum celorum credendum est, cunctos tamen parvulos qui iam loqui possunt regna
celestia ingredi credendum non est. Quia nonnullis parvulis regni celestis aditus
a parentibus clauditur, si male nutriantur. Nam quidam vir in hac urbe

Nota

omnibus notissimus ante triennium filium habuit, annorum sicut arbitror quinque, quem nimis
carnaliter diligens remisse nutriebat. Atque isdem parvulus, quod dictu grave est, mox
ut eius animo aliquid obstitisset, maiestatem dei blasphemare consueverat. Qui in
hac eadem ante triennium mortalitate percussus venit ad mortem. Cumque eum sinu pater
eius in sinu teneret, sicut hi testati sunt qui presentes fuerunt, malignos ad se venisse
spiritus trementibus oculis puer aspiciens cepit clamare: Obsta pater, obsta pater. Qui
clamans declinabat faciem ut se ab eis in sinu patris absconderet. Quem

Cum ille trementem reciperet quid videret puer adiunxit dicens. Mauri homines venerunt qui volunt me tollere. Qui cum hec dixisset. Maiestatis nomen blasphemauit et animam reddidit. Ut enim omnipotens deus ostenderet pro qua iam talibus ultoribus spiritibus fuerat traditus. unde viuentem pater suus noluit corrigere. hunc morientem permisit blasphemare. ut qui diu per diuinitatis patientiam blasphemus vixerat. quandoque per diuinitatis iudicium blasphemans moreretur. quatenus reatum suum pater eius agnosceret. qui paruuli filii animam negligens. non paruulum peccatorem gehenne ignibus nutriuit. Sed intermissis hiis tristibus deponentes ad ea que cepimus leta redeamus. Ca xx

Predicto cum probo aliisque omnibus religiosis narrantibus agnoui. ea que indicam audientibus de venerabili patre stephano de omelijs euangelij curaui. Fuit enim vir sicut idem probus, et plurimi alii testantur. nichil de hoc mundo possidens. nichil querens. solam pro deo paupertatem diligens. inter aduersa semper patientiam amplectens. quietem secularium fugiens. vacare semper orationi concupiscens. De quo viro virtutis bonum refero ut ex hoc uno valeat eius multa pensari. Is namque quodam die messem quam sua manu seuerat decisam. ad aream deduxisset. nichil que aliud cum discipulis suis ad totius anni stipendium haberet. vir peruerse quidem voluntatis. spiritu antiqui hostis stimulis instigatus eandem messem igne supposito ita ut erat [illegible]. Quod factum dum alius conspiceret. eidem dei famulo occurrit et indicauit. Quod postquam indicauit adiunxit dicens. Ve ve pater stephane quid tibi contigit. Cui ille vultu ac mente placida ille respondit. Ve illi contigit qui hoc fecit. nam michi quid contigit. In quibus eius verbis ostenditur de quo virtutis culmine stabat. qui unum quod de sumptu mundi habuerat pro sancta perdebat mente. Magisque illi dolebat qui peccando commiserat quam sibi qui pro illius dampna tollerabat. Nec pensabat quod ipse exterius sed culpe tenus quantum perdebat intus. Huic ergo in die mortis egredi e corpore urgente. conuenerunt multi. ut tam sancte anime de hoc mundo recedenti suas animas commendarent. Cumque lecto illius hii qui conuenerant omnes assisterent. alii ingredientes angelos viderunt. sed dicere aliquid nullo modo potuerunt. Alii omnino nichil viderunt. Sed omnes qui aderant ita vehementissimus timor perculit. ut nullus egrediente illa sancta anima illic stare potuisset. Et hii ergo qui viderunt. Et hii ergo qui omnino nichil viderunt uno timore omnes perculsi et territi fugerunt. ut palam daretur intelligi que vis esset que illam egredientem animam susciperet. cuius egressum nemo mortalium ferre potuisset. C xxi

Sed inter hec sciendum est quia aliquando anime vita nondum in ipso egressu suo ostenditur post mortem vero tamen declaratur. Unde et sancti Martires ubi a perfidelibus crudelia multa pressi sunt. qui hii ut predixi et ossa sua mortua. cotidie signis Et miraculis clarescunt. ~~Ut~~ dicturi sumus in capitulo Ca xxij

xxii Vir necnon venerabilis valentinus qui post in hac Romana urbe sicut et
tu nosti meo quoque monasterio prefuit prius in valeria provincia suum monasterium
rexit. In quo dum longobardi sevientes venissent sicut eius narratione
didici duos eius monachos in ramis unius arboris suspenderunt. Qui suspensi
eodem die defuncti sunt. Facto autem vespere utrorumque eorum spiritus claris illic et a-
pertis vocibus psallere ceperunt ita ut ipsi quoque qui eos occiderant cum voces
psallentium audirent nimium mirati terrerentur. Quas videlicet voces captivi quoque
omnes qui illic aderant audierunt atque eorum psalmodie postmodum testes exti-
terunt. Has vero voces spirituum omnipotens deus ad corporeas voluit pervenire ad aures
corporeas ut viventes quique in carne discerent. Quia si deo servire studeant post mortem
verius vivant. Capitulum xxiii

xxiii Quibusdam religiosis quoque viris attestantibus adhuc in monasterio positus
agnovi quod hoc longobardorum tempore iuxta in hac provincia que Sura nominatur
quidam monasterii pater vite venerabilis Suranus nomine fuerit qui captivis ad se ve-
nientibus atque a longobardorum depredatione fugientibus cuncta que habebat
hic in monasterio largitus est. Cumque in elemosinis vestimenta sua ac fratrum om-
nium et cellarium consumpsisset quidquid in orto habere potuit expendit. Expensis vero
rebus omnibus longobardi ad eum subito venerunt eumque tenuerunt et aurum petere
ceperunt. Quibus cum ille diceret se omnino nichil habere in vicinum montem ab eis
ductus est in quo silva immense magnitudinis stabat. Ibique captivus quidam fugiens in
cava arbore latebat. Ibi unus ex longobardis educto gladio predictum venerabilem
occidit virum. Cuius corpore in terram cadente mons omnis pariter et silva concussa
est. Ac si se ferre non posse pondus sanctitatis eius diceret terra que tremuisset. Capitulum xxiiii

xxiiii Alius quoque in Marsorum provincia vite valde venerabilis dyaconus fuit. Quem
ducentem longobardi tenuerunt. Quorum unus educto gladio caput eius
amputavit. Sed cum corpus eius in terram caderet. Ipse qui eius caput trun-
caverat immundo spiritu correptus ad pedes eius corruit. Et qui amicum dei occiderat
inimico dei traditus ostendit. **Petrus** Quid est hoc quaeso te quod omnipotens deus sic
permittit mori. Quos tamen post mortem cuius sanctitatis fuerint non patitur celari.

Gregorius Cum scriptum sit iustus quacumque morte preventus fuerit iustitia non
auferetur ab eo. Electi qui procul dubio ad perpetuam vitam tendunt quid eis obest
si ad modicum dure moriantur. Et fortasse nonnulla eorum culpa licet minima
que in eadem morte debeat resecari. Unde fit ut reprobi potestatem quidem contra viven-
tes accipiant. Sed illis morientibus hoc deterius gehennis iudicantur quod contra bonos
potestatem sue crudelitatis acceperunt. Sicut idem carnifex qui eundem virum ven-
erabilem diaconum occidere permissus est gaudere super mortuum permissus non est. Quod
sacra quoque testantur eloquia etc. Capitulum xxv.

xxv Nam vir dei contra Samariam missus quia per inobedientiam in itinere comedit hunc
leo in itinere occidit. Sed statim illic scriptum est. Stabat leo iuxta asinum et non
comedit de cadavere. Ex qua re ostenditur quod peccatum inobedientie in ipso fuit morte
purgatum. quia isdem leo quem viventem perculit occidere tangere non presumpsit occisum.

Nam cum omnem ubi iussum habuit. & omnem indauere quiescendi licencia non accepit.
Constat quia is qui culpabilis in vita fuerat commissa in obediencia culpa iam iniustus con-
mortis(?) cernitur qui prius peccatoris vita necauerat. custodiunt post mortem cadaver iusti.
Pet. Placet quod dicis. sed nosse velim si nunc ante restitucionem corporum in celo recipi
valeant anime iustorum. **Gregorius cap. xxvi**

Hoc neque de omnibus iustis fateri possumus. neque de omnibus negare. Nam sunt quorundam
iustorum anime. que a celesti regno quibusdam adhuc mansionibus differuntur.
In quo dilacionis dampno quid aliud innuitur. nisi quod de perfecta iusticia aliquid
minus habuerunt. Et tamen luce clarius constat. quia perfectorum iustorum anime. mox ut huius
carnis claustra exeunt. in celestibus sedibus recipiuntur. Quod et ipsa per se veritas atte-
statur dicens. Ubicumque fuerit corpus illic et congregabuntur et aquile. Quia ubi ipse re-
demptor noster est corpore. illic procul dubio colliguntur et anime iustorum. Et Paulus dis-
solui desiderat. et cum Christo esse. Qui ergo Christum esse in celo non dubitat. nec Pauli esse animam
in celo negat. Qui etiam de dissolucione sui corporis atque inhabitacione patrie celestis dicit.
Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitacionis dissoluatur. quod edificacionem habe-
mus ex deo domum non manufactam sed eternam in celis. Pet. Si igitur nunc in celo sunt anime
iustorum. quid est quod in die iudicii pro iusticie sue retribucione recipiant. Greg. Hoc e-
is nimirum crescit in iudicio. quod nunc animarum sola. postmodum vero etiam corporum beatitudine perfruun-
tur. ut in ipsa quoque carne gaudeant. in qua pro domino dolores cruciatusque pertulerunt. Pro
hac quippe geminata gloria eorum scriptum est. In terra sua duplicia possidebunt. Hinc etiam
ante resurreccionis diem de sanctorum animabus scriptum est. Date sunt illis singule stole albe.
Et dictum est illis ut requiescerent tempus adhuc modicum. donec impleatur numerus conser-
vorum et fratrum eorum. Qui itaque nunc singulas acceperunt. binas in iudicio stolas
habituri sunt. quia modo animarum tantummodo. tunc autem animarum simul et corporum gloria letabuntur.

Pet. Agnosco. sed velim scire quo modo agitur quod plerique morientes multa predicunt.

Greg. Ipsa aliquando animarum vis subtilitate sua aliquid previdet. Aliquando autem exituris de
corpore animabus per revelacionem futura cognoscuntur. Aliquando vero cum iam in ipso sunt
ut corpus deserant. divinitus afflate in secretis celestibus incorporeo
mentis intuitu. Nam quia vis animarum aliquando subtilitate sua etiam quid sit futurum
cognoscit. patet eo quod Constantinopolim adveniens quidam. qui in hac urbe causi-
dicus lateris dolore defunctus est. Qui paululum antequam moreretur. vocavit puerum
parari sibi vestimenta ad procedendum iussit. Qui dum crederet quasi desipiente crede-
ret. cuius minime preceptis obediret. surrexit. vestimentis se induit. et per viam Appiam
ad beati Sixti ecclesiam se esse proficiscendum dixit. Cumque post modicum defunctus esset. deliberatum
fuerat ut apud beatum Ianuarium martyrem iuxta portam Prenesti-
nam corpus eius poni debuisset. Sed quia longum visum est parentibus eius circa-
ire. visum est repente orto consilio exeuntes in eius funere per viam Appiam nescientes
quid ille dixerat. in ipsam ecclesiam qua predixit posuerunt. Et cum eius vita in
secularibus obligata actibus existeret. constat quia hoc prescire non potuit. nisi quia id quod futurum erat eius corpori. previdit vis anime ac subtilitas per quod abiit.

Quod autem saepe etiam revelationibus agitur ut a morituris futura conspiciantur, ex his colligere possumus quae apud nos gesta in monasteriis scimus. Ca^m xxviii

xxviii In monasterio etenim meo quidam frater vitae venerabilis Gerontius dicebatur. Qui cum gravi molestia corporis fuisset depressus, per visionem nocturnam albatos viros et clari omnimodo habitus in hoc ipsum monasterium descendere de superioribus aspexit. Qui dum coram lecto iacentis assisterent, unus eorum dixit: Ad hoc venimus ut de monasterio Gregorii quosdam fratres in militiam mittamus. Atque alteri praecipiens adiunxit: Scribe Marcellum, Valentinianum, Agnellum, atque alios quorum nunc minime recordor. Quibus expletis addidit dicens: Scribe et hunc ipsum qui nos aspicit. Ex qua visione certus redditus praedictus frater facto mane innotuit fratribus quot et qui essent ex ea cella morituri. Quos etiam denuntiavit, et se eos secuturum. Cum die alio praedicti fratres mori coeperunt, atque sub eodem ordine se in morte secuti sunt quo fuerant descriptione nominati. Ad extremum vero et ipse obiit qui eosdem fratres morituros praedixit. In ea quoque mortalitate quae ante triennium hanc urbem vehementissima clade vastavit, in Portuensis civitatis monasterio Mellitus dictus est monachus, adhuc aetatis iuvenilibus constitutus, sed mirae simplicitatis atque humilitatis vir. Cum appropinquante vocationis suae die eadem clade percussus ad extrema deductus est, quod vir vitae venerabilis Felix eiusdem civitatis episcopus audiens, cuius et hoc relatione cognovi, ad eum accedere studuit et ne mortem timere debuisset verbis hunc persuasoriis confortavit. Cui etiam divina misericordia longioris vitae spatia polliceri coepit. Sed ad haec ille vidit cursus sui tempora esse completa, dicens sibi apparuisse iuvenem atque epistolas detulisse dicentem: Aperi et lege. Quibus apertis asserebat quia se et omnes qui ab eodem episcopo in paschali festivitate fuerant baptizati scriptos in eisdem epistolis litteris aureis invenit. Primumque, ut dicebat, suum nomen repperit, ac deinde omnium illo in tempore baptizatorum. Unde et certum tenuit et se et illos de hac vita esse sub celeritate migraturos. Factumque est ut die eodem ipse moreretur, atque post eum cuncti illi qui baptizati fuerant ita secuti sunt ut intra paucos dies eorum nullus in hac vita remaneret. De quibus nimirum constat quod eos praedictus Dei famulus idcirco in auro scriptos viderat, quia eorum nomina apud se fixa aeterna claritas habebat. Sic ergo hii miro dono revelationibus potuerunt ventura cognoscere. Ita nonnumquam contingit ut ante [illegible] etiam mysteria non per somnium sed vigilando probabat. Ca^m xxix

xxix Ammonius namque monasterii mei monachus hic nostri, qui dum adhuc esset in saeculari habitu constitutus, Valeriani huius urbis advocati maiorem filiam in coniugio sortitus, eius obsequiis sedule atque assidue adhaerebat, et quaeque in eius domo agebantur noverat. Qui mihi iam in monasterio positus narravit quia eadem mortalitate quae patricii nostri tempore hanc urbem vehementer afflixit, in domo praedicti Valeriani puer actuarius fuit, praecipue simplicitatis et humilitatis. Hic vero cum eiusdem advocati domum eadem clades vastaret, quidam puer percussus est et ad extremum deductus. Qui subito sublatus, abstractus a praesentibus, reductus sibi dominum suum vocari fecit. Cui ait: Ego in caelo fui et qui de hac domo morituri sunt agnovi. Ille et ille atque ille morituri sunt. Tu vero ne timeas, quia hoc tempore moriturus non eris. Ut ergo scitis quod me de celo fuisse vere fatear. Ecce accepi illic ut linguis omnibus loquor. Nunquid vobis cognitum non fuit grecam linguam me omnino nescisse. Et nunc grece loquere ut cognoscatis quam verum sit quod me omnes linguas accepisse testificor. Cui cum grece dominus suus locutus est. atque ita ille de eadem lingua respondit. ut cuncti qui aderant mirarentur. In ea quoque domo predicti Narsis spatarius Vulgar manebat. Qui festine ad eum deductus Vulgarica lingua locutus est. Sed ita puer ille de Ytalia natus et nutritus de eadem Vulgarica locutione respondit ac si ex eadem gente fuisset generatus. Mirati sunt omnes qui audiebant. atque ex duarum linguarum experimento quas eum antea nescisse noverant crediderunt quas probare minime valebant. Sed post biduum mors eius dilata est. Sed die tercio quo occulto dei iudicio nescitur. manus et brachia laceros suis dentibus laniavit. atque ita e corpore exivit. Quo mortuo omnes illi quos predixerat. ex hac protinus luce subtracti sunt. nullus quoque de illa domo eadem tempestate defunctus est qui voce illius nunciatus non est.

Petrus. Valde terribile est ut qui tale donum percipere meruit. tali etiam post hoc pena plecteretur.

Gre. Capitulum xxx

Quia occulta dei iudicia sunt. ac quod de divino examine comprehendere non possumus. timere magis quam discutere debemus. Ut autem de egredientibus animabus que multa prosequimur ea que nuper cognovimus. Nec hoc silendum est quod de Theophanio centumcellensis urbis comite. in eadem urbe positus multis attestantibus agnovi. Fuit namque vir misericordie actibus deditus. bonis operibus intentus. hospitalitati precipue studens. Secundum quod comitatus curis occupatus agebat terrena et secularia. sed ut post de fine claruit. magis ex debito quam ex intencione. Nam cum propinquante mortis sue tempore. gravissima aeris tempestas obsistit. ne ad sepeliendum duci posset. cuius uxor sua afflicta vehementissime cepit dicere. Quid faciam quomodo te ad sepeliendum exio quae hostium domus huius egredi pre nimia tempestate non possum. Tunc respondit. Noli mulier flere. quia mox ut ego defunctus fuero. aeris serenitas redit. Cuius voce protinus mors et mortem serenitas est secuta. Sed signa alia sunt etiam signa comitata. Nam manus eius et pedes eius podagre humore tumescentes ita de vulneribus fuerant et profluenti sanie patebant. Sed dum corpus eius ex more ad lavandum fuisset nudatum. ita manus pedesque eius sani inventi sunt. ac si nunquam vulneris aliquid habuissent. Ductus itaque ac sepultus est. cuique coniugi visum est ut quarto die de sepulchro illius marmor quod suppositum fuerat mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori suppositum fuisset ablatum. tanta ex corpore illius fragrantia odoris emanavit. Ac si ex putrescente corpore illius pro vermibus aromata ferbuissent. Quod factum [illegible] narravit mihi de [illegible] quibus se venisset de urbe. Hic quidam secum me convenit nobilium. ipse antistes qui de sepulchro illius marmor mutaverunt. affuerunt aliquando ante de propria causa rogaturi. Quos ego de eodem miraculo coram nobilium ac plebe requisivi. Qui eiusdem odoris fragrantia miro modo se sensisse testati sunt. Et quedam alia de augmento miraculi que hic narrare longum existimo. de eodem sepulchro eius addiderunt.

Petrus. Inquisitioni mee sufficeret iam vide

satisfactum est. Sed hoc est adhuc quod questione animum pulsat. quia enim superius dictum sit
esse sanctorum animas in celo. restat procul dubio ut iniquorum quoque anime esse non nisi in
inferno credantur. Et quid hac de re habeat veritas ignoro. Nam humana estimacio non
habet probatum animas ante iudicium posse cruciari. **Greg. cap. xxxi**

xxxi Sicut esse sanctorum animas in celo sacri eloquii satisfactione credidisti. oportet ut per
omnia esse credas et iniquorum animas in inferno. quia ex retributione interne iu-
sticie eo quo iam iusti gloriantur. necesse est per omnia ut et iniusti crucientur.
Nam sicut electos beatitudo letificat. ita credi necesse est quod a die exitus sui ignis re-
probos concremat. **Petr.** Sed qua racione credendum est quod rem incorpoream tenere ignis
corporeus possit. **Greg.** Si viventis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore xxxii
~~xxxii~~ cur non post mortem. cum incorporeus sit spiritus. etiam corporeo igne teneatur. **Petr.**
In vivente quolibet idcirco incorporeus spiritus tenetur in corpore quia vivificat corpus.
Greg. Si incorporeus spiritus petre in hoc teneri potest quod vivificat. quare non penaliter
et ibi teneatur ubi mortificatur. Teneri autem per ignem spiritum dicimus ut in tor-
mento ignis sit videndo atque sentiendo. Ignem namque eo ipso patitur quo videt. et
quia cremari se aspicit crematur. Sicque fit ut res corporea incorpoream exurat
dum ex igne visibili ardor ac dolor invisibilis trahitur. ut per ignem corporeum mens incor-
porea etiam corporea flamma cruciaretur. Quamvis colligere ex dictis evangelicis possimus.
quia incendium anima non solum videndo sed etiam experiendo paciatur. Veritatis etenim
voce dives mortuus in inferno dicitur sepultus. Cuius etiam quia in igne teneatur insinuat
vox abraham deprecantem dicens. Mitte lazarum ut extremum digiti sui intinguat in aqua
ut refrigeret linguam meam. quia crucior in hac flamma. Dum ergo peccatorem divitem damp-
natum veritas in ignibus perhibet. quisnam sapiens reproborum animas teneri ignibus neget.
Petr. Ecce racione ac testimonio ad credulitatem flectitur animus. Sed dimissus
iterum ad laborem redit. Quomodo enim res incorporea a re corporea teneri atque affligi
possit ignoro. **Greg.** Dic queso te. apostatas spiritus a celesti gloria deiectos esse
corporeos an incorporeos suspicaris. **Petr.** Quis sanum sapiens eos spiritus corporeos di-
xerit. **Greg.** Iehenne ignem esse incorporeum vel corporeum fateris. **Petr.** Ignem iehenne
corporeum esse non ambigo. in quo certum est corpora cruciari. Certe reprobis veritas in
fine dictura est. Ite in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. **Gre.** Si
igitur diabolus eiusque angeli cum sint incorporei corporeo sunt igne cremandi. quid
mirum si anime et antequam recipiant corpora possunt corporea sentire tormenta. **Petr.** Plana racio
nec debet animus de hac ulterius questione dubitare. **Greg. cap. xxxiii**

xxxiii Postquam laboriose credidisti. opere precium credo si ea que michi sunt a viris fidelibus digesta
narrantur innotesco. Iulianus namque qui huius Romane ecclesie cui auctore deo deservio
secundus defensor. iam ante septem annos defunctus est. et ad me ad hunc diem monas

tertio crebro monachus veniebat, mecumque colloqui de anime utilitate consueverat. Hic
itaque quadam die mihi narravit dicens: Theodorici regis temporibus pater socri mei
in Sicilia exactione canonis egerat atque ad Italiam rediebat. Cuius navis appulsa est
ad insulam que Liparis appellatur. Et quia illic vir solitarius habitabat, dum naute
navis armamenta repararent, visum est predicto patri socri mei ad eundem virum Dei pergere
seque orationibus eius commendare. Quos vir Dei cum vidisset, eis inter alia colloquens dixit:
Scitis quia rex Theodoricus mortuus est? Cui illi protinus responderunt: Absit. Nos eum
vivere dimisimus et nichil tale ad nos de eo nunc usque prolatum est. Quibus Dei famulus
addidit dicens: Etiam mortuus est. Nam hesterno die hora nona inter Iohannem papam
et Symmachum patricium discinctus atque discalciatus et vinctis manibus deductus in hac vicina
Vulcani olla iactatus est. Quod illi audientes sollicite conscripserunt diem. Atque in Italiam reversi
in eo die Theodoricum invenerunt mortuum, quo de eius exitu atque supplicio Dei famulo
fuerat ostensum. Et quia Iohannem papam affligendo in custodia occidit, Symmachum quoque
patricium ferro trucidavit, ab illis iuste in ignem missus apparuit, quos in hac vita iniuste
iudicavit.

Cam xxxiiij

Hoc quoque tempore quo summe remote vite desideriis anhelabam,
quidam honestus senex Deusdedit nomine, valde huius urbis nobilibus amicus, mihi
quoque in amicitiis sedule iungebatur. Qui mihi narravit dicens: Eo tempore
quidam spectabilis vir Reparatus nomine venit ad mortem. Cui dum iam diu mutus ac
frigidus iaceret, visum est quod ab eo funditus flatus vitalis exisset atque exanime rema-
nsisset corpus. Cumque multi qui convenerant ad eum iam mortuum cum familia lugerent, subito
rediit, et mirantibus plangentibus in stupore versis fletibus lacrime. Cui revertens ait: Citius
ad ecclesiam beati Laurentii martiris que ex nomine auctoris Damasi vocatur puerum mittite,
et quid de Tiburtio presbitero agatur videat, et renuntiare festinet. Cuius videlicet Tiburtius
carnalibus desideriis subiacere ferebatur, cuius adhuc vite mores bene qui
florentius cives nunc cetere qui memini. Post hoc narravit idem Reparatus,
quem ad se reversus fuerat, quos illic ubi ductus fuerat agnovit dicens: Paratus fuit
rogus ingens, et ductus autem Tiburtius presbiter in eo est suppositus atque superposito igne cre-
matus. Alius autem parabatur rogus, cuius a terra usque celum cacumine tendebatur,
quem cuius sit voce clamando dixit cuius esset. Hiis igitur dictis statim Reparatus defunctus
est. Puer vero qui transmissus ad Tiburtium fuerat, in eum mortuum invenit. Cum vero
Reparatus ductus ad loca penarum sed vidit, rediit, narravit et obiit, aperte nos
sentimus quia nobis illa non sibi viderit, quibus dum adhuc gressum vive licet
etiam a malis operibus emendare. Rogum vero constructum Reparatus vidit, non quod apud
inferum ligna ardeant, ut ignis fiat. Sed narratur nobis hec vindictibus illa de
ex hiis usitatis viderit, et quibus mirum apud vivos corporeus ignis solet, ut per hec que
sueta audientes discerent quid in se timere debuissent. Et ~~[illegible]~~

Terribile est valde quoddam in valeria provincia contigisse · vir vite venerabilis Maximianus Syracusanus episcopus qui diu in hac urbe meo monasterio prefuit · narrare consuevit quia quidam curialis illic sacratissimo paschali sabbato · iuncta cuiusdam filiam in baptismate suscepit · Qui post ieiunium domum reversus · multoque vino inebriatus · eandem filiam suam secum manere petiit · eamque nocte illa quod dictu nefas est perdidit · Cumque mane surrexisset · reus conscientie cepit · ut ad balneum pergeret · ac si aqua balnei lavaret maculam peccati · Perrexit igitur lavit · cepit trepidare ecclesiam ingredi · Sed si in tanto die non iret ad ecclesiam erubescebat homines · Si vero iret pertimescebat iudicium dei · Vicit itaque humana verecundia · perrexit · ad ecclesiam · Sed tremebundus ac pavidus stare cepit · atque per singula momenta suspectus qua hora in immundo spiritui traderetur et coram omni populo vexaretur · Cumque vehementer timeret · et in illa missarum celebritate quid adversi nichil contigit · Cum letus exiit et die altero ecclesiam iam securus intravit · Factumque est ut per sex continuos dies letus ac securus procederet · estimans quod eius scelus aut deus non vidisset · aut visum misericorditer dimisisset · Die autem septimo · subita morte defunctus est · Cumque sepulture traditus fuisset · per longum tempus cunctis videntibus de sepulchro suo flamma exiit · et tam diu concremavit ossa illius · quousque omne sepulchrum eius consumeret · et terra que in tumulo collata fuerat defossa videretur · Quod videlicet omnipotens deus facinus ostendit · quid eius anima in occulto pertulit · corpus etiam cuius ante humanos oculos flamma consumpsit · Qua de re nobis quoque et audientibus exemplum formidinis dare dignatus est · quatinus ex hac colligamus considerantes · quid anima vivens ac sentiens pro reatu suo patitur · si tanto igitur supplicio etiam insensibilia ossa concremantur ·

Petr. Nosse velim si ut boni bonos etiam in regno · ut mali malos in supplicio agnoscunt ·

Greg. Huius rei namque sententia in verbis dominicis · que iam superius protulimus luce clarius demonstrata est · In quibus dominus dixit · Homo quidam erat dives · et induebatur purpura et bisso et epulabatur cotidie splendide · Et erat quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus · cupiens saturari de micis que cadebant de mensa divitis · et nemo illi dabat · Sed et canes veniebant et lingebant ulcera eius · Factum est ut mortuus lazarus portatus est ab angelis in sinum abrahe · Mortuus dives sepultus est in inferno · Cum elevans oculos suos cum esset in tormentis vidit Abraham a longe et lazarum in sinu eius · Et ipse clamans dixit pater Abraham miserere mei · Et mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam et refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma · Cui ab abraham dicitur · Fili recordare quia recepisti bona in vita tua · Et lazarus similiter mala · Dives autem de se ipso spem salutis non habuit · ad procurandam suorum salutem convertitur dicens · Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei · habeo enim quinque fratres ut testetur

illis ne et ipsi permaneant in loco huius tormentorum. Quibus verbis aperte declaratur
quia et boni bonos et mali malos cognoscunt. Si igitur Abraham minime
Lazarum recognovisset, nequaquam ad divitem in tormentis positum de transacta eius
contritione loqueretur dicens quod mala recepit in vita sua. Et si mali malos non
recognoscerent, nequaquam dives in tormentis positus fratrum suorum etiam absentium meminisset.
Quomodo etiam presentes non posset agnoscere, cui etiam propter absentium memoria curavit
operam. Qua in re illud quoque ostenditur quod nequaquam ipse requisisti, quia et boni ma-
los et mali cognoscunt bonos. Nam et dives ab Abraham cognoscitur, cui dicitur:
Recepisti bona in vita tua. Et electus Lazarus a reprobo divite cognoscitur, quem
mitti petit ex nomine dicens: Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam et refri-
geret linguam meam. In qua videlicet cognitione utriusque partis cumulus retributionis
excrescit, ut et boni amplius gaudeant, qui secum eos letari conspiciunt quos amaverunt,
et mali dum cum eis torquentur quos in hoc mundo despecto deo dilexerunt, eos non
solum sua, sed etiam eorum sub pena consumit. Fit autem in electis quiddam mirabilius, quia
non solum eos agnoscunt quos in hoc mundo noverant, sed velud visos ac cognitos nos=
cunt bonos quos numquam viderunt. Nam cum antiquos patres in illa eterna hereditate viderint,
eis incogniti per visionem non erunt, quos in opere semper noverunt. Quia enim illic
omnes communi claritate deum conspiciunt, quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Cam xxxvij

Nam quidam noster religiosus vir et vita valde venerabilis ante hoc quadriennium mo-
riens, sicut religiosi alii qui presentes fuere testati sunt, in hora exitus sui Jonam
prophetam, Ezechielem quoque et Danielem vidit in spiritu, eosque dominos suos ex
nomine clamavit. Quos dum ad se venisse conspiceret et depressis oculis eis re-
verentie obsequium preberet, ex carne eductus est. Qua in re aperte datur intelligi que
erit in illa incorruptibili vita notitia, si vir iste adhuc in carne corruptibili
positus prophetas sanctos quos numquam umquam viderat agnovit. Cam xxxviij·

Solet autem plerumque contingere ut egressura iam eos etiam recognoscat cum quibus
pro equalitate culpe vel etiam premii in una est mansione deputanda. Nam vir
vite venerabilis Eleutherius senex, de quo in priori libro multa narravi,
in monasterio suo germanum fratrem Johannem nomine se habuisse perhibuit, qui ante
dies quatuordecim suis fratribus obitum predixit. Quos etiam decrescentes cotidie computavit.
Fuit ante triduum quam vocaretur ex corpore febre correptus. Ad horam vero mortis ve-
niens viaticum dominici corporis et sanguinis accepit. Convocatosque fratres coram se psal-
lere precepit. Quibus cum antiphonam ipse pro semetipsum et semetipso imposuit dicens:
Aperite mihi portas iustitie et ingressus in eas confitebor domino. Hec porta domini iusti intrabunt per eam.
Cumque totum ei assistentes fratres psallerent, emissa subito et predicta clamavit voce dicens:
Vise veni. Quod mox ut dixit, eductus e corpore mortalem vitam finivit. Mira-
ti sunt fratres, quia hoc quod moriens frater clamaverat ignorabant. Quo defuncto in mo-
nasterio facta est magna tristitia. Quarto autem die quidam in monasterio fuit vim

fratribus ut ad monasterium aliud longe positum transmitteretur. Illuc igitur cum advenisset
fratres omnes eiusdem monasterii monachos tristes vehementer invenerunt. Quibus
cum diceret: Quid habetis quod vos in tanto merore deprimimini? Responderunt dicentes: Fratrem
illum et solacium perdidimus, quia unus frater cuius nos in hoc monasterio vi-
ta continebat, hodie quartus dies est quod ex hac luce subtractus est. Cumque fratres qui
aderant studiose requirerent qualiter defunctus fuisset, responderunt dicentes: Cum vero
novissime eius horam subtiliter inquirerent, ipso eum momento invenerunt exisse de corpore
quo pro Iohanne qui apud eos defunctus est fuerat vocatus. Qua ex re colligitur
quia utraque pars fuit mystica, eis quod datum est ut in una mansione socialiter viverent,
quibus e corpore contigit socialiter exire.

Sed neque hoc sileam quod dum adhuc laycus viverem atque in domo mea quam mihi
in hac urbe ex me patris obvenerat manerem, quibusdam civibus meis me
contigit agnovisse. Quidam namque iuxta me vidua Galla dicebatur, hic
Eumorphium nomine filium iuvenem habebat, a quo non longe quidam Stephanus qui in eodem
optio fuit habitabat. Sed idem Eumorphius ad extrema vitae veniens vocavit puerum
suum eique praecepit dicens: Vade citius et dic Stephano optioni ut concitus veniat,
quia ecce navis parata est ut ad Siciliam duci debeamus. Cumque hunc puer in somno
credidisset et obedire recusasset, coepit ille dominus vehementer dicere: Vade et ei nun-
cia illud quod dico, quia non insanio. Egressus est puer ut ad Stephanum pergeret,
cumque in medium itineris pervenisset, ei alius quidam obvius factus est. Cum hunc requisis-
set dicens: Quo vadis? Cui respondit dicens: Ad Stephanum optionem a domino meo
ad vocandum eum missus sum. Atque ille protinus respondit: Ab eo venio, sed ad me
hac hora defunctus est. Reversus est puer ad Eumorphium dominum suum, sed eum
iam mortuum invenit. Sicque factum est ut dum alter obvius venit et ex medio itinere
puer regressus est, ex mensura spatii potuisset colligi quod uno momento utrique fuerat vocatio.

Petrus. Terribile est quod dicitur. Sed quaeso te cur egredienti
animae navis apparuit, vel cur se duci ad Siciliam moriturus perhibuit? **Gregorius.**
Anima vehiculo non eget. Sed mirum non est si adhuc homini in corpore posito
illud apparuit quod per corpus assueverat videre, ut per hoc daretur intellegi quo
eius anima spiritaliter duci potuisset. Quod vero ad Siciliam duci se testatus est, quid
aliud putari potest, nisi quod prae ceteris locis in eius terrae insula eructuante igne tormentorum ollae
patuerunt? Quae ut solent narrare qui noverunt, laxatis cotidie sinibus
extenduntur, ut mundi termino propinquante, quanto certum est illuc amplius concremandos
colligi, tanto et eadem tormentorum loca amplius videantur aperiri. Quod omnipotens
deus ad correctionem viventium in hoc mundo voluit ostendi, ut mentes infidelium quae in-
ferni tormenta esse non credunt, tormentorum loca videant, quae audita credere recusant.
Quod sive electi sive reprobi, quorum communis causa operis fuit, ad loca etiam communia
deducuntur, veritatis nobis verba satisfacerent, etiam si exempla deessent. Ipse

propter electos de evangelio veritas dicit. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si enim dispar retributio illa eterna beatitudinis non esset. Una potius mansio quam multe essent. Multe ergo mansiones sunt in quibus et distincte bonorum ordines et per meritorum consortia communiter letentur. et tamen unum denarium omnes laborantes accipiunt. qui multis mansionibus distribuuntur. quia et una est beatitudo. quam et illic percipiunt. et dispar retributionis qualitas. quam per opera diversa consequuntur. Hinc etiam veritas iudicii sui diem denuncians ait. Tunc dicam messoribus. Colligite zizania et alligate ea fasciculos ad comburendum. Messores quippe angeli. zizania ad comburendum in fasciculos ligant. cum pares paribus in tormentis similibus sociant. ut superbi cum superbis. luxuriosi cum luxuriosis. avari cum avaris. fallaces cum fallacibus. invidi cum invidis. infideles cum infidelibus ardeant. Cum ergo similes in culpa ad tormenta similia ducuntur. quia eos in locis penalibus angeli deputant. quasi zizaniorum fasciculos ad comburendum ligant. **Petrus.** Ad inquisitionem meam rationis satisfactione patuit. sed rogo. Sed quidnam est queso te. quod non nulli quasi per errorem educuntur e corpore. ita ut facti exanimes redeant. et eorum quispiam audisse se dicit. quia ipse non fuerit qui erat iussus educi.

Gregorius Capitulum xxxix.

Hoc cum fit petre si bene perpenditur. non error sed ammonicio est. Superna enim pietas ex magna misericordie sue largitate disponit. ut non nulli etiam post egressum repente ad corpus redeant. et tormenta inferni que audita non crediderant. saltem visa pertimescant. Nam quidam illuricianus monachus. qui in hac urbe mecum in monasterio conversabatur. michi narrare consueverat. quia quodam tempore dum adhuc in heremo moraretur. agnovit quod petrus quidam monachus ex regione ortus hiberie. qui cum eo loco vaste solitudinis cui evasa nomen est conversabatur. sicud ipse narrare didicerat. prius quam heremum peteret. molestia corporis interveniente defunctus est. Sed eo protinus corpori restitutus. inferni se supplicia atque innumera loca flammarum se vidisse testabatur. Qui etiam quosdam huius seculi potentes in eisdem flammis suspensos se vidisse narravit. Sed cum iam deductus esset. ut in illo igne et ipse mergeretur. subito angelum coruscum habitu apparuisse ferebat. qui eum mergi in igne prohiberet. Cui etiam dixit. Egredere et qualiter tibi posthoc vivendum sit. cautissime attende. Post quam vocem paulatim recalescentibus membris ab eterne mortis sompno evigilans. cuncta que circa illum fuerant gesta narravit. Tantisque postmodum vigiliis ieiuniis se constrinxit. ut inferni se vidisse et pertimuisse tormenta etiam si taceret lingua conversatio loqueretur. quippe cum omnipotentis dei mira largitate morte actum est ut non mori debuisset. Sed quia huiusmodi cor hominis valde durescere est. Ipsa quoque penarum ostensio omnibus [illegible] non est. Nam illustris vir stephanus quem bene nosti. de semetipso michi narrare consueverat. quia in constantinopolitana urbe in quadam causa demoratus. molestia corporis superveniente defunctus est. Cumque medicus atque pigmentarius ad aperiendum eum

No atque condiendus est quesitus et die eodem minime esset conductus, sub sequenti nocte iacuit corpus inhumatum. Qui cum ductus ad inferni loca vidit multa, que prius audita non credidit. Sed cum illic presidenti iudici presentatus esset, ab eo receptus non est, ita ut diceret: Non hunc deduci, sed Stephanum ferrarium duci iussi. Qui statim reductus in corpore est, et Stephanus ferrarius qui iuxta eum habitabat eadem hora defunctus est. Sicque probatum est vera esse verba que audierat, dum hec effectus mortis Stephani demonstravit.

Ante triennium quoque in hac pestilencia que hanc urbem clade vehementissima depopulata est, in qua etiam corporali visu sagitte celitus venire et singulos quosque ferire videbantur, sicut nosti, Stephanus idem defunctus est. Quidam vero miles in hac eadem urbe nostra percussus ad extrema pervenit. Qui cum eductus e corpore exanimis iacuit, sed citius rediit, que cum eo fuerant gesta narravit. Aiebat enim, sicut tunc res eadem etiam multis innotuit, quod pons erat sub quo niger atque caligosus fetoris intolerabilis nebulam exalans fluvius decurrebat. Transacto autem ponte amena erant prata atque virencia odoriferis herbarum floribus exornata, in quibus albatorum hominum conventicula esse videbantur. Tantusque in eodem odor suavitatis inerat, ut ipsa suavitatis fragrancia illic deambulantes habitantesque saciaret. Ibi mansiones diversorum singule magnitudine lucis plene. Ibi quedam mire potencie edificabatur domus, que aureis videbatur laterculis construi, sed cuius esset non potuit agnosci. Erant vero super ripam fluminis predicti nonnulla habitacula, sed alia exsurgentis fetoris nebula tangebantur, alia autem exsurgens fetor a flumine minime tangebat. Hec vero in predicto ponte erat probacio, ut quisquis per eum iniustorum vellet transire, in tenebroso fetentique fluvio laberetur. Iusti vero, quibus culpa non obsisteret, securo per eum gressu ac libero ad loca amena pervenirent. Ibi se etiam Petrum ecclesiastice familie maiorem, qui ante quadriennium defunctus est, deorsum positum in locis teterrimis, magno ferri pondere religatum ac depressum vidisse confessus est. Qui dum requireret cur ita esset, ea se dixit audisse, que nos qui eum in ecclesiastica domo novimus, scimus eius acta recolentes. Dicebatur namque: Hec idcirco patitur, quia si quid ei pro facienda ulcione iubebatur, ad inferendas plagas plus ex crudelitatis desiderio quam ex obediencia deserviebat. Quod sic fuisse nullus qui illum novit ignorat. Ibi etiam quendam peregrinum presbiterum se vidisse fatebatur, qui ad predictum pontem veniens, tanta per eum auctoritate transiit, quanta etiam hic sinceritate vixit. In eodem quoque ponte hunc quem predixi Stephanum se recognovisse testatus est. Qui dum transire voluisset, eius pes lapsus est, ~~et ex~~ et ex medio corpore iam extra pontem deiectus, a quibusdam teterrimis viris ex flumine surgentibus per coxas deorsum, atque a quibusdam albatis et speciosissimis viris cepit per brachia sursum trahi. Cumque hoc luctamen esset, ut hunc boni spiritus sursum, mali deorsum traherent, ipse qui hec videbat ad corpus rediit, et quid de eo gestum sit minime

No

cognouit · Qua de re et eiusdem stephani vita datur intelligi · quia de eo Mala
cimus ad elemosinarum operationem certabant · et cum pro corporis deorsum brachia
trahebatur sursum per eum nimirum · quia et elemosinas amauerat · et carnis vicijs
perfecte non resisterat · et eum deorsum trahebant · Et de illo occulto arbitrij examine animi
quis deo vincat nos et eum qui vidit et renunciauit latuit · Constat tamen quia idem
stephanus post hec sicud superius narraui · et inferni loca vidit · et ad corpus rediit
perfecte vitam minime correxit · qui post multos annos de corpore ad hoc certamine vi-
· perfecte et mortis exiit · Qua de re colligitur · quia ipsa quoque inferni supplicia cui de-
monstrantur alijs hoc ad adiutorium alijs vero ad testimonium fiat · ut isti videant que
mala mutauit · Illi vero eo amplius puniantur · quia inferni supplicia et visa et cog-
nita vitare noluerunt · **Petrus** · Quid est hoc queso te · quod amenis locis quorundam
domus laterculis aureis edificari videbantur · ridiculum valde est · Si credimus
quod in illa vita adhuc metallis egeamus · **Gregorius** · Quis hoc si sanum sapit dicat
quod illic ordinem · quisquis ille est · cum magno ista construuntur ·
ligat · sed ex eo quod illic datur intelligi quid est quod hic operatur · nam premium lucis eterne elemo-
sinarum largitate promerebitur · nimirum constat quia auro edificatur mansio sua ·
Sed quod superius memorie excidit · ut dixi idem miles qui hec viderat
narrabat · quod eosdem laterculos aureos ad edificationem domus · senes ac iuuenes
puelle et pueri ferebant · Ex qua re colligitur · quia hij quibus hic pie-
tas facta est · ipsi illic operatores esse videbantur · **Gregorius capitulum xl^m** vel

Hic etiam quidam nobis Deusdedit nomine religiosus habitabat · qui
calciamenta solebat operari · De quo alius reuelacionem vidit · quod eius domus
edificabatur · sed de eius constructoribus solo die sabbati videbantur operari ·
Cuius eiusdem vero postmodum subtilius vitam requirens didicit · quia ex hijs que die-
bus singulis laborabat · quicquid de victu et vestitu superesse potuisset · die sabbati
ad beati petri ecclesiam deferre consueuerat · atque indigentibus erogare · Qua
ex re perpende · quia non immerito domus ipsius fabrica sabbato crescebat · **Petrus** ·
Hec de hac michi probacio satisfecit · Sed queso te quid esse dicimus · quod
quorundam habitacula fetoris nebula tangebantur · Quorundam vero tangi
non poterant · vel quid est quod pontem · vel quid est quod flumen vidit · **Gregorius**

Ex rerum petre ymaginibus pensamus nimirum causas · ponte quippe
ad amena loca transire iustos asseruit · Quia angusta valde est semita
que ducit ad vitam · Et fetentem fluuium decurrere vidit · quia ad
yma cotidie defluit carnalium viciorum putredo · Et quorundam habitacula fetoris
nebula tangebatur · Quorundam vero ab ea tangi non poterant · Quia sunt plerique
qui multa iam bona opera faciunt · Sed tamen adhuc carnalibus vicijs in
cogitacionis delectacione tanguntur · Et iustum valde est ut illuc nebula

fetoris obsideat, quos sic ad huc carnis fetor delectat. Unde carnis delectationem carnis Job de fetore conspiciens de luxurioso ac de lubrico protulit dicens: Dulcedo illius vermis. Qui autem perfecte cor ab omni delectatione carnis continuit, constat nimirum quia eorum habitacula fetoris nebula non tanguntur. Et notandum quod eadem fetoris nebula esse visa est, quia nimirum carnalis delectatio mentem quam infecerit obscurat, ut veri luminis claritatem non videat, sed unde delectatur inferius, inde caliginem ad superna patitur. **Petrus.** Putasne hoc auctoritate sacri eloquii posse monstrari, ut culpe carnalium fetoris pena cruciantur? **Gregorius. Capitulum xlj.**

Potest. Nam Geneseos attestante didicimus, quia super Sodomitas Dominus ignem et sulphur pluit, ut eos ignis accenderet et fetor sulphuris necaret. Quia cum illicito corruptibilis carnis amore arserant, simul incendio et fetore perierunt, quatinus in pena sua cognoscerent quia eterne morti se fetoris delectatione tradidissent. **Petrus.** Ecce hiis de quibus dubius fui nichil michi fateor questionis remansit. **Gregorius capitulum xlij.**

Aliud quoque est quod nonnulli a corporibus suis pene poenale aliquid de spiritualibus vident, quod eis in quibusdam ad edificationem suam, quibusdam vero contingit ad edificationem audientium solet. Nam ecce hoc quod in Omelys coram populo iam narrasse memini. Inquietus valde Theodorus nomine puer fuit, qui in monasterium meum fratrem suum necessitate magis quam voluntate secutus est. Cui nimirum grave erat, si quis ei pro sua salute aliquid loqueretur. Bona enim non solum facere, sed etiam audire non poterat. Numquam se ad sancte conversationis habitum venire iurando, irascendo, deridendo testabatur. In hac autem pestilentia que nuper huius urbis populi magna parte consumpsit, percussus in inguine est, perductus ad mortem. Cumque extremum spiritum ageret, convenerunt fratres ut egressum illius oratione protegerent. Iam corpus eius ab extrema parte fuerat premortuum, in solo tantummodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo cepere enixius orare, quanto eum iam videbant sub celeritate discedere. Cum repente cepit eisdem fratribus assistentibus clamare, atque cum magnis vocibus orationes eorum interrumpere dicens: Recedite. Ecce draconi ad devorandum datus sum, qui propter vestram presentiam devorare me non potest. Caput meum in suo ore iam absorbuit. Date locum, ut non me amplius cruciet, sed faciat quod facturus est. Si ei ad devorandum datus sum, quare propter vos moras patior? Tunc fratres ceperunt ei dicere: Quid est quod loqueris, frater? Signum tibi sancte crucis imprime. Respondebat ille cum magnis clamoribus dicens: Volo me signare, sed non possum, quia squamis huius draconis premor.

~~Cumque hec fratres audirent prostrati~~

Hoc quoque fratres audientes. prostrati in terram cum lacrimis. ceperunt pro ereptione illius vehementer orare. Et ecce subito cepit eger cum magnis vocibus clamare dicens. Gratias deo. Ecce draco qui me ad devorandum acceperat pridem fugit orationibus vestris expulsus est. Stare non potuit. Pro peccatis meis modo intercedite. quia converti paratus sum. et secularem vitam funditus relinquere. Homo ergo qui sicut iam dictum est. ab extrema parte corporis fuerat premortuus. Reservatus ad vitam. toto ad deum corde conversus est. Et postquam mutatus mente. diu est flagellis astrictus. tunc eius anima carne soluta est.

Capitulum xliij

xliij Contra Crisaurius sicut Probus quoque illius cuius superius memoriam feci. narrare consuevit dicens. Vir in hoc mundo valde ydoneus fuit. sed tantum plenus viciis quam rebus. Superbia tumidus. carnis sue voluptatibus subditus. In acquirendis rebus avaricie facibus accensus. Sed cum tot malis dominus finem ponere decrevisset. Corporali hunc molestia percussit. Qui ad extremum veniens. eadem hora qua iam e corpore erat exiturus. apertis oculis vidit tetros et nigerrimos spiritus coram se assistere. et vehementer imminere. ut ad inferni claustra raperent. Cepit tremere. pallescere. sudare. et magnis vocibus inducias petere. Filiumque suum nomine Maximum. quem ego iam monachus monachum vidi. nimiisque turbatis vocibus vocare dicens. Maxime curre. nunquam tibi aliquid mali feci. In fide tua me suscipe. Turbatus mox Maximus affuit. lugens atque perstrepens familia convenit. Eos autem quos ille insistentes sibi graviter tollerabat. ipsos malignos spiritus videre non poterant. Sed eorum presentiam in confusione. in pallore ac tremore illius qui trahebatur videbant. Pavore autem tetre eorum imaginis huc illucque vertebatur in lectulo. Iacebat in sinistro latere. aspectum eorum ferre non poterat. Vertebatur ad parietem. ibi aderant. Cumque constrictus nimis relaxari se iam posse desperaret. Cepit magnis vocibus clamare. Inducias vel usque mane. Inducias vel usque mane. Sed cum hec clamaret. in ipsis vocibus de habitaculo sue carnis evulsus est. De quo nimirum constat. quia pro nobis ista non pro se viderit. ut eius visio nobis proficiat. quos adhuc divina paciencia longanimiter expectat. Nam illi tetros spiritus ante mortem vidisse. et inducias petisse quid profuit. qui easdem inducias quas petiit non accepit.

Aliud sequitur exemplum

Sed et nunc apud nos Athanasius presbiter Ysaurie. qui diebus suis Yconii rem terribilem narrat evenisse. Ibi namque ut ait quoddam monasterium Galatorum dicitur. in quo quidam monachus magne estimationis habebatur. Homo ipse moribus retinebatur. atque in omni actione sua compositus. Sed sicut ex fine res patuit longe aliter quam apparebat fuit. Nam cum se ieiunare cum fratribus demonstraret. occulte manducare consueverat. Quod eius vicium fratres omnino nesciebant. Sed corporis superveniente molestia. ad vite extrema perductus est. Qui cum iam in fine esset. fratres omnes qui in monasterio erant ad se convocari fecit. Et illi ut putabant viro morituro magnum quid ac delectase ab eo audire crediderunt. Quibus ipse afflictus et tremens compulsus est prodere cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit: Quando me vobiscum reficere videbatis, occulte comedebam. Et nunc ad devorandum draconi datus sum, qui cauda sua mea genua pedesque colligavit. Caput vero suum intra meum os mittens, spiritum meum ebibens abstrahit. Quibus dictis statim defunctus est, atque ut penitendo liberari potuisset, dracone quem viderat expectatus non est. Quod nimirum constat quia ad solam utilitatem audientium vidit, qui eum hoste cui traditus fuerat et denuntiavit et non evasit. **Petrus** Discere vellem si post mortem purgatorius ignis esse credendus est.

Gregorius Capitulum xliiij

xliiij In evangelio dominus dicit: Ambulate dum lucem habetis. Per prophetam quoque ait: Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adiuvi te. Quod paulus apostolus exponens dicens: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Salomon quoque ait: Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erit apud inferos, quo tu properas. David quoque ait: Quoniam in seculum misericordia eius. Ex quibus sententiis nimirum constat quia qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio presentatur. Sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis esse credendus est, pro eo quod veritas dicit: Quia si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei neque in futuro. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo, quasdam vero in futuro posse relaxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet quia de quibusdam conceditur. Sed tamen ut predixi, hoc de parvis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut assiduus est otiosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum cure rei familiaris, que vix sine culpa vel ab ipsis agitur qui culpam qualiter declinare debeant sciunt, aut in non gravibus rebus error ignorantie. Que cuncta etiam post mortem gravant, si adhuc in hac vita positis minime fuerint relaxata. Nam et cum paulus dicit christum esse fundamentum, atque subiungit: Si quis superedificaverit super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque opus ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superedificavit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Quamvis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito possit intelligi, tamen si quis hoc de igne future purgationis accipiat, pensandum est sollicite quia illum dixit per ignem posse salvari, non qui super hoc fundamentum ferrum, es vel plumbum edificat, id est peccata maiora et idcirco duriora atque tunc iam insolubilia, sed ligna, fenum, stipulam, id est peccata minima atque levissima, que ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est, quia illic quisque saltem de minimis nihil purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus ut illic obtineat promereatur. **Pe Aliud**

Exm

Nam cum adhuc essem iuvenculus atque in laico habitu constitutus. Narrari a maioribus atque scientibus audivi quod paschasius huius apostolice sedis diaconus. cuius apud nos rectissimi et luculenti de spiritu sancto libri exstant mire sanctitatis vir fuerit. elemosinarum maxime operibus vacans, cultor pauperum et contemptor sui. Hic autem in ea contencione que per zelum fidelium inter symmachum atque laurencium facta est ad pontificatus ordinem laurencium elegit. et omnium post unanimitate superatus in sua tamen sententia usque ad diem sui exitus perstitit. Illum amando atque preferendo quem episcoporum iudicio preesse sibi ecclesia refutavit. Hic itaque in temporibus symmachi apostolice sedis presulis esset defunctus eius dalmaticam feretro superpositam demoniacus tetigit statimque salvatus est. Post multum vero tempus germano capuano ~~capuano~~ episcopo cuius superius memoriam feci medici pro corporis sui salute dictaverant ut in angulanis thermis lavari debuisset. Qui ingressus easdem thermas predictum paschasium stantem et obsequentem in caloribus invenit. Quo viso vehementer extimuit et quid illic tantus vir faceret inquisivit. Cui ille inquit pro nulla alia causa in penali loco deputatus sum. nisi quia in parte laurencii contra symmachum consensi. Sed queso te ut pro me dominum deprecare. atque in hoc cognosces quod exauditus sis si huc rediens non me inveneris. Qua de re vir domini germanus se in precibus strinxit. et post paucos dies rediit. Sed iam predictum paschasium in loco eodem minime invenit. Quia enim non malicia sed ignorancie errore peccaverat purgari post mortem potuit a peccato. Quod tamen credendum est quia ex illa elemosinarum suarum largitate obtinuit. ut tunc potuisset promereri veniam. cum iam nichil posset operari.

Petrus Quid est hoc queso te quod in his extremis temporibus tam multa de animabus clarescunt. que ante latuerunt. ita ut apertis revelacionibus atque ostensionibus venturum seculum inferre se nobis atque aperire videatur. **Gregorius** Ca^m xlvij

Ita est. nam quanto presens seculum propinquat ad finem. tanto futurum seculum ipsa iam propinquitate tangitur. et signis manifestioribus aperitur. Quia enim in hoc seculo alter alterius cogitaciones minime videmus. in illo autem mutuo alterutrum corda conspicimus. Quid hoc seculum nisi noctem et quid venturum nisi diem dixerim. Sed quemadmodum cum nox finitur et dies incipit ortum solis simul aliquo modo tenebre cum luce diei subsequentis perfecte coniuncte sunt. ita finis huius mundi iam cum futuri seculi exordio permiscetur. atque ipse reliquie eius tenebre quadam iam spiritalium rerum permixtione translucent. Et que illius mundi sunt multa iam cernimus. Sed necdum perfecte cognoscimus. quia ea quasi in quodam mentis crepusculo. Sed velud ante solis ortum videmus. **Petrus** Placet quod dicis. Sed de tanto viro paschasio hoc animum ad questionem movet. quod post mortem ad penalem locum deductus est. cum eius vestis tangi potuit. et malignus spiritus ab obsesso homine fugari. **Gregorius**

Hac de re magna debet omnipotentis dei dispensatio intueri, quod sit simplex ignosci cum iudicio actum est, ut eidem viro Paschasius et ipse mittebat ad adquadratum temporis recipere quod commisisset, et tamen ante humanos oculos mira per corpus suum post mortem fecit, qui ante mortem eius quoque cognoscentibus pia opera fecisset, ut neque hii qui bona eius viderant de elemosinarum ipsius estimatione fallerentur, neque ipse sine purgatione laxaretur a culpa, quam nec ipse culpam credidit. Et idcirco hanc fletibus non extinxit.

Petrus Perpendo quod dicis. Verumtamen hac ratione constrictus non solum que intelligo cogor iam prius formidare. Sed quaeso, quia paulo superius sermo de locis penalibus inferni versabatur, ubinam esse infernum putamus. Utrum hunc super terram an sub terra credendus est.

Gregorius ~~Capitulum xlvij~~ Capitulum xlvij

Hac de re temere diffinire nichil audeo. Nonnulli autem in quadam terrarum parte infernum esse putaverunt. Alii vero hunc sub terra esse estimant. Sed rursum hoc animum compulsat, quia si idcirco infernum dicimus quia inferius iacet, quod terra ad celum est, hoc esse infernus debet ad terram. Unde et fortasse per psalmistam dicitur: Eruisti animam meam ex inferno inferiori, ut infernus superior terra, infernus vero inferior sub terra esse videatur. Et Johannis vox de ea estimatione concordat, qui cum signatum librum septem sigillis vidisse se diceret, quia nemo inventus est dignus neque in celo neque in terra neque subtus terram aperire librum et solvere signacula eius, adiunxit: Et ego flebam multum. Quem tamen postmodum librum per leonem de tribu Iuda dicit aperiri. In quo videlicet libro quid aliud quam sacra scriptura signatur? Quam solus redemptor noster aperuit, qui homo factus moriendo, resurgendo, ascendendo cuncta misteria que in ea fuerant clausa patefecit. Et nullus in celo, quia neque angelus; nullus in terra, quia neque homo vivens in corpore; nullus sub terra dignus inventus est, quia neque anime corpore exute aperire nobis preter dominum sacri eloquii secreta potuerunt. Dum ergo ad solvendum librum nullus sub terra dignus inventus dicitur, quid obstet non video, nisi ut sub terra infernus esse credatur.

Nota

Petrus Quaeso te, unusne esse gehenne ignis credendus est, an quanta peccatorum diversitas fuerit, tanta quoque estimanda sunt et ipsa incendia esse preparata?

Gregorius Capitulum xlviij

Unus quidem est gehenne ignis. Sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Uniuscuiusque etenim quantum exigit culpa, tantum illic sentietur pena. Nam sicut in hoc mundo sub uno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorem equaliter sentiunt, quia alius plus estuat atque alius minus, ita illic in uno igne non unus est modus incendii, quia quod hic diversitas corporum, hoc illic agit diversitas peccatorum

ut et igne non dissimilem habeant. et tamen eosdem singulos dissimiliter cremat.
Petrus Nunquid nam queso te dicimus. eos qui semel illuc missi fuerint si in
ardoribus **Greg.** Constat nimis et incunctanter verum est. quia sicut finis non Caplm xliv
est gaudio bonorum. ita non erit finis tormento malorum. Nam cum veritas dicat. Ibunt
hii in supplicium eternum. iusti autem in vitam eternam ~~eternam~~. quia verum est quod pro-
misit. falsum procul dubio non erit. quod comminatus est dominus. **Petrus** Quid si quis
dicat. idcirco peccatoribus eternam penam minatus est. ut eos a peccatorum perpetratione
compesceret. **Greg.** Si falsum est quod comminatus est. ut ab iniusticia corrigeret. etiam
falsa est pollicitus. ut ad iusticiam provocaret. Sed quis hoc dicere vel dementissimus presumat
illud. Et si minatus est quod non erat impleturus. dum asserere eum misericordem volumus
fallacem quod dici nephas est predicare compellimur. **Petrus** Vellem scire quomodo iustum
sit ut culpa que cum fine perpetrata est. sine fine puniatur. **Greg.** Hoc recte diceretur
si districtus iudex non corda hominum. Sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt
quia cum fine vixerunt. Nam voluissent utique si potuissent sine fine vivere. ut
potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper vivere cupiunt. qui
nunquam desinunt peccare dum vivunt. Ad magnam ergo iusticiam iudicantis pertinet. ut
nunquam careat supplicio. qui in hac vita nunquam voluit carere peccato. **Petrus**
Sed nullus iustus crudelitate pascitur. et delinquens servus a iusto domino.
idcirco cedi precipitur. ut a nequitia corrigatur. Ad hoc enim vapulat. ut
emendari debeat. Iniqui autem gehenne ignibus traditi si ad correctionem non
perveniunt. quo fine semper ardebunt. **Gregorius** Omnipotens deus quia pius est
miserorum cruciatu non pascitur. quia autem iustus est. ab iniquorum ultione non sedatur
in perpetuum. Sed iniqui omnes eterno supplicio deputati. sua quidem iniquitate puniuntur
et tamen ad aliquid ardebunt. scilicet ut iusti omnes et in deo videant gaudia que
percipiunt. Et in illis respiciant supplicia que evaserunt. quatinus tanto magis in eternum
divine gracie debitores se esse cognoscant. quanto in eternum mala puniri conspiciunt. que
eius adiutorio vicerunt. **Petrus** Et ubi est quod sancti sunt. si pro inimicis suis quos
tunc ardere viderint non orabunt. **Gregorius** Orant pro inimicis suis eo tempore
quo possunt ad fructuosam penitenciam eorum corda convertere. atque ipsa conversione sal-
vare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est. nisi hoc quod ait apostolus. Ut det
illis deus penitenciam ad cognoscendam veritatem. et resipiscant a diaboli laqueis. A quo
captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Et quomodo tunc pro illis orabitur qui iam nulla-
tenus possunt ad iusticie opera ab iniquitate commutari. Eadem itaque causa est. cur non
oretur tunc pro hominibus eterno igne dampnatis. que nunc etiam causa est. ut non orent
sancti homines pro hominibus infidelibus. impiisque defunctis. nisi quia de eis utique. quos
eterno dampnatos supplicio iam noverunt. ante illum iudicis conspectum iuste ora-
tionis sue meritum cassari refugiunt. Quod si nunc quoque viventes iusti mortuis et dampnatis
iniustis minime ~~[illegible]~~ compatiuntur. quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne.

se perpeti etiam ipsi noverint, quanto districtius tunc de aliorum tormentis conspiciunt, quando ab omni vicio corruptionis exuti ipsi iam iusticie vicinius atque arctius inherebunt. Sic quippe eorum mentes per hoc quod iustissimo iudici inherent vis districtionis absorbet, ut omnino eis non libeat quicquid ab illius interne regule subtilitate discordat. **Petrus** Non est iam quod respondere debeat apte racioni. Sed hoc est nunc quod in hac questione mentem movet, quomodo anima immortalis dicitur, dum constat quod in perpetuo igne moriatur. **Gregorius Capitulum l**

Quia duobus modis vita dicitur, duobus etiam modis mors debet intelligi. Aliud enim est namque quod in deo vivimus, aliud vero quod conditi vel creati sumus. Idem aliud est beate vivere, atque aliud est essencialiter. Anima igitur et mortalis esse intelligitur et immortalis. Mortalis quippe quia beate vivere amittit. Immortalis autem quia essencialiter numquam desinit. Et nature sue vitam perdere non valet, nec cum in perpetua fuerit morte dampnata. Illic enim posita beata esse perdit et esse non perdit. Ex qua re semper cogitur ut et mortem sine morte et defectum sine defectu et finem sine fine patiatur, quatinus ei et mors immortalis sit et defectus indeficiens et finis infinitus. **Petrus** Quis hanc inexplicabilis dampnacionis sententiam cuiuslibet sit operis ad conspectum veritatis non pertimescit, quando et si novit iam quid egit, adhuc tamen forte illius quam subtiliter iudicentur ignorat. **Gregorius Capitulum lj**

Ut asseris ita est. Sed plerumque de culpis minimis ipse solus pavor egredientes animas iustorum purgat, sicut narrari de sancto quodam viro me frequenter audisti, qui cum ad mortem veniens vehementer timuit, sed post mortem discipulis cum stola alba apparuit, et quam preclare sit susceptus indicavit. Nonnumquam vero omnipotens deus trepidantes mentes quibusdam prius revelationibus roborat, ut de morte minime pertimescant.

Nam quidam in eodem monasterio frater Antonius nomine vivebat, qui multis cotidianisque lacrimis ad gaudia patrie celestis anhelabat. Cumque studiosissime et cum magno fervore desiderii sacra eloquia meditaretur, non in eis verba sciencie sed fletus compunctionis inquirebat, quatinus per hoc excitata mens eius exardesceret et ima deserens ad regionem celestis patrie contemplacione volaret. Huic per nocturnam visionem dictum est: Paratus esto, quia dominus iussit, migra. Cumque ille non habere se sumptus ad migrandum diceret, responsum protinus audivit: Si de peccatis tuis agitur, dimissa sunt. Quod cum semel audisset et magno metu adhuc trepidaret, nocte quoque alia eisdem est verbis admonitus. Tunc post quinque dies febre correptus, cunctis fratribus flentibus orantibusque defunctus est.

Alius etiam frater in eodem monasterio Merulus nomine dicebatur, vehementer lacrimis atque elemosinis intentus. Psalmodia vero ex ore illius pene nullo tempore cessare consueverat. Excepto eo aut aliunde in corpore aut membra desisset sopori. Huic nocturna visione apparuit quia ex albis floribus corona de celo descendens illius descendebat. Mox molestia corporis correptus cum magna securitate animi atque hilaritate defunctus est. Cuius corpus cum sepulchro. Dominus Petrus qui nunc monasterio preest sibi sepulchrum facere post annos quatuordecim voluisset, tanta ut asserit de eodem sepulchro illius fragrantia suavitatis emanavit, ac si illic florum omnium fuissent odoramenta congregata. Qua ex re manifeste patuit quod vera fuit quod per nocturnam visionem vidit.

Capitulum lij

Alius quoque in eodem Monasterio Johannes dictus est, magne indolis adolescens, qui etatem suam intellectu et humilitatis dulcedine et gravitate transiebat. Hic egrotus atque ad extremum perductus per nocturnam visionem quidam senex apparuit et virga tetigit eique dixit: Surge, ex hac enim molestia minime morieris. Sed paratus esto quia longum tempus hic facturus non eris. Cum iam esset a medicis desperatus, repente sanatus est. Rem quam viderat narravit. Seque per biennium in dei servitio sicut predixi ultra etatis sue annos exhibuit. Ante hoc autem triennium cum quidam frater fuisset mortuus atque in eiusdem monasterii cimiterio a nobis sepultus, cunctis nobis ab eodem cimiterio recedentibus, isdem Johannes sicut postmodum tremens et pallens indicavit, illic nobis discedentibus [illegible] ab eodem fratre qui mortuus fuerat de sepulchro vocatus est. Quod mox etiam subsequens finis edocuit. Nam post dies decem duris febribus correptus carne solutus est.

Petrus Discere velim si hoc quod per nocturnas visiones ostenditur debeat observari.

Gregorius Sequitur capitulum quinquagesimum tercium. liij. · liij

Sciendum Petre est quod sex modis tangunt animum imagines somniorum. Aliquando namque somnia ventris plenitudine vel de inanitate. Aliquando vero illusione. Aliquando cogitatione simul et illusione. Aliquando revelatione. Aliquando cogitatione simul et revelatione generantur. Sed duo que prima diximus omnes experimento cognoscimus. Subiuncta autem quatuor in scripture paginis invenimus. Somnia etenim nisi plerumque ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam hoc vir sapiens indicaret dicens: Multos errare fecerunt somnia et exciderunt sperantes in illis. Vel certe: Non augurabimini nec observabitis somnia. Quibus profecto verbis cuius sint detestationis ostenditur que auguriis [illegible] coniunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul et illusione procederent, vir sapiens minime dixisset: Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex misterio revelationis orirentur, Joseph preferendum se fratribus per somnium non videret, nec Marie sponsum ut ablato puero in egyptum fugeret per somnium angelus admoneret. Rursum nisi autem somnia cogitatione et revelatione procederent, nequaquam Daniel propheta Nabogodonozar visionem disserens a radice cogitationis inchoasset dicens: Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo quid esset futurum post hec. Et qui revelat misteria ostendit tibi que futura sunt. Et paulo post: Videbas et ecce quasi statua una grandis, statua illa magna et statura sublimis stabat contra te et [illegible]

Daniel itaque dum somnium et implendum reverenter insinuat et ex qua ortum sit cogitatione manifestat, patenter ostenditur quia hoc plerumque ex cogitatione simul et revelatione generatur. Sed nimirum cum somnia tot rerum qualitatibus alternent, tanto eis difficilius credi debet quanto ex quo impulsu veniant facilius non elucet. Sancti autem viri inter illusiones atque revelationes ipsas visionum voces aut imagines quodam intimo sapore discernunt, ut sciant vel quid a bono spiritu percipiant vel quid ab illusione patiantur. Nam si erga hec mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis se vanitatibus immerget, qui nonnumquam solet multa vera predicere ut ad extremum valeat animam ex una aliqua falsitate laqueare. Capitulum liiij

Sicut cuidam nostre urbis nuper certum est contigisse. Nam dum somnia vehementer attenderet, ei per somnium longa spatia huius vite promissa sunt. Cumque multas pecunias pro longioris vite stipendiis collegisset, ita repente defunctus est ut intacta omnia relinqueret et ipse secum nichil de bono opere portaret. Petrus. Quis ille sit memini. Sed queso ea que cepimus exequamur. Putamusne animabus aliquid prodesse si mortuorum corpora in ecclesia fuerint sepulta? Gregorius. Capitulum lv

Quos gravia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis si in ecclesia sepeliantur, quod eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca conveniunt, suorum quorum sepulchra aspiciunt recordantur et pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt, non ad absolutionem potius quam ad maiorem dampnationis cumulum eorum corpora in ecclesiis ponuntur. Quod melius ostendimus si ea que diebus nostris gesta sunt breviter narramus. Gregorius. Capitulum lvj

Vir namque vite venerabilis Felix Portuensis episcopus in Sammiensi provincia ortus atque nutritus est, qui quandam sanctimonialem feminam in loco eodem fuisse testatur, que carnis quidem continentiam habuit sed lingue procacitatem atque stultiloquium non declinavit. Hec igitur defuncta atque in ecclesia sepulta est. Nocte igitur eadem eiusdem ecclesie custos per revelationem vidit quia deducta ante sanctum altare per medium secabatur, et pars una illius igne cremabatur, pars autem altera intacta remanebat. Cumque hoc surgens mane fratribus narraret et locum vellet ostendere quo fuerat igne combusta, ipsa flamme combustio ita ante altare in marmoribus apparuit ac si illic eadem femina corporeo fuisset igne cremata. Qua ex re aperte datur intelligi quia hi quibus dimissa peccata non fuerint ad evitandum iudicium sacris locis post mortem non valent adiuvari. Gregorius. Capitulum lvij

Iohannes quoque vir magnificus in hac urbe locum prefectorum servans, cuius vite atque gravitatis testimonium habemus, mihi testatus est Valerianum patricium in civitate que Brixa dicitur fuisse defunctum. Cui eiusdem civitatis episcopus accepto precio locum in ecclesia prebuit in quo sepeliri debuisset. Cumque videlicet Valerianus ad etatem decrepitam levis ac lubricus extitit modumque suis pravitatibus ponere contempsit. Eadem vero nocte qua sepultus est beatus Faustinus martyr, in cuius ecclesia corpus illius fuerat humatum, custodi suo apparuit dicens: Vade et dic episcopo ut proiciat hinc fetentes carnes quas hic posuit, quia si non fecerit

die tricesimo ipse moreretur. Qua visione custos episcopo timuit confiteri. Sed hunc
sub admonitus declinavit. Die autem tricesimo eiusdem civitatis episcopus cum vespertina
hora sanus atque incolumis ad lectum redisset, subita et inopinata morte defunctus est. | Capitulum lviii

Adest quoque nunc venerabilis frater Venantius Lunensis episcopus et mag-
nificus Liberius vir nobilissimus atque veracissimus, qui se scire suosque
homines interfuisse testantur ei rei quam narrant nuper in Genuensi urbe
contigisse. Ibi namque ut dicunt Valentinus nomine mediolanensis ecclesie defen-
sor defunctus est, vir valde lubricus et cunctis levitatibus occupatus, cuius corpus
in ecclesia beati martiris Syri sepultum est. Nocte autem media in eadem ecclesia facte sunt
voces ac si quis violenter ex ea repelleretur atque traheretur foras. Ad quas
nimias voces cucurrerunt custodes et viderunt duos quosdam teterrimos
spiritus qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura astrinxerant et eum ab ecclesia
clamantem ac nimium vociferantem foras trahebant. Qui videlicet exterriti ad sua
strata reversi sunt. Mane autem facto aperientes sepulchrum in quo isdem Valentinus
positus fuerat, eius corpus non invenerunt. Cumque extra ecclesiam quererent ubi pro-
iectum esset, invenerunt hoc in sepulchro alio positum ligatis adhuc pedibus sicut de
ecclesia fuerat abstractum. Ex qua re Petre collige quia hii quos peccata gravia de-
primunt, si in sacro loco sepeliri se faciunt, restat ut etiam de sua presumptione iudicentur,
quatenus eos sacra loca non liberent sed etiam culpa temeritatis accuset. | Capitulum lix

Nam quid quoque in hac urbe contigit, tinctores qui hic habitant multitudo tes-
tatur. Quidam artis eorum primus cum defunctus fuisset in ecclesia beati Ianua-
rii martiris iuxta portam sancti Laurentii a coniuge sua sepultus est. Sequenti
autem nocte ex sepultura cadaveris audiente custode eius spiritus cepit clamare dicens Ardeo.
Ardeo. Cum ergo has diu voces emitteret, custos hoc eius indicavit uxori. Uxor vero
illius eos qui diligenter inspicerent artis eiusdem viros transmisit ad ecclesiam, volens
cognoscere qualiter eius esset corpus in sepulchro de quo talia clamarentur. Qui aperientes
sepulchrum vestimenta quidem intacta repperierunt, que nunc usque in eadem ecclesia pro eiusdem
cause testimonio servantur. Corpus vero illius omnino non invenerunt, ac si in sepulchro
eodem positum non fuisset. Ex qua re colligendum est qua ultione anima eius dampnata
sit, cuius et caro est ab ecclesia proiecta. Quid igitur sacra loca sepultis prosunt,
quando hii qui indigni sunt ab eisdem sacris locis divinitus proiciuntur? Petrus. Quid-
nam esse potest quod mortuorum valeat animabus prodesse? Gregorius Capitulum lx | lx

Si culpe post mortem insolubiles non sunt, multum valet animas etiam post mortem
sacra oblatio hostie salutaris adiuvare, ita ut hanc nonnumquam ipse defunctorum
anime videantur expetere. Nam predictus Felix episcopus a quodam venerabilis vite presbytero
qui usque ante biennium vixit, et in diocesi Centumcellensis urbis habitabat atque ec-
clesie beati Iohannis que in loco qui Tauriana dicitur sita est preerat, cognovisse se asse-
rit. Qui isdem presbyter in eodem loco in quo aque calide vapores nimios faciunt, quotiens
necessitas corporis exigebat, lavari consueverat. Ubi dum quadam die fuisset ingres-

Invenit quendam incognitum virum ad suum obsequium preparatum qui sibi calciamenta de pedibus abstraheret, vestimenta susciperet, exeunti de caloribus sabana preberet atque omne ministerium cum magno famulatu perageret. Cumque hoc sepius fieret, idem presbiter die quadam ad balneum iturus intra semetipsum cogitans dixit: Viro illi qui michi solet tam devotissime ad lavandum obsequi ingratus non debeo apparere, sed aliquid me necesse est ei pro munere portare. Tunc duas secum oblationum coronas detulit. Qui mox ut venit ad locum hominem invenit atque ex more eius obsequio in omnibus usus est. Lavit itaque et cum iam vestitus voluisset egredi, hoc quod secum detulerat obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens ut benigne susciperet. Cui ille merens afflictusque respondit: Michi ista quare das pater? Iste panis sanctus est. Ego hunc manducare non possum. Me etenim quem vides aliquando huius loci dominus fui. Sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autem michi aliquod prestare vis beneficium, omnipotenti deo pro me offer hunc panem et pro peccatis meis intercede. Et tunc exauditum te esse cognosce cum huc ad lavandum veneris et me minime inveneris. In quibus verbis disparuit, et is qui homo esse videbatur evanescendo innotuit quod spiritus fuit. Idem vero presbiter ebdomada continua se pro eo in lacrimis afflixit, salutarem hostiam cotidie obtulit. Et reversus post ad balneum eum minime invenit. Que ex re quantum prosit animabus inmolatio sacre oblationis ostenditur, quando hanc et ipsi mortuorum spiritus a viventibus petunt et signa indicant quibus per eam absoluti videantur.

Quod bonum sit a fratribus propria prohibendus

Neque hoc silendum puto quod actum in meo monasterio ante hoc triennium recordor. Quidam namque monachus Justus nomine medicine arte fuerat imbutus. Qui michi in eodem monasterio constituto sedule obsequi atque in assiduis egritudinibus meis excubare consueverat. Hic itaque languore corporis preventus ad extremum deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater germanus nomine Copiosus serviebat, qui ipse quoque nunc in hac urbe per eandem medicine artem temporalis vite stipendia sectatur. Sed predictus Justus cum iam se ad extremum pervenire cognovisset, eidem Copioso fratri suo quia occultos tres aureos haberet innotuit. Quod nimirum fratribus non potuit celari. Sed subtiliter indagantes atque omnia medicamenta perscrutantes eosdem tres aureos invenerunt in medicamine absconditos. Quod mox ut michi nuntiatum est, tantum malum de fratre qui nobiscum communiter vixerat equanimiter ferre non valui, quippe quia eiusdem monasterii nostri semper regula fuerat ut cuncti fratres ita communiter viverent quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio merore perculsus cogitare cepi vel quid ad purgationem morientis facerem vel quid exemplo viventibus fratribus providerem. Pretioso igitur eiusdem monasterii preposito ad me accito dixi: Vade et nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat. Nec sermonem consolationis ex cunctorum ore percipiat.

Sed cum in morte constitutus quesierit · ita carnalis frater suus dicat · Quia pro solidis quos occulte habuit a cunctis fratribus abhominatus sit · ut saltem de morte de culpa sua mentem illius amaritudo transverberet · atque a peccato quod perpetravit purget · Cum vero mortuus fuerit corpus illius · cum fratrum corporibus non ponatur · sed quamlibet fossam in sterquilinio facite · et in eam corpus eius proicite · Ibique super eum tres aureos quos reliquit iactate · simul omnes clamantes · Pecunia tua tecum sit in perditione · et sic eum terra operite · In quibus utrisque rebus unam morienti · alteram vero volui viventibus fratribus prodesse · ut et illum amaritudo mortis a culpa solubilem faceret · et istos avaritie tanta dampnatio misereri in culpa prohiberet · Quod ita factum est · Nam cum idem monachus pervenisset ad mortem · atque anxie quereret se fratribus commendare · nullus ex fratribus ei applicare et loqui dignaretur · ei carnalis frater cur ab omnibus esset abhominatus indicavit · Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit · atque in ipsa tristitia e corpore exivit · Qui ita est sepultus ut dixeram · Sed fratres omnes eadem eius sententia perturbati · ceperunt singuli extrema quoque et vilia et que eis habere regulariter semper licuerat ad medium proferre · et vehementer formidare · ne quid de se esset unde reprehendi potuissent · Cum vero post mortem eius dies triginta iam fuissent evoluti · cepit animus meus defuncto fratri compati · eiusque cum dolore gravi supplicia pensare · et si quod esset ereptionis eius remedium querere · Tunc evocato ad me eodem Precioso · monasterii nostri preposito tristis dixi · Diu est quod frater ille qui defunctus est in igne cruciatur · debemus ei aliquid caritatis impendere · et eum in quantum possumus ut eripiatur adiuvare · Vade itaque et ab hodierno die diebus triginta continuis offerre pro eo sacrificium stude · ut nullus omnino pretermittatur dies · quo pro absolutione illius salutaris hostia non immoletur · Qui protinus abcessit et paruit · Nobis autem alia curantibus · atque evolutos dies non numerantibus · isdem frater qui defunctus fuerat ~~apparuit~~ Nocte quadam fratri suo germano Copioso per visionem apparuit · Quem ille cum vidisset inquisivit dicens · Quid est frater · Quomodo es · Cui ille · Respondit · Nunc usque male fui · sed iam bene sum · Quia hodie communionem recepi · Quod isdem Copiosus pergens protinus indicavit in monasterio fratribus · Fratres vero sollicite computaverunt dies · Et ipse dies extiterat quo pro eo tricesima oblatio fuit impleta · Cumque et Copiosus nesciret · quid pro eo fratres agerent · et fratres ignorassent quid de illo Copiosus vidisset · uno eodemque tempore · dum cognoscit ille quid isti egerant · atque isti cognoscunt · quid ille viderat concordante simul visione et sacrificio res aperte claruit · quia frater qui defunctus fuerat · per salutarem hostiam supplicium evasisset · **Petrus** · Mira sunt valde que audio · et non mediocriter leta ·

lxj · **Gregorius Capitulum Sexagesimum primum lxi**

Ne nobis de dubia veniant verba mortuorum · Confirmant hec facta viventium · Nam vir vite venerabilis Cassius · Narniensis episcopus · qui cotidianum deo sacrificium offerre consueverat · se quoque in lacrimis intra ipsa sacrificiorum actione mactabat · mandatum domini per unum suum in visione presbiterum suscepit dicens · Age quod agis · Operare quod operaris · Non cesset pes tuus · Non cesset manus tua · Natali apostolorum venies ad me et retribuo tibi mercedem tuam. Qui post annos septem ipso natalicio apostolorum die cum missarum solempnia peregisset. Et misteria sacre communionis accepisset e corpore exivit. Capitulum lvij

Hoc quoque audivimus quendam apud hostes in captivitate positum et in vinculis religatum fuisse. Pro quo sua coniux diebus certis sacrificium offerre consueverat. Qui longo post tempore ad coniugem reversus quibus diebus eius vincula solverentur innotuit. Eiusque coniux illos fuisse dies quibus pro eo offerebat sacrificium recognovit. Quod et alia nobis re que ante annos septem gesta est certissime confirmatur.

Agatho etenim Panormitanus episcopus sicut fideles multi ac religiosi viri mihi testati sunt atque testantur. Romam beate memorie decessoris mei tempore iussus esset Romam venire navem eius nimie tempestatis contulit. ita ut se eo in undarum periculo evadere posse diffideret. Nauta vero illius Varaca nomine qui nunc eiusdem ecclesie clericatus officio fungitur post navim carabum regebat. Cuius rupto fune cum eadem carabo quem regebat inter undarum cumulos repente disparuit. Navis autem in qua episcopus erat post multa pericula ad Hosticam insulam fluctibus quassata pervenit. Cumque die tercio episcopus nautam qui ab eo abreptus carabo fuerat in nulla maris parte vidit apparere vehementer afflictus mortuum credidit. Et quod pro obsequio caritatis homini quod mortuo debebat impendit, ut omnipotenti deo pro absolutione eius anime offerri sacrificium victime salutaris iuberet. Quo oblato restaurata navi perrexit ad Ytaliam. Cumque ad romanum portum venisset, illic nautam repperit quem mortuum putavit. Tunc de inopinata consolatione gavisus est. eumque qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo vivere potuisset inquisivit. Qui videlicet indicavit quotiens in illius tempestatis fluctibus cum eodem quem regebat fuisset carabo versatus. qualiter cum illo undis pleno nataverit. Et quotiens eo a superiori parte deorsum verso ipse carine eius supersederit. Adiungens. Cum diebus ac noctibus hoc incessanter faceret, iamque eius virtus funditus ex fame simul et labore tendisset. quo eum ordine divina misericordia servavit. Indicavit etenim quod etiam nunc usque testatur dicens. Laborans in fluctibus atque deficiens. subito mentis pondere sum gravatus. ita ut neque depressus sompno neque vigilare me crederem. Et ecce in medio mari michi positio quidam apparuit. qui michi panem ad refectionem detulit. Quem mox ut comedi vires recepi. Nec longe post navis transiens affuit. que me ab illo undarum periculo suscepit. atque ad terram deduxit. Quod scilicet episcopus audiens, requisivit diem. atque illum fuisse diem repperit. quo pro illo presbiter in Hosticana insula. omnipotenti domino hostiam sacre oblationis immolavit. Petrus. Et que narras ipse quoque in Sicilia positus agnovi. Gregorius. Capitulum lviij

Ego vero credo quia hoc tam aperte viventibus ac nescientibus agitur ut cunctis hec agentibus atque nescientibus ostendatur. quia si insolubilis culpa non fuerit ad absolutionem prodesse. Et mortuis sacre oblationis victima possit. Sed sciendum est quia illis sacre victime mortuis prosunt qui hic vivendo obti meruit ut eos etiam post mortem bona adiuvent que hic pro ipsis ab aliis fiunt.

Inter hec autem pensandum est quod tutior via sit ut bonum quod quisque post mortem suam sperat agi per alios agat dum vivit ipse per se. Beatius quippe est liberum exire quam post vincula libertatem acquirere. Debemus namque presens seculum quia iam conspicimus defluxisse tota mente contempnere, cottidiana deo lacrimarum sacrificia, cottidianas carnis eius et sanguinis hostias immolare. Hec namque singulariter victima ab eterno interitu animam salvat, que illam nobis mortem unigeniti per misterium reparat, qui licet surgens a mortuis iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur, tamen in se ipso immortaliter et incorruptibiliter vivens pro nobis iterum in hoc misterio sacre oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in salutem populi partitur, eius sanguis non iam in manus infidelium sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis sacrificium hoc quod pro absolutione nostra passionem unigeniti filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri, in illo ihesu christi misterio angelorum choros adesse, summis yma sociari, terrena celestibus iungi, unum quid ex visibilibus atque invisibilibus fieri.

Capitulum lviiii

Sed necesse est ut cum hec agimus nosmetipsos deo in cordis contritione mactemus, quia qui passionis dominice misteria celebramus debemus imitari quod agimus. Tunc ergo vere deo pro nobis hostia erit cum nos ipsos hostiam fecerit. Sed studendum nobis est ut etiam post orationis tempora in quantum deo largiente possumus in ipso animum suo pondere et vigore servemus, ne post cogitatio fluxa dissolvat, ne vana menti letitia subrepat, et lucrum compunctionis anima per incuriam fluxe cogitationis perdat. Sic quippe quod poposcerat Anna obtinere meruit quia se post lacrimas in eodem mentis vigore servavit. De qua nimirum scriptum est: Et vultus eius non sunt amplius in diversa mutati. Que igitur non est oblita quod petiit non est privata munere quod poposcit.

Capitulum lx

Sed inter hec sciendum est quia ille veraciter sui delicti veniam postulat qui prius hoc quod in ipso delinquitur relaxat. Munus ergo non accipitur nisi ante ab animo discordia pellatur, veritate dicente: Si offers munus tuum ad altare et recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum. Qua in re pensandum est cum omnis culpa munere solvatur, quam gravis sit culpa discordie pro qua nec munus accipitur. Debemus itaque ad proximos quamvis longe positos longeque disiunctos mente ire, eorum animum subdere, humilitate illum ac benivolentia placare. Et si conditor noster dum tale placatum nostre mentis conspexerit, a peccato nos solvit qui munus pro culpa suscipit. Veritatis autem voce didicimus quia servus qui decem milia talenta debebat penitentiam agens absolutionem debiti a domino accepit, sed quia conservo suo centum sibi denarios debenti non dimisit debitum, et hoc est ei iussum exigi quod ei fuerat dimissum. Ex quibus profecto constat quia si hoc quod in nobis delinquitur ex corde non dimittimus

Et illud rursus cogitemus quod nobis iam per penitenciam dimissum fuisse gaudeba-
mus. Agimus dum per indulti temporis spacium ~~temporis~~. Licet dum iudex sustinet
dum conversionem nostram is qui culpas examinat expectat. Offeramus cum lacrimis
contricionem mentis. Tribuamus cum proximis graciam benignitatis. Et fidenter
dico quia salutari hostia post mortem non indigebimus. Si ante mortem deo
hostia ipsi fuerimus. Quod nobis prestare dignetur ~~[illegible]~~

Explicit quartus liber dyalogorum Beati Gregorii pape

Sermo de obitu Beati Martini Episcopi

Martinus obitum suum longe ante prescivit. Dixitque fratribus dissolucionem sui cor-
poris imminere. Interea causa extitit qua Condatensem dyocesim visitaret. Nam cle-
ricis inter illius ecclesie discordantibus, pacem cupiens reformare. Licet finem
dierum suorum non ignoraret, proficisci tamen ob istiusmodi causam bonam hanc
virtutum suarum consummacionem existimans si pacem ecclesie redditam reliquisset. Ita pro-
fectus cum suo illo ut semper frequentissimo discipulorum sanctissimoque comitatu mer-
gos in flumine conspicatur piscium predam sequi et rapacem ingluviem assiduis urge-
re capturis. Forma inquid hec demonum est. Insidiantur incautis. Capiunt nescientes.
Captos devorant. Exsaturarique non queunt devoratis. Imperat deinde potenti verbo
ut gurgitem in quo natabant relinquentes aridas peterent desertasque
regiones. Ea nimirum contra aves illas usus imperio quo demones fugare consueverat.
Ita gregatim factis omnibus in unum ille volucres congregate relicto flumine montes silvasque
petierunt non sine admiracione multorum qui tantam in Martino videbant virtutem
ut eciam avibus imperaret. Aliquandiu ergo in vico illo vel in ecclesia illa ad quam
ierat commoratus pace inter clericos restituta. Cum iam regredi ad Monasterium
cogitaret viribus corporis cepit repente destitui. Convocatisque discipulis indicat se
iam resolvi. Tunc vero meror et luctus omnium vox una plangencium. Cur nos pater
deseris aut cui nos desolatos relinquis. Invadent enim gregem tuum lupi rapaces. Et
quis eos a morsibus eorum percusso pastore prohibebit. Scimus quidem desiderare te Christum.
Sed salva tibi sunt premia nec dilata minuentur. Potius nostri miserere quos deseris.
Tunc ille motus hiis fletibus ut totus semper in domino misericordie visceribus
affluebat lacrimasse perhibetur. Conversusque ad dominum hac tantum flentibus voce
respondit. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem. Fiat
voluntas tua. Nimirum inter spem amoremque positus dubitabat pene quid mallet.
Quia nec hos deserere nec a Christo volebat diucius separari. Nichil tamen de voto
suo ponens sue voluntati relinquens totum se domini arbitrio potestatique commisit. Domine p

Istis paucissimis verbis dicere videtur / Gravis quidem est domine corporee pugne
milicie et iam satis est quod usque certavi. Sed si adhuc in eodem labore pro castris
tuis me stare precipis. Non recuso, nec fatiscentem causabor etatem. Munia tua
devotus implebo. Sub signis tuis quoad tu ipse iusseris militabo. Et quamvis optata
sit missio seni post laborem est tamen animus victor annorum et cedere nescius senectuti.
Sed si parcis etati. Bonum est michi domine voluntas tua. Hos vero quibus timeo
ipse custodias. O virum ineffabilem / nec labore victum / nec morte vincendum / qui in nullam
se partem pronior declinavit / nec mori timuit / nec vivere recusavit. Itaque cum iam per
aliquot dies vi febrium teneretur / non tamen a dei opere cessabat / pernoctans in oracioni-
bus et vigiliis fatiscentes artus spiritui servire cogebat. Nobili illo strato suo in cine-
re et cilicio recubans. Et cum a discipulis rogaretur / ut saltem vilia sibi sineret stramenta sup- vilia
poni. Non decet inquid o filii christianum nisi in cinere mori. Ego si aliud exemplum vobis
relinquo peccavi. Oculis ac manibus in celo semper intentis invictum ab ora-
cione spiritum non relaxabat. Et cum a presbiteris qui tunc ad eum confluxerant rogaretur
ut corpusculum lateris mutacione relevaret. Sinite inquit sinite me fratres celum potius
respicere quam terram. Ut suo iam itinere iturus ad deum spiritus dirigatur. Hec locutus
diabolum vidit prope assistere. Quid hic inquit astas cruenta bestia. Nichil in me fu-
neste reperies. Abrahe me sinus recipiet. Cum ergo hac voce fatigatum divinis
operibus spiritum celo reddidit. Testantur nobis qui affuerunt iam eo animam reddente
glorificati hominis se vidisse gloriam. Vultus luce clarior renitebat, cum membra
cetera nec tenuis quidem macula fuscaret. In aliis etiam et in illo tunc nos latebat non
pudendis septennis quodammodo pueri gracia videbatur. Quis iste umquam cilicio
tectum. Quis cineribus crederet involutum. Ita vitro purior, lacte candidior iam
ex quadam future resurreccionis gloria et natura demutate carnis ostensus est.
Iam vero in obsequium funeris credi non potest / quanta hominum multitudo convenit.
Tota obviam corpori civitas ruit. Cuncti ex agris et vicis. Multique ex vicinis etiam
urbibus affuerunt. O quantus luctus omnium. Quanta precipue lamenta monachorum.
Quorum eo die fere ad duo milia convenisse dicuntur. Specialis Martini gloria cuius
exemplo in domini servitutem stirpes tanta fructificaverat. Agebat nimirum an-
te pastor compulsus greges suos sancti illius multitudinis pallidas turbas. ~~Et~~
agmina palliata et aut emeritorum laborum senes aut iuratos in christi sacramenta tiro-
nes. Tunc virginum chorus fletu abstinens pudore, cum letandum potius illa esse
sentiret, que iam sub dei gremio consederet quam sancto dissimulabat gaudio quod
dolebat. Et si quis fides fletum prohiberet, gemitum extorquebat affectus. Etenim
in tanta erat de illius gloria consolacio quam pia de morte perturbacio / ut ignosceres
flentibus gratulareris gaudentibus. Quia et pium est gaudere Martino et pium est
flere Martinum. Dum unusquisque et sibi prestat quod doleat et illi debeat ut gaudeat.
Huius igitur viri corpus usque ad locum sepulchri hympnis canora celestibus turba
prosequitur. Comparetur si placet secularis illa pompa. Non dicam funeris / sed triumphi. Quid

Quid simile Martini exequiis conferetur? Ducant illi ante currus suos victos post terga captivos. Martini corpus hii qui mundum duce illius vicerant prosequuntur. Illos confusis plausibus populorum honoret insania, Martino divinis plauditur psalmis. Illi post triumphos suos in tartara seva truduntur, Martinus Abrahe sinu letus excipitur. Martinus hic pauper et modicus celum dives ingreditur, hymnis celestibus honoratur.

Incipit epistola Gregorii Turonensis episcopi de transitu beati Martini

Archadio et Honorio imperantibus, sanctus Martinus Thuronorum episcopus, plenus virtutibus et sanctitate, prebens infirmis multa beneficia, octogesimo primo etatis sue anno, episcopatus autem xxvi, apud Condatensem dyocesis sue vicum excedens a seculo feliciter migravit ad Christum. Transiit autem media nocte que dominica habebatur, Attico Cesarioque consulibus. Multi enim in eius transitu psallentium voces audierunt de celo, quod in libro virtutum eius primo plenius exposuimus. Nam cum primum sanctus Dei apud Condatensem, ut diximus, vicum egrotare cepisset, Pictavi populi ad eius transitum sicud Thuronici convenerunt. Quo migrante grandis altercatio inter utrosque surrexit populos. Dicebant enim Pictavi: Noster est monachus, nobis abbas extitit, nos requirimus commendatum. Sufficiat vobis ut dum esset in mundo episcopus fruimini eius colloquio, participastis convivio, firmati estis benedictionibus, insuper et virtutibus iocundati. Sufficiant vobis ista, nobis liceat auferre vel cadaver exanime. Ad hec Thuronici respondebant: Si virtutes nobis factas sufficere dicitis, sciatis quia apud vos positus amplius quam hic operatus est. Nam ut pretermittamus plurima, vobis suscitavit duos mortuos, nobis unum. Et ut ipse dicebat, maior ei virtus fuit ante episcopatum quam post episcopatum. Ergo necesse est ut quod nobis non explevit vivens, expleat vel defunctus. Vobis enim ablatus, nobis a Deo donatus est. Nam si mos antiquitus institutus servatur, in urbe qua ordinatus est, Deo iubente, habebit sepulchrum. Certe si pro monasterii dignitate ~~[illegible]~~ eum reposcere vultis, scitote quia primum ei monasterium Mediolanensis fuit. His ergo litigantibus, sole ruente dies clauditur. Corpus quoque in medio positum ab utroque populo custoditur, ut mane facto a Pictavis per violenciam auferretur. Sed Deus omnipotens noluit urbem Thuronicam a propria frustrari patrono. Denique nocte media omnes Pictavi a sompno fallente (?) comprimuntur, ut nullus superesset qui ex hac multitudine vigilaret. Igitur ubi Thuronici conspiciunt eos obdormisse, apprehensam sanctissimi glebam, alii per fenestram eiciunt, alii deforis suscipiunt, positamque in navi cum omni populo per Vigennam fluvium descendunt, ingressique Ligeris alveum ad urbem Thuronicam cum magnis laudibus psallentioque plurimo dirigunt copiosum. De quorum vocibus Pictavi expergefacti, nihil de thesauro quem custodiebant habentes, cum magna confusione ad propria sunt reversi. Quod si quis requirat cur post transitum Gaciani episcopi unus tantum, id est Litorius, usque ad sanctum Martinum fuisset, noverit quod obsistentibus paganis

Nota de quo

Et restiterunt Thuronici Pictavis [illegible] quando pre ebrietate dormivissent

[illegible] pictavini [illegible] et [illegible]

Corpus Martini quibus abstulit [illegible]

Dum civitas Turonica sine benedictione sacerdotali fuit. Nam christiani qui eo tempore videbantur, occulte per latebras divinum officium celebrabant. Nam si qui a paganis reperti fuissent. aut affligebantur verberibus. aut gladio truncabantur. A passione ergo domini usque ad transitum beati martini. anni quadringenti duodecim supputantur.

De eo quod sanctus Severinus in transitu sancti Martini vidit

Beatus Severinus Coloniensis episcopus vir honeste vite et per cuncta laudabilis. Dum die dominica loca sancta ex consuetudine post matutinas cum suis clericis circuiret. Illa hora qua vir beatus obiit. Audivit chorum psallentium in sublimi. Vocatoque archidiacono interrogabat si aures eius percuterent voces quas ille audiret. Inquit nequaquam. Ait ille. Diligentius ausculta. Archidiaconus vero cepit sursum collum extendere. aures erigere super summos articulos baculo sustentante stare. Sed credo eum non fuisse equalis meriti. a quo hec non merebantur audiri. Tunc prostrati in terram ipse pariter et beatus episcopus. dominum deprecantur. ut hec ei divina pietas audire permitteret. Erectis autem sursum interrogat senex. Quid autem audis. Cui ait voces psallentium tamquam in celo audio. Sed quid sit prorsus ignoro. Cui ille. Ego quid sit tibi narrabo. Dominus meus martinus episcopus migravit ex hoc mundo. Et nunc angeli canendo eum deferunt in excelsum. Et ut parumper moraretur. ut hec audirentur diabolus cum nequiis angelis retinere temptavit. Nihilque sui in eodem reperiens confusus abscessit. Quid ergo de nobis peccatoribus erit. Cum talem sacerdotem voluit pars iniqua nocere. Hec sacerdote loquente. notato tempore archidiaconum Turonis misit velociter. qui hec diligenter inquireret. Qui veniens eodem die hora qua. Manifestissime cognovit transisse beatum virum. Qua sanctus Severinus audivit psallentium chorum.

De eo quod sanctus Ambrosius in transitu eius vidit

Eo tempore beatus ambrosius. cuius hodie flores eloquii per totam ecclesiam redolent. Mediolanensi civitati preerat episcopus. Cui celebranti festa dominice diei. ista erat consuetudo ut veniens lector cum libro non ante legere presumeret. quam sanctus nutu iussisset. Factum est autem ut illa die dominica post prophetica lectionem iam lector ante altare staret. qui lectionem beati pauli proferret. Beatissimus antistes Ambrosius super sanctum altare obdormivit. Quod videntes multi. cum nullus penitus excitare eum presumeret. Transactis fere duabus aut tribus horarum spatiis. commonent eum dicentes. Iam hora preteriit. Iubeat dominus lectori lectionem legere. Expectat enim populus valde iam lassus. Respondit autem beatus Ambrosius. Nolite inquit turbari. Multum enim mihi valet sic obdormisse. cui tale miraculum dominus ostendere dignatus est. Nam noveritis fratrem meum martinum sacerdotem egressum de corpore fuisse. me autem eius funeri obsequium prebuisse. Peracto ergo ex more servitio capitulum tantum vobis excitantibus non explevi. Tunc illi stupefacti sunt et admirantes. diem et tempus notant. sollicite requirentes. Et ipsum diem tempus quod reperimus, quo beatum confessorem deprecati sunt eius obsequiis deservisse. O beatum virum in cuius transitu sanctorum canit numerus, angelorum exultat chorus, omniumque celestium virtutum occurrit exercitus. Diabolus presumptione confunditur. Ecclesia virtute roboratur. Sacerdotes revelatione glorificantur. Quem Michael assumpsit cum angelis, Maria suscepit cum virginibus, paradisus retinet letus cum sanctis. Sed quid nos in laudem eius temptamus, quod non sufficimus adimplere? Ipse enim est laus illius, cuius laus ab ore eius numquam recessit, Ihesus Christus dominus noster. Qui cum patre vivit et

Cap. Quomodo translatum est corpus eius

Opere pretium est enim inserere lectioni, qualiter sanctum corpusculum eius de loco ubi nunc adoratur fuerit Deo annuente translatum. ~~Anno lxiiii~~ post transitum gloriosi domini Martini, beatus Perpetuus Turonice sedis cathedram sortitus est dignitatis. Accepitque hoc opus cum magno nostrorum consensu. Fundamenta templi ampliora quod fuerat super beata membra locare disposuit. Quod sagaci consilii studio mirifice magnoque reparavit effectu. De qua fabrica in libro quem loquimur extat. Et quia presens est vita Domini, melius putavimus. Conveniunt ergo optato tempore sacerdotes, ut templum dedicarent et sanctum corpusculum a loco ubi sepultum fuerat transferretur. Convocaverat beatus Perpetuus ad diem festum vicinos pontifices, sed et abbates ac diversorum clericorum non minimam multitudinem. Et quia hoc in ~~kalendis~~ iulii agere volebant, vigilata una nocte, facto mane, accepto sarculo terram que super sanctum erat tumulum reperiunt effodere. Quo detecto manus eum ut commoverent iniciunt. Ibique multitudo laborans nichil proficiens profecit. Vigilata deinde alia nocte, mane temptantes iterum nichil omnino agere potuerunt. Tunc conturbati atque conterriti quid facerent nesciebant. Dicit unus ex clericis: Scitis quia post hoc triduum natalis episcopatus eius fuisse consuevit? Forsitan nobis hac die se transferri admonet. Tunc ieiuniis et orationibus ac iugi psalmodie die noctuque consistentes, triduum illud gemebundi duxerunt. Quarta autem die accedentes ponentesque manus, non valebant penitus movere sepulchrum. Pavore autem omnes conterriti, iamque de hoc similes ut terra vasculum quod detexerant operirent. Apparuit eis veneranda canitie senex ad instar nivis candorem preferens, dicens se esse abbatem. Et ait illis: Usquequo gemitis et tardatis? Non videtis domnum Martinum stantem et vos iuvare paratum, si manus apponitis? Tunc iactans pallium quo vestiebatur, posuit manum ad sarcophagum cum reliquis sacerdotibus cunctis paratis. Crucibus exposita atque antiphona decantata, cuncti vocibus psallentes concrepant. Tunc ad senis contactum promptissime sarcophagum ~~[illegible]~~ cum summa levitate commotum in loco ubi nunc adoratur Domino annuente perducunt. Quo ad voluntatem sacerdotis composito, dictis etiam missis, ut ventum est ad convivium, requirentes sollicite senem nequaquam reperiunt. Sed neque quisquam cognovit quis eum de basilica exire vidisset. Credo aliqua fuisset virtus angelica, que beatum virum se vidisse pronuntiavit, et deinceps nulli comparuit. In quo loco ex illa die multe virtutes facte sunt, que negligentia non fuerunt scripte. Nobis vero dolet. Quanto magis pre

Que sicut vidimus, cum factum esse cognovimus, dubitare nequivimus. Regnante
domino nostro ihesu christo Qui cum patre et spiritu sancto vivit et Regnat. Per omnia
secula seculorum ~~Amen~~ etc.

Explicit Translatio beati Martini Episcopi

Nota quod Beatus Iheronimus dicit in vitaspatrum. de quodam viro sancto. qui Rogavit deo
ut Revelaretur ei et ostenderet qualiter anima de corpore sine angustia duceretur. Factum
est quadam die de cellula sua egreditur. Vidit ante se pauperem iacentem iuxta viam
In extremis vite laborantem Audivit quoque circa illum angelos stantes et animam expectantes
ut illam deportarent ad celestem locum quietis. Tamque ibi moram facerent angeli de sonuit
vox de celo ad angelos ibi stantes dicens. Ut quid tam diu illic moramini. Et dixerunt
angeli. Precepit deus ut sine angustia corporis hanc animam educamus. quod non possumus
. Et hoc dicto statim multitudo angelorum et prophetarum descendit cum musicis instrumentis in mo-
dulatione. quorum dulcissona delinita est anima et egressa a corpore absque omni angustia
. Et cum illo sancto comitatu ad celum protinus euolauit etc.

Nota quod olim in Constantinopoli In quadam ecclesia erat ymago beate virginis. In
qua dependebat velum. quod totam cooperiebat ymaginem. Hoc velum sexta feria
post vesperas recedebat ab ymagine nullo movente. Sed sic miraculose quasi deferretur
in celum. Ita ut ad plenum posset ymago a populo videri. Celebratis vesperis in sabbato
descendebat ante eandem yconiam .i. ymaginem. Ibi manebat usque ad sextam feriam. Hoc
viso miraculo. Factum est ut semper illa feria in ecclesia de sancta Maria cantaretur. Vel
ideo quia est nobis porta ad Regnum celorum. quod per diem dominicum figuratur. Unde solep-
nizamus de illa feria septima. que precedit diem dominicum. etc.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Vite mundi quis dubitet meritis stare sanctorum virorum scilicet quorum in hoc volumine vita prefulget. Nam eoque lumina nova tota mente fugerunt mundoque illico heremi vaste secreta intrant. Ibi prerubiles rupes formidolosis antris cavitates non esuriunt neque sitiunt quia verbum dei sustentat pascit eos: horum meritis sublevere horum supplicationibus veniam merearis in die fidos- prorum.

Beatifico siquidem et admiror laudabile propositum tuum ut dignum est. Nam cum plurimi religiosam vitam professi circa vana et inania plurimis seculi studium suum impendant. Et iuxta prophete oraculum lapides sanctuarii dispersi sunt in capite omnium platearum. Ex hoc valde gaudeo quia in verbo edificationis et sancte scripture doctrina informari desideras sanctorum quoque patrum conversationes et instituta perquiris.

Igitur dignissime in episcopatu agens tam desideranti tibi spiritualem de- corum quos in dei rebus spectatos vidi et eandem virtutis moralem quoque doctrinam paucis libelli compendio declarare temptabo quatinus in proposito pietatis tibi dux et materia bonorum operum et eorum qui tecum sunt et qui postere erunt doctor efficiaris scriptorum. Et oro tene spiritualis simplicitatem eloquii. Nec polite a me exigas stili venustatem. Nec enim operis est divine doctrine sophistice et eloquentie figure sermones sed suadere mentes hominum in fide et operibus veritatis et in quibus scriptum est. Aperies tamen verbo dei et veritati non aspernaris verba seniorum cum ipse dixerit apostolis suis. Tempore sanctorum patriarcharum et prophetarum abraham scilicet ysaac et iacob moysi helie et iohannis ideo a precedentibus scripta est fides et conversatio non tamen ut illos glorificarent quos tunc dominus glorificaverat et in regno suo gloriosus habebat. Sed ut legentibus posterum conferrent veritatis doctrina et exemplum salutis. Accipias ergo a nobis non diserta sed fortia verba non putata sanctos imitare quos legis predicta quos diligis. Ex hoc enim auditores tui sancti amatores Christi pervenient ad eternam salutem.

Quidam sanctorum seniorum primum interrogantibus se monachis de cibi abstinentia dixit. Oportet filioli ut hec omnia omnes requie presentis vite sine delectationes corporeas ac ventris suavitate ut et hore ab eis non requiramus. Et dabit nobis deus ipse celestes honores et requiem in vita eterna gloriosam quam leticia cum angelis sanctis.

Idem autem senior dixit quia naturaliter inest homini esurire. Oportet autem sumere cibum ad necessitates corporis sustentationes non tamen in passione seu saturitate ventris. Natura et sompnus naturaliter inest homini. Sed non in saturitate seu consuetudine corporis quo possimus humiliare passiones ac vicia carnis. Venectas ei sompnum nimie sensum quoque hominis stupidum quoque pigrum quoque reddit. Vigilie autem sensum quoque etiam mentem in deum sobriorem ac puriorem efficiunt. Item et sancti presbyteri dixerunt quia vigilie sancte purificant et illuminant mentem. Sed etiam et irasci naturaliter inest homini sed non in commotione passionis. Et ut irascatur contra semet ipsum ob et vicia sua et finaliter emendare et a se abscindere possit. Sed non et si quid primum et quod preceptum dei videamus alios agere oportet nos contra vicia quidem irasci. Ipsos vero diligenter corripere et instruere ac monere ut eternam salutem et ad vitam eternam perveniant.

Erat aliquis vehementer impugnatus ab immundo spiritu fornicationis. Expugnans autem nimium abiit ad quendam

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

sanctum et probatum in virtutibus seniorem. Et confessus est quod patiebatur impugnationem a spiritu fornicationis. Hec ut audivisset senior consolatus est eum, docens spiritualibus verbis de virtute patientie et dicens: sicut scriptum est, viriliter agite et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino. Reversus ergo frater ad cellulam suam, et ecce iterum impugnatio insistebat ei. Ipse autem festinavit pergere denuo ad supradictum seniorem. Videns autem senior iterum deprecabatur eum ut patienter et indefesse sustineret. Dicebat quoque ei: Crede fili quoniam mittet tibi dominus Ihesus Christus auxilium de celo sancto suo ut possis superare passionem hanc. Confortatus autem frater monente seniore remeavit ad cellulam suam. Et iterum impugnatio valde gravabat cor eius. Et statim eadem hora noctis reversus est ad seniorem. Et deprecabatur eum ut iterum pro eo dominum exoraret. Tunc dixit quoque ei senior: Ne pertimescas fili neque desperares neque abscondas cogitationes tuas, ita et confusus spiritus immundus discedet a te. Nichil enim ita allidit virtutem demonum quam si quis secreta immundarum cogitationum re revelaverit senioribus ac virtuosissimis patribus. Viriliter age fili et cor confortetur tuum et sustine dominum. Ubi enim durior est pugna ibi gloriosior erit et corona. Denique sanctus propheta Ysayas dicit: Numquid invalida est manus domini ad salvandum, vel aggravata est auris eius ut non exaudiat. Considera ergo filiole quia certamine tuum expectat deus tibi quod dyabolum dimicantem par[illegible] corona. Ideo monet nos sancta scriptura dicens quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Hec audiens frater confirmatum est cor eius in domino et permansit apud seniorem noluitque ulterius redire ad cellam suam.

Erat quidam frater in heremo Scythie promptus et alacer in operibus dei in spirituali conversatione. Huic autem inimicus quidem humani generis diabolus immisit cogitationes ut recordaretur cuiusdam nobilis sibi mulieris pulchritudine. Et cum habuit in cogitationibus sui cordis vehementer, contigit autem quadam dispensatione dei ut alius quidam frater de Egypto veniret ad visitandum eum in caritate Christi. Et dum inter se loquerentur evenit sermo ut diceret frater ille de Egypto quod mortua est mulier illa. Ipsa autem erat in cuius pugna impugnabatur supradictus frater. Hec autem cum audisset frater ille post dies paucos abiit ad locum illum ubi posita erat corpus illius defuncte mulieris. Et aperuit nocte sepulchrum eius et de pallio suo extersit saniem putredinis eius. Et reversus est ad cellulam, ponebat quoque illum fetorem in conspectu suo et dicebat cogitationibus suis: Ecce habes desiderium quod querebas, sana. Et ita in illo fetore cruciabat semet ipsum usque quo cessaret ab eo sordidissima impugnatio.

Item alius frater erat in heremo. Habitabat in loco qui dicitur Cellia et impugnabant eum demones in passione fornicationis. Cogitabat autem sensus ipsius dicens quod forsitan cogitas magis in opere manuum laborare ut extenuetur carnalis sensus eius. Erat autem idem frater artifex figulus. Exurgens autem fecit in luto et plasmavit sibi in figuram mulieris. Et dixit cogitationibus suis: Ecce uxor tua. Necessarium est ergo ut super consuetudinem abbas in opere manuum suarum. Et post aliquantos dies iterum similiter fecit ex luto et plasmavit quasi filiam sibi et dixit cogitationibus suis. Ecce genuit uxor tua necessarium ergo est ut magis ac magis quo amplius exerceas opera manuum ut possis pascere ac vestire te et uxorem ac filiam tuam. Et ita plurimo labore macerabat corpus suum ut non praevaleret iam supportare tantum laborem. Tunc dixit cogitationibus suis. Si iam non praevales in tantum istum sustinere laborem, neque mulierem requiras. Videns autem deus ferventis propositi meritis eius praestante castitatis abstulit ab eo molestiam impugnationis demonum. Et glorificavit dominum super magnitudine gratiae suae.

Quidam frater interrogavit beatum abbatem pastorem dicens. Quid faciam pater, quia impugnat me passio fornicationis et rapior in passionem furoris. Et dixit ei senior. Ideo itaque David psalmista dicebat quia leonem quidem interficiebam et ursum frequenter suffocabam. Hoc autem ita intelligitur quia furorem abscidebam ab animo meo, fornicationem autem in laboribus affligebam.

Consilium habuerunt inter se sancti patres et ceteri monachi habitantes in heremo Scythie et consenserunt ut abbatem Ysaac presbiterum eis ordinarent in ecclesia quae in ipsa heremo sita est. Ubi convenit die et hora statuta multitudo monachorum qui in heremo consederant. Audiens autem supradictus abbas Ysaac senior hoc consilium fugit in Egiptum et abscondit se in quodam agro in sementa arbitratus indignum esse se honore presbiterii. Quem plurimi fratres monachi sequebantur ut comprehenderent eum. Cum autem applicuissent ad vesperum in eodem agro prolongius ut requiescerent fatigati de itinere, erat enim nox, dimiserunt asellum quem eis supra portabat in itinere ut pasceret. Qui dum pasceret asellus pervenit in locum ubi supradictus abbas Ysaac latitabat. Cum eluxisset dies requirentes monachi asellum pervenerunt ad eundem locum ubi senior se occultaverat. Et admirantes valde divinam dispensationem comprehenderunt, ligare et constringere eum voluerunt et ita perducere. Senior autem non permisit dicens. Iam non possum contradicere vobis. Et quia forsitan voluntas dei est ut licet indignus suscipiam ordinem presbiterii.

Erant quidam duo fratres monachi permanentes in cellula commanentes, quorum humilitatem et patientiam multi et de sanctis patribus collaudabant. Audiens hoc quidam sanctus vir voluit comprobare si veram perfectamque humilitatem haberent. Et venit ad visitandum eos. Quem cum gaudio suscepissent cum eo et ex more complessent orationes et psalmodiam, egressus foras cellulam vidit in proprio orto ubi sibi olera faciebant, et apprehenso baculo cepit omnia olera cum toto impetu caedendo confringere, ita ut nichil omnino remaneret. Videntes autem supradicti fratres nil penitus dixerunt. Sed nec vultu triste aut turbulentum habentes, rursus ingressi cellulam vespertinas quoque et orationes complentes adorantes eundem senem dixerunt. Precamur domine et carissime et eum qui commansit tantula frequentes gustemus. quia iam hora est ut cibum sumamus. Tunc senior adorans eos dixit. Gratias ago salvatori nostro Christo: quia video vos spiritum sanctum requiescere in vobis. Et ideo hortor ac moneo vos karissimi fratres ut usque in finem custodiatis sanctam humilitatem et pacie virtute ut ipsa in regno celesti vos magnos ac sublimes in conspectu domini faciat apparere.

Senex quidam erat in cenobio in probatissimus monachus. Et incurrit gravissima egritudine. Consecutus quia nimia intollerabili infirmitate per longa tempora laborabat in doloribus multis. Et non videre poterant fratres qualiter sufficerent egrotum eius quoniam ea que necessaria erant infirmitati eius non habebant in monasterio. Audiens autem quedam famula dei de afflictione eius deprecata est presbiterum monasterii ut ad cellulam eam tolleret et ministraret ei. maxime quia facilius in urbe posset invenire que necessaria eius egritudini videbantur. Precepit ergo pater monasterii ut portarent eum fratres ad cellulam famule dei. Ipsa vero eum omni veneratione suscipiens senem propter nomen domini ministrabat ei et pro mercede vite eterne quam credebat a Christo domino salvatore nostro recipere. Cumque tribus et amplius annis obsequeretur et ministraret famulo dei ceperunt homines mente corrupti et instabiles mentis suspicari quod non sinceram haberent senex conscientiam de virgine que ministrabat ei. Audiens autem hoc senior exorabat dominum Jesum Christum dominum dicens. Tu domine deus noster qui solus cognoscis omnia et vides quam multos dolores sustineam egritudinis et miserie mee. Et afflictiones tante infirmitatis propter quas me ita per tanta consumpsit tempora ut necessaria haberem obsequium huius famule tue que mihi propter nomen tuum ministrat in hac etate senilis mee condigna mercede in vita eterna sicut dignus es propter bonitatem tuam remunerare. Huius que propter nomen tuum egenus et infirmus sum exhibuit ministerium. Cum autem appropinquassent dies transitus eius convenerunt ad eum complures sancti seniores et fratres de monasterio. et dixit eis senex. Obsecro vos domini patres et fratres ut cum defunctus fuero tollatis baculum meum et plantetis eum super sepulchrum meum et cum radices miserit fecerit quod fructum tunc scietis quia mundus est conscientia mea a famula dei que mihi ministrabat. Si autem fronduerit scitote quia non sum mundus ab ea. Cum ergo vir dei exiisset de corpore iuxta preceptum eius sancti seniores plantaverunt baculum eius super sepulchrum eius et fronduit. Accedente quoque tempore protulit fructum. Et admirati sunt omnes glorificantes deum ad tale eius miraculum et de diversis regionibus multi venientes magnificabant gratiam salvatoris. Ipsam et nos ipsam arbustulam vidimus et benediximus dominum qui protegit in orationibus cum sinceritate et veritate sibi servientes.

Referebat nobis sancti seniores de quodam fratre dicentes quod quolibet ira impugnabant eum demones ut standei prima tantam famem et defectionem corporis eius facerent ut penitus sustinere non posset. Unde ipse ille dicebat in corde suo cogitationibusque contra me: Ad usque horam tertiam expectare et illum cibum sumere. Cum facta fuisset hora tertia iterum dicebat cogitationibus: Certa et ut violentur contra me sustineam usque ad sextam horam. Et cum advenisset hora sexta infundebat panem in aqua dicens: Dum ergo panis infunditur contra me certa expectare horam nonam. Cum hora nona advenisset, secundum consuetudinem complebat omnes orationes et psalmodiam secundum regulam et ponebat panem ut comederet. Hoc ergo per plurimos dies sustinuit. Quadam autem die sedit ab hora prima usque ad nonam fecit. Cumque hora nona sedisset ut cibum caperet, vidit de sportella ubi panis in patina reposita erat surrexisse fumum magnum et egressum per fenestram cellule eius; itaque ex illa die nec esurivit nec defectio corporis eius facta est. Sed magis ita corroboratus est in fide et abstinentia cor eius ut etiam vix post biduum delectaret eum cibum percipere. Ita dei gratia auxiliante temptamentum eius per patientiam et sua fortitudine extinxit castimargie id est gule concupiscentie passionem.

Quidam de sanctis senioribus salutationis causa profectus est ad alium seniorem heremitam. Quem cum omni gaudio suscepit eum propter eius adventum paravit ad refectionem senior lenticule cibum coctum. Dixerunt ergo inter se ut prius ex more complerent orationes et psalmodiam et postea cibum caperent. Cum autem ingressi fuissent psallebant et totum psalterium compleverunt. Nam et de scripturis tam legentes duos prophetas absentes recitaverunt. Iamque dies abierat, nox et similiter recedebat. Dum ergo orarent et intente psallerent illuxit altera dies antequam primo intellexerunt quia iam nox transisset. Iterum autem inter se de verbo dei loquentes et spirituales sibi sensus exponentes factum est ut iterum hora nona salutantes se invicem ita discederent et perveniat senex ad cellulam suam. Nam refectionem cibi quem paratum erat obliti sunt accipere, dum cibum spiritualem percipit. Vespere autem invenit senior ollam plenam sicut parata fuerat et contristatus dixit: Heu quomodo obliti sumus percipere pulmentum istud.

Discipulus cuiusdam sancti senioris impugnabatur a spiritu fornicationis. Sed auxiliante gratia dei resistebat viriliter pessimis et immundis cogitationibus cordis sui ieiuniis et orationibus opere manuum affligebat se vehementer. Beatus autem senior videns eum ita laborantem dixit ei: Si vis o fili deprecor deum ut auferat a te istam impugnationem. Ille vero rursus dixit ei: Video pater quia si laborem sustineo sentio tamen fructum in me confici bonum. Et quia pro occasione impugnationis huius et amplius ieiunio et amplius in vigiliis et orationibus tolero. Unde precor, deprecare te ut omnes pro me invocent dominum: ut det mihi virtutem continuus possim sustinere et certare legitime. Tunc sanctus senior dixit ei: Nunc cognovi fili quia fideliter intelligis hoc spirituale certamen per patientiam ad salutem etiam ante tuae confirmare ita ei et sanctus apostolus dixit. Certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De reliquo reposita est mihi corona iustitiae. Non solum autem mihi sed et omnibus qui diligunt adventum domini.

Abbas Anthonius dixit: Estimo quod habeat corpus naturalem motum conspersum in se, qui volente anima non operatur, sed tantummodo significatur in corpore quasi impassibiliter motus. Est autem alius motus ex eo quod nutritur et fovetur corpus cibis et potibus, et ex quibus calor sanguinis excitatur ad operandum corpus. Propter quod dicit apostolus: Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Et iterum dominus in evangelio discipulis mandans dicit: Videte ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate curis huius vitae. Est et alius quidam motus certantibus in conversatione ex insidiis et invidia daemonum veniens. Itaque sic convenit quod tres sunt corporales motus: unus quidem naturalis, alius autem ex plenitudine ciborum, tertius vero ex daemonibus.

Dixit abbas Geroncius Petrensis quia multi temptati a corporalibus delectationibus, cum non appropinquaret corporibus, mente fornicati sunt, et corporali virginitate servata mente fornicantur. Bonum est ergo, dilectissimi, facere quod scriptum est: Omni custodia unusquisque cor suum servare.

Beato abbati Moysi qui habitabat in loco qui appellatur Petra quodam tempore in tantum imposuit durissimam impugnationem fornicationis daemon, ut non praevaleret sedere in cella sua, sed abiit ad sanctum abbatem Ysidorum et retulit ei violentiam impugnationis suae. Tunc de scripturis sanctis abbas Ysidorus proferens testimonia consolatus est eum et ut ad cellulam suam rediret rogavit eum. Noluit abbas Moyses pergere ad cellulam suam. Tunc abbas Ysidorus prendens manum abbatis Moysi ascendit in superiora cellulae suae. Et dixit ei Ysidorus: Respice ad occidentem et vide. Tunc respiciens vidit multitudinem daemonum vehementer cum furore perturbantium quasi ad praelium spiritus festinantes quasi pugnare. Dixit iterum abbas Ysidorus: Respice ad orientem et vide. Tunc respiciens vidit innumerabilem multitudinem sanctorum gloriosam ac splendentem super lumen solis caelestium virtutum exercitum. Dixit autem ei abbas Ysidorus: Hae quos in occidente vidisti ipsi sunt qui impugnant sanctos dei. Illi quos ad orientem aspexisti ipsi sunt quos ad adiutorium sanctis suis mittit dominus. Cognosce ergo quia plures sunt nobiscum, sicut dicit Heliseus propheta. Unde etiam et sanctus Iohannes apostolus dicit quia maior est qui in nobis est quam qui in hoc mundo. Haec audiens consolatus in domino frater abbas Moyses reversus est ad cellulam suam, gratias agens et glorificans dominum nostrum Ihesum Christum potentiam.

Frater quidam stimulabatur a fornicatione. Et erat stimulus quasi ignis ardens in corde eius nocte ac die. Certabat autem et certabat, non tamen condescendebat vel consentiebat cogitationi suae. Post multum vero tempus discessit ab eo stimulus nihil praevalens propter perseverantiam fratris, et statim lux apparuit in corde eius.

De cogitatione fornicationis dixit quidam senex heremita: Vade salva vade affligere vade operare et inedias, vigila pulsa et aperietur tibi. Dixit et in scala pat[rum] qui ad minus ceciderunt stant et fortis apperuerunt coronas acceperunt. aliquotiens autem et divisa a duobus cedere compugnantes plagis cedentes se vincunt. vidisti quandam virtutem per paruis rep[?] fortiter acquisiuerunt. Et tu sta et confortare et dominus expugnet pro te inimicum.

Molestiam sustinebat quidam frater a spiritu fornicationis. Abiit autem ad quendam probatissimum seniorem et precabatur eum dicens: Pone tibi sollicitudinem de anima mea pater et ora pro me, quia fortiter impugnat me passio fornicationis. Hec cum audisset senior, orabat instanter diebus ac noctibus pro eo deprecans dominum. Iterum autem veniebat idem frater et rogabat senem ut magis instancius pro eo oraret. Similiter autem cum sollicitudine verus senior instancius orabat pro se. Frequenter autem veniente ad se monacho videns senior deprecantem se ut oraret, contristatus valde admirabatur quia non exaudiret dominus orationes eius. Orauit quadam die dicens: Domine revela mihi ut video in hoc fratre operatio ista qualis quod deprecatus sum te et non requiem ut dedisti. Eadem autem nocte revelavit ei deus quia ociositate illius monachi erat negligentie et ignavie resolutus et delectationes corporeas cordis eius non expulit. Ita autem ostensum est seniori. Vidit sedentem illum monachum et spiritus fornicationis in diuersis mulierum formis cum illo ludentes. Ipsum quia in eis delectatur. Videbat autem et angelum domini astantem et indignantem contra eum, quia non surgebat nec prosternebat se in orationibus ad deum sed magis delectabatur in cogitationibus suis. Hec quoque ostensa sunt seniori principaliter. Cognouit autem quod culpa et negligentia illius monachi erat et non exaudiebantur orationes eius. Et tunc dixit ei senior: Quia tua culpa est frater, quod delectaris in cogitationibus malis, impossibile est discedere a te fornicationis spiritum in nullo aliis orantibus et deum pro te deprecantibus, nisi et tu ipse labores assumas de ieiuniis et orationibus et vigiliis multis cum gemitu deprecans ut animam suam et adiutorium gracie sue prebeat tibi dominus Christus ut possis resistere malis cogitationibus.

Sicut et medici qui corporibus hominum medicamenta conficiunt et adhibent quamvis omnia cum summa diligentia faciant, deceptum si ille qui infirmatur non se abstineat a malis et nocivis cibis vel de aliis quod scilicet ledere infirmantes, nihil ei proficit cura et diligentia et sollicitudo medicorum. Similiter et in anime languoribus evenit. Licet cum omni intentione et ex toto corde sancti patres qui sunt medici spirituales exorent misericordiam Christi domini salvatoris nostri pro eis qui orationibus eorum se postulant adiuvari, nisi ipsi cum omni intencione mentis tam in orationibus quam in omni opere spirituali quod deo placitum sit fecerint, non eis proficient negligentibus et resolutis et de salute anime minime cogitantibus orationes sanctorum.

Hec audiens frater compunctus est corde et cum omni sollicitudine et in doctrina senioris studuit tam ieiuniis quam orationibus et vigiliis semet ipsum affligere et meruit misericordiam domini et recessit ab eo spiritus immunde passionis.

Alter senex dixit hoc de negligentia. paruum spacium si consideremus quod deus habitat in nobis, non alienum vas inferemus intra nos. Dominus enim Christus habitans in nobis conspicit vitam meam. Vide et nos portantes eum et complantantes negligenter non debemus. Sed fortificare nosmetipsos sicut et ille sanctus est. Stemus super petram et rumpetur malignus. Non formides et non commovet adversus te. Psalle cum virtute dicens: Qui confidunt in domino sicut mons Syon non commovebitur in eternum qui habitat in Ierusalem.

Dicebant seniores patres de quodam monacho in Scythie heremo commanente qui servus quorundam erat et per singulos annos descendebat de heremo in Alexandria ubi commanebant domini eius deferens eis pensiones sicut solent et ministrare dominis suis. Sed domini eius magis venerabantur eum pro timore dei habentes eum. Honorabant adorantes et salutantes eum, petentes quod ut dominum pro eis exoraret. Ille autem mittebat aquam in pelvim et festinabat lavare pedes dominorum suorum cum omni humilitate obsequium eis cupiens exhibere. Ipsi vero non acquiescebant ut pedes eorum ablueret, sed dicebant ei: Noli dulcissime pater contristare animas [illegible]. At ille rursus dicebat: Ego servus vester sum, nam vos dominos meos esse omnipotens deus constituit. Deo gratias ago domino deo quod dignati estis me permittere ut servirem deo vivo et vero creatori ac domino celi et terre, et ideo detuli vobis pensionem servitutis mee. Domini autem eius contendebant nolentes accipere quod detulerat pensionem. Si vos nolueritis accipere pensionem meam, ita decrevi et non revertar in heremum, sed hic in perpetuum permaneo et servio vobis. Hec audientes domini eius acquieverunt accipere pensionem eius ne contristaretur. Et ut magis reverteretur ad loca heremi in cellulam suam. Illud autem quod de pensione sua et volentibus dabat dominis suis: statim quod accipiebant pauperibus erogabant. Interrogabant autem eundem fratrem seniores dixerunt ei: Obsecramus te pater ut dicas nobis cur continua itione cum servitio tuo pensionem etiam nolentibus et contradicentibus dominis ingessisti. Ad hec rursus senex dixit: Ego fratres ideo festino cum servitio meo pensionem quod cum dominis meis debeo pensiones per singulos annos adimplere eis, ut quicquid cum dei adiutorio et ieiuniis et orationibus seu in statu dignitatis vel in opere spirituali vel dum adiuvante laboribus meis in eterna vita et salute mea proficiat, ne forsan si pensionem cum servitio meo minime intulero iam totus spiritualis labor meus ad illorum mercedem proficiet, qui me permiserunt Christo domino servire et spiritualiter conversari.

Dixit abbas Iohannes thebeus quod debet monachus humilitatem ante omnia habere. Hoc enim primum est salvatoris mandatum dicentis: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum.

Abbas pastor dixit quod sicut homo humilitatem et timorem dei indefessabiliter respirare debet sicut flatum qui naribus attrahitur vel emittitur. Item dixit quod humilitas terra est in qua dominus sacrificium fieri demandavit. Rursus autem quod si homo orationem suam custodiat non turbabitur. Exortans enim dixit: Non mensures temetipsum sed adhere ei qui bene conversatur.

Dixit iterum quod opus est ut proiciat se in conspectu dei et non semetipsum extollere et mittere post tergum suum propriam voluntatem: ferramenta sunt quibus anima operatur. Ait iterum quod fratres interrogaverunt abbatem Alonium dicentes ceptus et dixit ei senex ut sibi infra animalia irrationabilia. Et scias quia illa comparatur.

Interrogatus est abbas pastor a quodam fratre: Quomodo debeo esse in loco in quo maneo? Et dixit ei senex: Habeto prudentiam peregrini velud advena. Et ubicumque fueris neque velis verbum tuum coram te habere potentiam et quiescis.

Referebat autem beatus senior pastor fratribus dicens: Quoniam fuit quidam imperator monachus in Constantinopoli temporibus Theodosii imperatoris. Habitavit autem in proastello foris civitatem quod proastio quod vocatur septimo ubi solent imperatores egressi de civitate libenter degere. Audiens quod imperator quod ibi esset quidam monachus solitarius qui numquam egrediebatur de cella. Recepit de ambulando pergere ad eum locum ubi erat superdictus monachus. Precepit quod sequentibus se comitibus ut nullus appropinquaret ad cellulam monachi illius. Ipse autem solus pergens pulsavit ostium cellule. Dum vero audiret monachus et aperuit ei. Et non cognovit quod esset imperator. Tulerat enim sibi coronam de capite suo ut non cognosceretur. Post orationem autem resederunt pariter et interrogavit eum imperator dicens: Quomodo sunt patres degentes in egipto? Monachus autem ait: Omnes exorant deum pro salute vestra. Aspiciebat autem imperator intra cellulam ipsam et nichil in ea vidit nisi paucos panes siccos in sporta pendentes. Dixit ei: Da michi benedictionem abba ut comedamus. Ita tamen quod festinavit monachus et misit aquam et salem et misit buccellas et sederunt pariter. Porrexit ei calicem aque et bibit. Tunc Theodosius imperator dixit: Scis quis sum ego? Et respondens monachus dixit: Nescio quis sis domine. Dixit ei: Ego sum Theodosius imperator. Et ob devotionem veni huc. Hoc cum audisset monachus prostravit se ante illum. Et ille dixit ei: Beati estis vos monachi qui securi ac liberi de negotiis seculi tranquilla et quieta perfruimini vita. Et solum modo salute animarum vestrarum habetis sollicitudinem. Quomodo ad vitam eternam et ad celestia premia pervenire possitis. In veritate enim dico tibi quia ecce et in regno natus sum et ut in regno dego et numquam sine sollicitudine cibum capio. Post hec valde honorifice salutavit eum imperator et ita egressus est ab eo. Eadem autem nocte cepit intra se cogitare dei famulus dicens: Quia non est michi iam hic locus esse. Multi enim non solum de populo sed et de palatio et de senatoribus quam plurimi exemplo imperatoris in seculo ad videndum me venturi sunt et honore temporali sermonem deferendo non cessabunt. Et illi quidem hoc pro nomine domini facturi sunt. Ego autem timeo ne forte sathan malignus diabolus me subripiat et libenter eos in propria suscipere. Et delectare coeperim in laudibus et honoribus eorum et per hoc iam incipiam virtutem humilitatis perdere et laudes atque honores hominum affectare. Hec igitur omnia homo dei secum cogitans. Eadem nocte fugit inde. Et perrexit in egiptum ad sanctos patres in heremum. Itaque considerate fratres dilectissimi cum quanta sollicitudine virtutem humilitatis custodire famuli dei studuerunt ut in celesti regno eternam gloriam pro labore sancte vite sue quam pro nomine domini exercuerant perciperent a christo domino meruerunt.

Dixit abbas Anthonius abbati pastori. Hoc est magnum opus hominis ut culpam suam super se ipsum [illegible] ponat coram deo: et expectet temptationes usque ad ultimum vite sue tempus

De hoc autem ipso sancto pastore referebant sancti seniores dicentes: quod cum tempore eo venisset iudex provincie statim opinionem beati pastoris desiderabat videre eum: misit quoque multum deprecans ut susciperet eum: beatus autem pastor contristatus est valde cogitans a semet ipso. quod si ceperint potestates et nobiles venire ad salutandum et honorandum me manifestum est quod et alii multi populares homines frequentabunt me. Et erit necesse ut per hoc perdere [illegible] vite mee ordinatio et humilitatis gratiam quam cum tanto labore auxiliante domino a iuventute mea studui custodire forsitan subripiente maligno dyabolo perdam: et vane glorie laqueos incurram. Hoc ergo apud semetipsum cogitans diffinivit quod omnimodis excusaret magis et non susciperet iudicem. Contristatus autem iudex quod non se suscepisset: ait ad officium suum. [illegible] mea non mereor videre homines dei pro pravis meis operibus. Verum nimis desiderans per quamcumque occasionem videre sanctum virum. Excogitavit huiusmodi causam qua occasione posset eum videndum. Comprehendens enim filium sororis beati pastoris iussit in carcere ut per istam occasionem eum susciperet indicium quare ad carcerem ipse veniret et ad rogandum iudicem dixit quoque ad officium suum: Ut non contristetur senior sanctus mandate ei si voluit ad me venire necesse est ut statim eiciam eum de carcere: talis enim est causa eius. quod non possit impune dimitti: Audiens autem hoc mulier eius soror sancti pastoris abiit in heremum ubi erat frater eius: stabat quoque ad hostium cellule eius cum multo fletu et ululatu rogans eum ut descenderet ad iudicem et rogaret eum pro filio eius. Beatus autem pastor non solum nichil ad eam dixit sed nec ostium ei aperuit ut ingrederetur ad eum. Tunc illa incepit maledicere ei ac dicere. Durissime ac crudelissime et ferrea viscera gerens. Quod te tantus dolor fletus mei non flectit ad misericordiam quia ipsum unicum filium meum habeo quem in mortis periculo video constitutum. Tunc senior mandavit ei per fratrem qui sibi ministrabat dicens. Vade dic ei. pastor filios non genuit. et ideo non dolet. Hoc autem audiens iudex dixit ministris suis. Scribite ad eum ut vel epistolam precatoriam faciat ad me: quatinus possim eum dimittere. Tunc et a quam plurimis suadentibus: senior scripsit ad iudicem dicens. Iubeat nobilitas tua diligenter requirere causam illius. Et si quid dignum est morte commiserit moriatur. quatinus in hoc presenti seculo exsolvat crimina peccati sui: ut evadat eterne ac perennis gehenne penas. Sin autem nichil dignum morte commisit. quod iustum videtur legibus ita de eo iube disponere

Dicebat beate memorie abbas arsenius peregrinus monachus in aliena provincia habitans nullis rebus se medium faciat et sic quietus erit

Interrogabat abbas marcus abbatem arsenium dicens. bonum est non habere in cella aliqua consolatione. vidi quendam fratrem habentem parum olerum in cella sua. et eradicauit ea: et dixit abbas arsenius. bonum est quidem. Sed secundum exercitia uniuscuiusque hominis agendum est. Etenim si non habuit virtutem huiusmodi tolerare iterum plantaturus est ea. ~~Narrauit abbas daniel qui erat discipulus~~

Narrauit abbas daniel qui erat in scythi abbas arsenius. Erat ibi quidam monachus rapiens ea que habebant senes. Abbas autem arsenius volens eum lucrari et senibus requiem prestare tulit eum in cellam suam dixit ei. Quicquid vis ego tibi dabo tantum non rapias. Et dedit ei aurum et nummos et vestes. et omne quod in vaso suo habebat dedit ei. Ille autem iterum rapiebat. Senes vero videntes quia non quiescit: expulerunt eum dicentes. Quoniam si invenitur frater habens defectum infirmitatis corporis aliquod oportet sustinere eum. Si autem furatur et ammonitus non quiescit/ expellite eum: quoniam et anime sue detrimentum facit et omnes in loco habitantes conturbat

Astiterunt aliquando abbati arsenio demones in cella sedenti Et tribulabant eum. Supervenerunt autem fratres qui ei ministrare consueverunt Et stantes iuxta cellam audiebant clamantem eum ad dominum et dicentem. Domine ne me derelinquas quia nihil boni feci coram te Sed presta mihi secundum bonitatem tuam saltem habere bonum conuersandi principia. Dicebant autem de eo quia nemo potuerit comprehendere modum conuersationis eius

Frater rogauit abbatem arsenium ut audiret ab eo sermonem. Dixit autem ei senex. Quantum que tibi virtus est conare ut interius opus tuum secundum deum sit: Et vincat exteriores hominis passiones: Et iterum. Si querimus deum apparebit nobis: et si tenemus eum manebit apud nos

Beate memorie abbas arsenius vice dixit aliquando abbati alexandro. cum expenderis palmulas tuas veni mecum et gustemus. Si autem aliqui peregrini supervenerint: comede cum eis: Alexander autem lenius et moleste operabatur. Et cum facta fuisset hora manducandi superat ei: adhuc de palmulis suis: Volens autem custodire sermonem senis sustinuit donec explicaret palmas: Abbas vero arsenius cum videret quia tardabat gustavit estimans quia forte peregrini supervenerint ei et cum ipsis gustavit: Abbas autem alexander postquam explicauit vespere: perrexit ad abbatem arsenium Et dixit ei abbas arsenius peregrinos aliquos habuisti Et dixit: non: Cui ille. Quare quod non venisti: m

Respondit: Nimia dixisti in quantum defecerunt psalmi tui dei: Ego autem fratres simonem tum iaio non dimi: quia non adhuc complevi cursus. Et admiratus est senex super scrupulositate obedientie eius: et dixit ei: Nunc disiunge ab opere tuo. ut et ministerium psallendi facias et aquam tibi imple. cruciabas aliquam nimis debilitatur corpus tuum

Fuit etiam de magnis patribus quidam senior nomine Agathon nominatissimus in virtute humilitatis et patientie. Quodam autem tempore pervenerunt ad visitandum eum fratres. Audientes enim de eo quod magna humilitate floreret volentes probare si vere humilitatis patientiam possideret dixerunt ei: Multi scandalizantur in te pro eo quod nimis vitio superbie teneris. et idcirco despicias et parvulos eos habeas. Et iterum detractione adversus fratres loqui non cesses. Affirmant quoque quia propterea hec agas quia fornicationis vitio tenearis. Et ne solus videaris arguendo idcirco non cesses alios detrahere. Ad hec senior ridens ait: Hec omnia que dixistis vitia in me esse cognosco. Sic possum negare tantas iniquitates meas. Et prostratus ad pedes eorum adorabat eos frequenter dicens. Deprecor vos fratres ut incessanter pro me misero et multis peccatis obnoxio Christum dominum exorare non cessetis. ut indulgeat et tribuat iniquitatibus meis multis ac malis. Ad hec supradicti fratres addentes dixerunt ei: Non te lateat hoc quod et hereticum te esse quidam plurimi asserere noluerunt. Hec cum audisset senior: dixit eis. Licet aliis multis peccatis obnoxius sim, non tamen hereticus permaneam sum. absit hoc ab anima mea. Tunc omnes fratres qui ad eum venerant prostraverunt se in terram ad pedes eius: obsecrantes eum ac dicentes. Precamur te abba ut dicas nobis cur tanta vitia et peccata dicentibus nobis de te in nullo commotus es. De verbo autem heretici valde et commotus es et abhominatus es. nec sufferre potuisti auditum. Dixit eis senior: Illas priores culpas atque peccata pro humilitate sustinui: ut me peccatorem esse crederetis. Dominus enim custodia est humilitatis virtus. magna salus est anime. Sic dominus et salvator noster Ihesus Christus. Cum ei iudei multas contumelias et convitia irrogassent ut pane tibi cuncta toleravit. ut nobis preberet humilitatis exempla. Summissi et falsi testes multa adversus eum falsa dixerunt: et usque ad mortem crucis patienter omnia sustinuit. Sicut et apostolus Petrus predicabat dicens. Christus passus est pro nobis nobis relinquens exemplum ut sequamur vestigia eius. Oportet ergo ut patienter cum humilitate cuncta adversa sustineamus: Nam sermone quo me hereticum dixistis non potui sustinere et valde abhominatus sum: quia hereticus separatus est: Hereticus separatur a deo vivo et vero. et iungitur diabolo et angelis eius: Alienatus a Christo iam non habet deum quem exoret pro peccatis suis. quia ex omni parte perit. Si autem conversus fuerit ad vera et catholicam fidem. Suscipimus a bono et pio salvatore nostro Christo. et coniungitur deo vero creatori ac salvatori nostro Christo qui est in patre filius et cum spiritu sancto semper glorificatur in secula seculorum amen. Illi autem audientes mirati sunt discretionem eius et edificati discesserunt.

Interrogatus idem abbas Agathon: Quid est maior labor corporis an custodia interiorum hominis? Dixit abbas: Homo similis est arbori. Corporalis ergo labor velud folia arboris, custodia vero interiorum hominis velud fructus. Quoniam ergo scriptum est quia omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur, oportet ergo propter fructum nostrum omnino nos sollicitos esse, hoc est mentis custodia. Opus tamen habemus tegumine et ornatu foliorum: que sunt corporalis labor. Erat autem abbas Agathon sapiens ad intelligendum et impiger ad laborandum et sufficiens in omnibus inventus et assiduus ad laborem manuum: parcus in cibo et vestimento.

Dicebant de abbate Theodoro cognomento Pherme quia hec tria capitula habuit super multos: nichil possidendi, abstinendi et homines fugiendi.

Venit aliquando abbas Theodorus ad abbatem Iohannem qui erat eunuchus ex nativitate. Et in loquendo dixit abbas Theodorus: Quando eram in Scythi opus anime erat opus nostrum. opus autem manuum tamquam in transitum habebamus. Nunc autem factum est opus anime velud in transitum factum et opus manuum est

Memoratus abbas Theodorus dixit: Multi elegerunt in hoc seculo capere quietem. antequam eis dominus prestet requiem.

Ad eundem abbatem Theodorum venit quidam patrum et dixit ei: Ecce quidam frater reversus est ad seculum. Et dixit abbas Theodorus: In hoc non admireris, sed si audieris quia prevaluit quis effugere de ore inimici, hoc admirare.

Erant aliqui interrogantes quendam patrum si polluitur homo per res quas cogitat. Et cum de hoc inquisitio fieret apud eos, alii dicebant quia polluitur. Alii dicebant non, quia si polluimur non possumus salvari nos qui sumus idiote. Sed sufficit ad salutem si ea que cogitamus corpore non fecerimus. Ille autem frater qui interrogaverat non sibi sufficientem videns variam contentionem abiit ad senem probatorem et interrogavit eum de hoc et retulit ei senex: Secundum mensuram uniuscuiusque requiretur ab eo. Rogavit ergo frater ille senem dicens: Peto propter dominum absolve mihi verbum hoc. Et dixit ei senex: Ecce forte iacet hic vas aliquod desiderabile. Et dixit senex: Introierint ergo duo fratres ex quibus unus habens mensuras magnas extimate virtutis, alter non parvas. Si ergo cogitatio illius perfecti mota fuit ad concupiscendum vasis illius et dixerit intra se: vellem habere vas istud, et non permanserit in hoc sed cito abscidit hunc minor appetitum: non est pollutus. Et non ille qui necdum ad maiores mensuras attingit vas concupierit illud et excitatus fuit cogitatione sua desideriis expellente et tamen non tulerit id non est inquinatus

Sancti seniores dicebant de discipulo abbatis pauli nomine Iohannes quod magnae esset humilitatis et virtutis obedientiae ut et difficiles causas impetrauit abbati in uero praecepta [illegible] quaereret. Et nec leviter in aliquo murmuraret. Cum autem necessarium esset in monasterio nostro fimi abilibus fimus boum: iussit eum abbas suus in proximo vico: ut ibi requireret fimum boum et in celeriter afferret ad monasterium. Erat autem in illo loco mala bestia leena. Erant quoque egressus super dictus discipulus eius Iohannes [illegible] quin percepit ab abbate suo quippe praecepit dixit abbati suo: Domine pater audivi a plurimos dicentes quod in illo loco mala bestia leena sit. Tunc senior quasi ioculariter dixit ei: Si venerit super te tene et alliga eam adducens quod tecum. Cum autem pervenisset ad locum iam dictum: statim ipsa leena irruit super eum. Ille autem apprehendens tenere eam voluit. Illa autem contorquens se de manibus eius aufugere. Cessabat vero ille dicens quod abbas meus praecepit ut alligatam perducam te ad eum. Continuo stetit bestia. Et tenens eam revertebatur ad eum monasterium. Dum autem tardaret in redeundo abbas eius nimis sollicitus pro eo existebat. Et ecce subito supervenit discipulus eius: tenens ligatam leenam. Quod cum vidisset senior admiratus est valde et gratias agebat salvatori nostro deo. Dixit quod discipulus eius: Ecce domine sicut praecepisti mihi adduxi ligatam leenam. Volens autem senior humiliare sensum eius ne extolleretur se in cogitationibus suis discipuli eius: dixit illi: Sicut tu insensatus es sic et istam insensatam bestiam adduxisti. Solve eam et dimitte eam ut pergat ad locum suum.

Dicebat senex quod prima quaestio de qua laborat ut obediat his superioribus suis omnibus quibus in exemplum accipiat loquendi et agendi formam et ut consentiat omnibus et patribus orthodoxis.

Venerunt aliquando sedente beato Theophilo archiepiscopo alexandrino in Scythim. Congregati autem fratres: dixerunt ad abbatem pambo: Dic verbum summo pontifici papae ut aedificetur animus eius in hoc loco. Respondit senex: Si in taciturnitate mea non aedificatur: neque in sermone meo aedificabitur.

Frater quidam interrogavit senem dicens: Si habito cum aliis fratribus: si video aliquid inconveniens vis ut loquar? Et dixit ei senex: Si sunt antiquiores te vel coaetanei tui magis et requiem habebis in hoc quod te minorem facies et securum te reddes. Dicit ei frater: Quid ergo facio pater: perturbat enim me spiritus. Dicit ei senex: si laboras commone facito semel cum humilitate. Si autem non obedierint tibi relinque laborem tuum in conspectu dei: et ipse consolabitur te. Hoc enim est ut committat se cultor dei coram deo et relinquat ipsi voluntates suas deo. Attende autem tibi: ut zelus dei sit sollicitudo tua. Et tu quod videris non et taceas: humilitas est et taciturnitas. Si autem feceris taciturnitatem non habebis temetipsum qui aliqua dicente ꝯsi obtinueris Sed dic quia indignus sum loqui

Dixit senex · Volo magis doceri quam docere: Et dixit: non doceas ante tempus alioquin tempore di[?] te tue minoraberis intellectu

Dixit abbas pastor: Omnis labor quicumque evenerit tibi ex taciturnitate supera

Abbas abraham venit ad abbatem aren Et dum sederent simul · supervenit quidam frater et dixit abbati aren: dic michi quid faciam ut salvari possim Et dixit ei senex: Vade toto anno isto vespere manduca panem et sal: et veni iterum et loquar tibi: Qui pergens fecit ita: Completo autem anno venit ille frater ad abbatem aren Contigit autem ut rursus apud eum inveniretur abbas abraham Et dixit iterum senex fratri illi: Vade ieiuna anno isto et post biduum manduca: Cum ergo discessisset dixit abraham abbati aren: Quare omnibus fratribus leve iugum imponis: istum vero fratrem gravi sarcina onerasti: dixit ei senex Alii fratres quod venerunt querere ita et discedunt: hic vero quia propter deum venit audire verbum: operarius autem magnus est · Et quicquid ei dixero cum omni sollicitudine facit · propterea et ego loquor ei verbum dei

Interrogavit quidam frater senem dicens Si quis fratrem attulerit ad me detractionis cogitationes: Dic abba dicam ei ut non auferat ad me Et dixit ei senex non Et dixit frater quare Dixit

Quia nec nos possumus custodire Et ne forte [illegible] faciat istud [illegible] nos postea [illegible] tientes Et dixit frater quid ergo debet facere Respondit ei senex quia volumus tacere [illegible] servare sufficit communi modo ipse

Abbas iohannes cum sederet inter fratres et singuli eum de propriis cogitationibus interrogarent atque ille rursum omnibus daret responsa senex ex invidia dixit ei Vas tuum est iohannes quasi mulier meretrix ornans semetipsam ut congreget sibi amatores Cui iohannes abbas ait · Verum dicis abba et non est aliud nam et hoc ipsum deus tibi revelavit Respondit iterum ille senex dicens Ita et vas tuum iohannes veneno plenum est · Cui iohannes ait illi Sic est abba sicut dixisti Et hec dicis quia exterius illa conspicis sed si videres interiora sicut intus me sunt videres: quanto plura dixisses Et post hec quidam frater ex discipulis eius dicit ei: Non es turbatus interius abba in verba senis huius Cui respondit ille Non ego sicut sum de foris ita sum et de intus

Dixit abbas iohannes nanus quia ianua dei est humilitas: et patres nostri per multas contumelias cum gaudentes intraverunt in civitatem dei superant humilitas virtutes

Alius senex dixit Omnis plus quam dignus est honorare qui laudatur amplius patitur detrimentum Qui autem omnino non fuerit ab hominibus honoratus hic desuper glorificatur

Frater aliquis interrogavit senem dicens: Bonum est assidue penitere? Respondit ei senex: Vidimus Iosue filium Nave: quia cum pronus iaceret in facie apparuit ei deus.

Ascendentes aliquando de Schyti cum abbate Iohanne cum aliis fratribus erant qui eis ductum prebebat in via. Erat enim nox. Et dixerunt fratres abbati Iohanni: Quid faciamus abba, quia erravit frater iste de via: ne forte moriamur errantes. Et dixit eis senex: Et si dixerimus ei aliquid, contristabitur. Ecce ecce facio me ipsum quasi defectum et dico me non posse ambulare. Sed iaceo hic usque mane. Fecerunt quod sic. Et residui dixerunt: Nec nos ibimus sed sedebimus tecum. Et sederunt sic usque mane ne obiurgarent fratrem illum.

Interrogavit quidam frater senem utrum cum ire ut cum fratribus ad eos proficiens: animadvertere debet cum senex respondens: cum muliere inquit non manducabis.

Quidam senex dixit: non des et amicicias cum secularibus hominibus et non habeas noticiam cum muliere nec habebis fiduciam diu cum puero.

Frater quidam interrogavit senem dicens: Quid faciam quia multe cogitationes sollicitant me et nescio quomodo repugnem eas? Dixit senex: Tu non repugnes contra omnes sed contra unam. Omnes enim cogitationes monachorum caput habent. Necessarium ergo est considerare quid et qualis sit, et adversus illa contendere. Tunc et residue cogitationes humiliantur et adversus cogitationes malas.

Dixit senex quod aliquis lapsus in grave peccatum et compunctus ad penitentiam abiit indicare hoc cuidam seni. Et non dixit ei quod fecerat: sed quasi interrogando dixit: Si alicui ascendat tales cogitationes habet salutem? Ille vero qui nesciebat discretionem respondit ei: Perdidisti animam. Hoc audiens frater dixit: Ergo si perii vado ad seculum. Pergens autem ille et deliberavit ire et indicare cogitationes suas abbati Silvano. Erat autem hic Silvanus magnus discretor. Veniens autem ad eum frater non dixit ei quod fecerat. Sed iterum eo modo quo et prius seni illi dixerat. Hoc est si ascenderint alicui tales cogitationes habet salutem. Aperiens abbas Silvanus suum os: cepit de scripturis dicere ei non omnino iudicium esse de cogitationibus de peccato. Audiens autem frater et suscipiens virtutem verborum in anima sua pure sic indicavit ei etiam actum suum. Audiens vero ~~Silvanus~~ abbas Silvanus quid egerat tamquam bonus medicus posuit ei cataplasma exhortationis de divinis scripturis assumptum: dicens esse penitentiam his qui per caritatem vera conversione ad deum. Post aliquot autem annos contigit abbatem [illegible] ad illum senem applicare qui ei desperationem fecerat. Et narravit ei ista et dixit: Ecce ille frater qui iam desperaverat et ad seculum redierat: velut splendidissima stella est in medio fratrum. Hoc autem ideo retuli ut sciamus quale periculum est cum aliquis suas cogitationes sive actum non perito indicat homini.

qui discrecionem nesciunt

Senex quidam dixit. Non est mirum ut cogitaciones male in nostris congrediantur ex eo: Sed si male utimur eorum cogitacionibus fit ut per cogitaciones naufragium patiamur et intus de cogitacionibus coronemur.

Duo fratres carnales commanentes in senilis conversacione unus qui etate minor erat prius recepit cum presbiterio. Et cum venisset apud eos quidam peregrinus et applicasset sibi posuerunt pelvim. Et venit qui minor erat etate ut lavaret pedes senis. Senex autem tenens manum eius removit eum et illum qui maior erat etate fecit opus ipsum. Illi qui preerant in monasterio facere consueverunt: dixerunt ei astantes fratres. Abbas ille minor in conversacione prior est. Respondens senex. ego tollo primatum minoris et tribuo ei qui etate precedit.

Frater interrogavit abbatem Sisoy dicens: desidero custodire cor meum: Dixit ei senex. Et quomodo possumus custodire cor nostrum si lingua nostra ianuam apertam habuerit.

Interrogavit abbas Moyses abbatem Silvanum dicens: potest homo per omnem diem initium conversacionis: Respondit ei abbas Silvanus: Si est homo operarius: potest per diem et per horam inchoare initium conversacionis sue.

Dixit abbas Alonius: Nisi dixerit homo in corde suo ego solus et deus sumus in mundo isto requiem non habebit. Idem dixit: Prima si voluerit homo in una die usque ad vesperam: pervenit ad mensuram divinitatis.

Pastor quidam dixit: Si manserit operarius in loco ubi non sunt operarii: non potest proficere: sic est de operario certamen ut ab opere non minuatur. Sia et piger si manserit cum operario proficit: et si non proficit non tamen descendit in peius.

Quidam senum magnus dixit: Frater abbas volebam invenire senem aliquem iuxta voluntatem meam: et morari cum ipso. Et dixit ei senex: bene queris domine mi. Ille autem assumebat huiusmodi desiderium suum esse bonum: non intelligens quod locutus est senex ille: Sed cum vidisset eum senex confidentem quod bene sentiret: dixit ei: Ergo si inveneris senem secundum voluntatem tuam: vis manere cum eo? Et ille dixit: Etiam cum volo hoc: si invenero senem secundum voluntatem meam. Dixit ei senex: Non ut tu sequaris voluntatem senis illius: sed ut ille voluntatem tuam sequatur et ita requiescas in eo. Sensit autem frater ille quod dicebat. Et surgens prostravit se ad penitenciam dicens. Ignosce mihi quia valde gloriabar: Estimabam me dicere cum nil tenere.

Alius senex dixit. Si quis fecerit rem aliquam sequens voluntatem suam et contingens est quod est secundum deum. sive in mora vel in ignorancia fecerit: postea consequitur revertere ad viam domini. Cum autem rem voluntate sua non secundum deum nec ab aliis voluntatem audierit se velud scientem se putat: qui huiusmodi est difficile perveniet ad viam domini.

Rufus senex dixit. Si ordo monachorum honoratior est secularibus

Ita et peregrinus in monachis speculum dicitur esse longe libus monachis per omnem modum. Dixit senex: Si quis manserit in loco aliquo et non fecerit fructum loci illius, locus ipse expellet eum, ut pote qui non fecerit opus loci.

Quidam patrum dixit: si quidem interior homo sobrie agit: potest et exteriorem custodire. Si non, non est ita; quantum possumus custodiamus linguam. Dixit autem qui supradictus: opus spirituale necessarium est, quia ad hoc venimus; magnus enim labor est ore docere quod fit opere corporis.

Yperitius abbas dixit: ille est vere sapiens qui facto suo alios docet, non qui verbo.

Dixit senex: non utile est verborum tantum; sunt enim plurima verba in omnibus hoc. Sed opera utilia sunt, hoc enim querit, non verba que non habent fructum.

Senex quidam dixit, quia homo si verba quidem habeat, opera autem non habeat, assimilabitur arbori habenti folia, fructum autem non. Sicut enim arbor fructibus plena et foliis viret, ita et sermo consequitur hominem qui habeat opera bona.

Interrogavit aliquando abbas Pastor abbatem Joseph dicens: Quid faciam cum appropinquant mihi aliquae temptationes: resisto illis an permitto intrare? Dixit ei senex: Dimitte intrare et pugna cum eis. Reversus ergo in Scythi sedebat. Contigit ut veniens quidam a Thebaida in Scythi narraret fratribus interrogasse se abbatem Joseph: Cum appropinquat mihi temptatio, resisto ei an dimitto intrare? Dixerit mihi: Nullo modo dimittas temptationes in te, sed statim abscide eas. Audiens autem abbas Pastor quia sic dixerit illi qui venerat a Thebaida abbas Joseph, tunc surgens inde abiit in Panepho ad abbatem Joseph et dixit ei: Abba, ego tibi commisi cogitationes meas, et tu aliter dixisti mihi, aliter fratri de Thebaida. Et dixit ei senex: Nonne scisti ut sicut mihi ipsi tibi dicerem que sentirem? Et ei si intraverit et temptationes dederis atque acceperis ab eis, probatiorem te faciunt. Ego autem dixi uti ipsi sicut loquor sibi. Sunt autem aliqui quibus appropinquare expediunt passiones. Sed statim debent abscidere eas.

Frater interrogavit abbatem Joseph dicens: Quid faciam, quia nec molestiam ferre possum nec laborare et dare elemosinam? Et dicit ei senex: Si non potes hoc quodque facere, vel serva conscientiam tuam ab omni malo proximi tui, et ita salvus eris. Deus autem animam sine peccato querit.

Dixit abbas Orsisius: puto quia si non homo custodierit cor suum diu, que audit et videt obliviscitur et negligit: deinceps inimicus fit incidens in eius locum, supplantat eum. Sicut enim lucerna oleo et ab lignio parata lucet, si autem per negligentiam non acceperit oleum, paulatim extinguitur. Atque iam valescit tenebre adversus eam. Sed et mus videns intus eius quaerere prius quam perfecte extinguatur non potest propter calorem ignis. Si autem viderit quod nec lucem habeat nec calorem, tunc volens ignis decipere trahit eam; et si ipsa lucerna in terra, quod si testa fuerit minuitur. Si autem erea a domino suo reparatur. Ita et si neglexerit anima, paulatim recedit ab ea spiritus sanctus donec perfecte contingatur calor eius atque timor eius consumit et devorat corruptionem animae illius et cum nequitiae contaminat. Hi autem quibus per affluentiam quidem in deum boni sunt simpliciter, at ad negligentiam rapti sunt, deus qui inspector cordis est cognoscit in eo mente sua et medicinam penitentiae quam in futuro saeculo acquirit praeparans et curans ut sobrius sit et custodiat se de cetero in maiori cautela usque ad tempus visitationis.

Dixit senex: Qui sunt mites et devoratores sufficientes ad comparationem, sibi labore non cogit nimis volunt ab illisque maneat. Alius vero inquisitus quod se solo reddat, et monachum esse.

Senex dixit: Si deus non pro nobis est cum qui ad lucem operatoribus est, ita nec Sathanas non potest nobis nocere, si aliquid nisi inspexerit deus. Scriptum est enim: Appropinquate deo et appropinquabit vobis. Et quia vehementer extollimur, facile rapimur in miseriam animarum nostrarum in ignominiae passiones.

Aliter quidam patrum dixit quod erat quidam anachorita in cella qui laborabat. Hic autem in opere orationis, veniret ad eum diabolus de die in die et non dimittebat locum in quo maneat. Erat autem rursus dimittendo ei in mente et capitulare, exigebat eum. Venit iterum spiritus diversis frequenter et ei non faciens locum propter malitiam eorum discessit.

Quidam senex dixit: Si ascendit in corde fratris sedentis et evolvens ... verbum in animo non potuit adimplere, verbum pervenire, nec a deo tantum fuit. Assistunt demones ... ei de ullo illo quod ipse voluit.

Dixit senex: Quia oportet monachum neque auditorem esse susurrantium neque obtrectare neque scandalizari.

Dicebant de abbate Ammoe quia cum iret ad ecclesiam non permittebat discipulum suum iuxta se ambulare, sed de longe sequi. Et si appropinquasset ad eum ut interrogaret illum de quibusdam rerum, dicebat ei et statim expellebat eum retro dicens: Ne tamen loquimur aliquid de utilitate animae, incurrat et sermo qui non pertinet ad rem. Propterea non permitto te mecum iuxta me.

Quidam de sanctis senioribus misit discipulum suum ad hauriendum aquam. Prolongius autem erat puteus a cella eorum. Oblitus est autem tollere funem discipulus eius cum quo hauriret aquam. Cumque pervenisset ad puteum contristatus est valde, quia longe erat cella eorum. Quid ageret, quo se verteret nesciebat. Dubitabat enim ad cellam redire. Tunc anxius nimis proiecit se in oratione cum lacrimis dicens: Domine miserere mei secundum magnam misericordiam tuam, qui fecisti caelum terram et omnia quae in eis sunt, qui facis mirabilia magna solus, miserere mei propter servum tuum qui misit me. Et cum surrexisset de oratione exclamavit dicens: O putee putee, misit me servus Christi abbas meus ut hauriam aquam. Statim autem ascendit aqua sursum ad os putei. Et cum implesset lagenam suam frater, abscessit glorificans potentiam domini salvatoris. Aqua autem putei reversa est ad locum suum.

Mandavit sancto Epiphanio episcopo cyprio abbas monasterii sui quod habuit in palestina: quia in orationibus tuis non neglexim(us) regulam sed sollicite terciam sextam et nonam atque vesperam celebramus. Ille autem respondens eum mandavit ei: Constat vos vacare ab oratione ceteris horis. Verum autem monachum decet sine intermissione orare aut psallere in corde suo.

Referebant sancti seniores nobis dicentes quod fuit quidam monachus in heremo scythie. Venit autem ad visitandos fratres presbyter qui habitabat in loco qui dicitur cellia ubi multitudo monachorum diversas habitat cellulas. Cumque non inveniret ad presens cellulam ubi posset manere, quidam de senioribus habens alteram cellulam dedit ei dicens: Vade quiesce in hac cellula donec invenias ubi possis manere. Cumque ad visitandum eum venirent quam plurimi fratres desiderantes ab eo audire verba salutis eterne: habebat enim gratiam spiritualem loquendi verbum dei: videns ille senior qui ei ad habitandum prestiterat cellam: invidie livore cor eius volutatum est et indignari cepit ac dicere: Ecce ego tantis temporibus in hoc loco habito et non ad me nisi rarissime, et hoc in diebus festis, et iste advena per pene cottidie quam plurimi fratres vadunt: Dixit autem discipulo suo: Vade et dic ei ut egrediatur de cellula illa: quia necessaria est nobis. Cum autem perrexisset discipulus eius ad illum fratrem dixit ei: Frater mandavit abbas meus sanctitati tue me iubens mandare qualiter habeas: audivimus enim te infirmari. Ipse vero remandavit ei dicens: Ora pro me domine pater quia valde stomachum doleo. Reversus autem discipulus dixit abbati suo: Frater rogat sanctitatem tuam ut vel tres dies indutias ei dare ut possit sibi aliam cellulam querere. Transactis autem tribus diebus iterum misit discipulum suum dicens: Vade dic illi ut egrediatur de cellula mea: si iterum distulerit dices ad eum: quia venio ego et cum baculis verberando expello eum de cella mea. Pergens autem discipulus ad presbyterum dixit ei: Domine sollicitus valde est abbas meus de infirmitate tua, ideo misit me requirere si melius habeas. At ille hec audiens dixit: Gratias ago domine sancte caritati tue quia sollicitus es ad me. Divinum precibus tuis melius habeo. Reversus autem discipulus dixit abbati suo: Etiam nunc rogat sanctitatem tuam deprecans dicens: ut usque in diem dominicum expectes eum et statim egredietur. Cum autem advenisset dies dominicus et non statim egrederetur, accipiens baculum senior in plenitudine invidie et iracundie spiritu pergebat ut cedendo expelleret eum de cella. Videns autem discipulus eius dixit ei: Si iubes pater precedo te et videbo ne forsitan aliqui fratres ad salutandum eum venerint. Et si viderint te scandalizentur. Processit ergo discipulus eius et intrans ad eum dixit: Ecce abbas meus venit ad salutandum te. Egredere contra eum, et in gratiarum actione ostende ei quia per nimiam dilectionem et caritatem venit ad te. Qui statim surgens cum nimia alacritate occurrit ei. Cumque vidisset eum de longe approximans prostravit se genibus in terra adorabat

qui sene cum gaudio atque dicens Benedi-
ctus dominus tibi senex pro hac tua cellula
quam mihi pro nomine eius construxisti: Et in celesti
qualem ut sanctos suos dominus et tibi gloriosam et
splendidam preparat mansionem. Senex autem cum
videns seniorem compunctus est corde et procidens
baculum cum eo et apicem eius osculatus est et
cum invitavit illum ut ad cellulam suam
non potest tu gaudio atque finiret tibi
Vocavit autem senex supra memoratum discipulum
suum et interrogavit eum dicens. Dic mihi fili
si dixisti ipsi fratri verba que pro cellula illam
mandavi ut diceres ei. Tunc discipulus eius
confessus est dicens. Vere dico quod pro
[illegible] quam tibi exhibeo qui pro et
dico. Ideo non audebam tibi [illegible] qui mit-
tebas me ad eum. Tamen nihil eorum dixi ei
que mandabas ad eum. Hoc audiens senior
statim proiecit se ad terram ad pedes discipuli
sui dicens: Ex hodierna die tu pater meus
esto et ego discipulus tuus. Sed in te festinare
et moderate cum timore et caritate dei et
gente. et mea et illius fratris animam de
prima laqueo vel dyaboli liberavit. Domino
ei et per sua sollicitudine et intentione discipuli
qui perfecte in caritate Christi diligebat ab-
batem suum et amoribus timebat ne per in-
vidie et [illegible] aliquid ageret
preceptis [illegible] et perderet omnes suos la-
bores quos ab ineunte etate in Christi [illegible]
[illegible] laborabat ideo [illegible]
ut illius [illegible] in pace [illegible]

Fuit quidam frater in monasterio nomine
Eulalius: humilis [illegible] humilitatis [illegible]
et quando sicut solet culpabiles ad-
invenissent negligentiores fratres excusantes se
per vasa sua super eum fratres afferebant quasi cul-
pabilem. Quicumque argueretur a senioribus
non negabat sed confitebatur se in peccato. et ado-
rans eos dicebat se errasse et negligenter
se fecisse. Cum autem iam ac frequenter accu-
sarent eum. et iam quidam monasterii bidua-
na ac triduana ieiunia ei iniungerent. Ille
omnia patienter tollerabat. Ignorantes autem
fratres quia hoc omnia ex humilitatis virtute patienter
sustineret. querelas pertulerunt maxime senio-
res ad presbyterum monasterii et dixerunt ei:
Consilium presbyter quid faciendum sit quia non pos-
sumus sustinere negligentias et rapinas quas
frater Eulalius facit in monasterio. Iam pene
omnia vasa et utensilia monasterii confracta
sunt et exterminata per negligentiam eius
[illegible] quod ille talis toleratur. Dixit eis
presbyter monasterii: iam paucos dies sustinete
fratres et postea ordinabitur de eo quod oportet fieri.
Hoc dicens dimisit fratres ingressusque cellu-
lam prostravit se in orationem: obsecrans misericordiam Dei ut
ei manifestare dignaretur: quid ordinare autem
diffinire posset de supradicto fratre. Tunc Domi-
no revelatum est ei quod ageret. Convocavit quoque omnes
fratres abbas dixit eis: Credite mihi fratres
quia magis opto matulam fratris Eulalii cum
humilitate et patientia eius quam omnia opera vestra cum
[illegible] qui murmurationes in cordibus suis ex-
ercent in monasterio. Ut autem ostendat nobis Deus
quale meritum apud Deum habet ipse frater:
precipio vobis ut deferantur huc matule omnium
fratrum. Quas cum detulissent iussit ut
accenderent ignem. Et misit in eum omnes fratrum
matulas: Que statim combuste sunt omnes preter

maculā frīs eulalii. Nunc iniq̄tas rēpta ē
& nō abscisa. Cumq̄ h' audissent omnes
frēs timuerunt valde. & p̄sternētes se in
terra & veniā ī indulgentia a xpō dnō
postulabant. & collaudātes admirabantur
nimis patientiā frīs eulalii. Deinceps
ex cōsiderabant & magnificabant eum
tāq̄ vnū de magnis prībus. Istos autē
honores & laudes nō potēt sustinē
frē eulalius dicens. ve michi ī felici: q
p'didi humilitatē meā q̄ p̄ tanta t̄pa ac
quisiui. auxiliāte & adiuuāte me xpō
dnō festinā. Consurgens itaq̄ nocte
egressus de monasterio fugit ī heremū
ubi nullus eū agnosceret. & ubi ī hōc
loco habitauit sorduit et tpales honores lau
des & celeste q̄ etnā gloriā a saluatōe
nrō ī futuro p̄cipe seculo

Heremita quidā fuit nōīe pior
de antiquis prīb; qui vro adhuc
adolescente in scō p'posito monachor̄ ī sitē
: demoratus ē autē apud beatū antoniū
annos paucos. Cumq̄ viginti quīq̄ esset
annorū abiit ad aliū secessū heremi lo
cū ut solitarius habitaret: hō ī voluntā
& cōsciencia bti anthonii. Dixit aūt ei
beatus anthonius: Vade pior & habita ubi
volueris & cū tibi p' aliquā r̄onabilē
occasionē . reuelauerit dns venies
ad me. Cū aut̄ p'uenisset hic ip̄e pior ad
locū qui situs ē int' nitria & heremū scithi
cie. effodit puteū cogitans apud semet
ip̄m qm̄ quale inueniā aquā ī ueniēs cōme
ipā cōtentus ero. Quod & factū ē. & ad

augmentū virtutis eius: talis habuit
occasio: tantū ēi salsa āt amaritu
dinē aqua ut si quis ad eū vi
sitandi grā veniret ī ip̄o vasculo
aquā sibi portaret: demoratus ē ēg'
in eodē loco annis triginta. Dicebat ēg'
ut recederet de ipo loco. p̄ amariti
dinē aque ip̄e autē dixit eis: Si
amaritudinē et laborē & abstinentiā fu
giamus & delicias requirimus ī hoc mundo
habere. post exitū vite huius non
p'cipiemus illa etnē & dē dulcia bō
: ut p'uenim' illis p'petuis bonis paradisi
deliciis. Dicebant ēg' frēs q̄ vnū
tm̄ paximatiū & quinq̄ olivas ī die
accipiebat. & hōc de ambulando p'
terra & hoc affirmabat de eo ut ipse
tē prim' q̄ intrauit & eo ap̄licās
ex quo egressus ē de domo parē
suorū nunq̄ eis visus ē. Tā dū sep̄t
tos audisset parentes suos. ut p'git
ad requirendū seu visitandū ip̄m
quos suos. Vnius soror eius cū
esset vidua haberet duos filios iā adoles
centulos. misit eos ī heremū ad re
quirendū frēm suū piorē. Cumq̄
diuisa monasteria circuissent r̄pererēt
eū. tandē vix ī uenientes eū dixe
runt ei: Nos filii sororis tue sumus
que nimio desiderio cupit te vidē
ante exitū suū. Ip̄e nō uo acq̄euit
peticioni ip̄orū. Perexerunt ergo
adolescentes ad honorē dei btīm abbm

videre ei pro qua ea venisset: Misit autem beatus Anthonius et vocavit eum ad se: Dixit que ei: Quare frater caro tempore non venisti ad me Ille autem dixit: Quia precepisti mihi beatissime pater ut cum per aliquam occasionem revelaret mihi dominus tunc veniam ad te et ecce usque hactenus non mihi revelavit: Dixit ei beatus Anthonius vade ut videat soror tua. Tunc assumpsit secum alium monachum et perexit ad locum et domum sororis sue Et foris ipse ianuam atrii clausis oculis ut non videret sororem stetit Illa autem videns iecit se ad pedes eius: et nimio ei gaudio angustiata est: Dixit ei beatus prior Ecce ego sum prior tuus: vide quod me quem voluisti Et post hoc statim reversus est et venit ad cellulam suam Hoc autem fecit ad erudiendum monachos. ut non diceretur eis licencia cum libitum eis fuerit visitare patriam vel parentes suos

Quidam abbas theodorus qui manebat in monte qui vocatur alias habebat sororem que ab infancia in sancto proposito conversabatur. Ipsa enim dixit et vocavit fratrem suum eundem abbatem theodorum: ut relinqueret vanitates seculi huius et ingrederetur monasterium: Cum autem ingressus fuisset monasterium per viginti et quatuor annos non egressus est de monasterio: ut visitaret suam sororem Illa nimis desiderabat videre eum una et frequenter scribebat et mittebat ad eum epistolas petens ut antequam exiret de hoc corpore eius veniret ad eam ut in caritate christi de presencia sua letaretur. Ille autem excusabat nolebat quod de monasterio egredi: Venerabilis autem famula dei soror eius iterum scripsit ad eum dicens quod si volueris venire ad me veni et ut ego veniam ad te: ut post tanta tempora merear adorare sanctam civitatem tuam: Hic autem cum audisset supradictus abbas theodorus contristatus est nimis: et cogitabat apud semetipsum dicens Cum si permisero ut ad me veniat soror mea. Dicto dabitur licencia ut et alii parentes atque propinqui nostri veniant ad visitandum me Ideo quod tractavit apud se ut magis ipse pergeret ut visitaret sororem suam Accepit autem ad secum duos fratres de monasterio Et cum venissent ad ianuam sororis sue: exclamaverunt dicentes: Benedicite et audite peregrinos Egressa est autem soror omnis cum alia sorore eius famula dei et aperuit ianuam. et primum non cognovit: fratrem suum Ipse autem cognovit sororem suam Sed non est locutus ei verbum ne forte in voce cognosceret eum fratres autem qui cum ipso erant: dixerunt ad eam Rogamus te domina nostra ut iubeas nobis aquam dare ad bibendum quia de itinere fatigati sumus Cum autem accepissent et bibissent aquam facientes orationem et gratias agentes deo discesserunt: et reversi sunt ad monasterium suum post aliquantos autem dies iterum scripsit ad eum soror sua ut veniret et videret eam ante exitum suum: Et orationes faceret in monasteriolo eius. Tunc ille rescripsit ad eam: Et direxit epistolam per monachum de monasterio suo dicens: Anima prestante quam tristis ego venio ad te et nullus me agnovit. Ipsa vero ingressa est ad nos et dedisti nobis aquam et accepi de manibus tuis et bibi. et gratias agens deo rursus sum in monasterium. Sufficiat ergo tibi quia vidisti me. et ulterius non sis mihi molesta sed ora pro me. Cessaverit ad dominum deum nostrum.

Hec narrata de beato theodoro que nobis exempla virtutum conferre. Sic itaque beatus theodorus discipulus fuit beati pachomii viri de sanctis patribus qui fuit pater infinite multitudinis monachorum multorumque monasteriorum in partibus thebaide. Qui eo in ordine sanctitatis fulgeret virtutibus: tantam conferre gratiam a domino meruit. Multa ei futura revelavit ei deus. Quedam autem tempore supradicti beati theodori soror germana venit ad monasterium in quo versabatur theodorus: ut post multa tempora videret germanum suum. Cumque nunciassent de adventu sororis eius misit germanus eius monachos qui observabant ad ianuam monasterii mandavitque per eos sorori sue dicens: Ecce soror audisti et cognovisti quod vivo non conspicias aut considera vanitate et debilitate presentis mundi et quietem eternam et apprehende sancte vite conversationem ut pervenire possis ad eternam vitam et ad celestia bona que preparavit diligentibus se dominus et facientibus mandata eius. Certa ergo apud te quia hec sola est vera et firma spes ut facias ea que dei precepta ut merearis pervenire ad gloriosa et eterna promissa domini nostri ihesu christi. Hec autem cum audisset statim compuncta corde lacrimas fundebat in conspectu domini et postea paululum ingressa est in monasterium virginum famularum dei quod in eodem vico situm est. et gaudebat que multiplicabatur in sancto proposito salutis christi.

Hec ista gesta cum audisset mater eorum: despecta est corde: direxit quoque ei epistolas ad supradictum sanctum pachomium patrem monasteriorum pro filio eius. Cumque missas applicuit in monasterio famularum dei. et direxit epistolas ad patrem monasterii ut videret filium suum. Beatus autem pachomius vocavit filium eius theodorum et dixit ei: Audivi fili quod mater tua advenit propter te. Itaque per epistolas episcoporum que scripserunt ad me: vade ut videat te mater tua. Dicit ei theodorus pater accepisti me domine ut videam matrem meam ubi ergo abiecto videre eam post tantam scientiam spiritualem: vereor ne culpabilis inveniar apud deum. Et ei oportebat me fortitudinem cum mei ad exemplum aliorum fratrum devitare. Audiens autem mater eius quod non accepit videre eum: nimio affectu fervens filium: noluit revocare domum suam sed permansit in monasterio virginum dicens: Numquid si hic permansero et sepe videbo filium meum cum inter alios fratres egreditur ad necessarias monasterii causas. et monitis et exhortatione eius proficere possum in sancta conversatione. Nostrum quoque eius spiritualis ascribit cor meum ut merear pervenire ad eternam requiem quam promisit dominus ad eis qui diligentibus se. Similiter autem magnifica per sanctum pachomium [illegible] dominus mirabilia faciet [illegible] et a demonibus obsessos sanaret [illegible] cato christi domini nostri nomine curavit. Multos ac diversas egritudines sustinentibus et palli[illegible] cis orationibus eius misertus est dominus.

Vidimus et beatum abbatem Parthonium contra immundissimos demones certamen bonum certavit sicut ad litteram [illegible]: tunc et hec autem homines: Nempe [illegible] precibus exorabant dominum ut sepius non caperet per aliquod tempus quoniam noctibus ac diebus pervigil permanens contra adversarios demones dimicando donec persisteret et superaret eos sicut dicitur in psalmo: et non convertar donec deficiant. Perstitit ergo et concessit dominus petitionem eius. Passi sibi sunt demones et recesserunt: cum quibus tantum ex tota fide et ex tota mente cordis fervente sancto desiderio et adiuvante nos virtute salvatoris nostri christi contendimus contra eos.

Referebant nobis de eodem beatissimo patre Parthonio quod fuit ut dicitur multorum monasteriorum in religione [illegible] sepius. Quem frequenter dicebat fratribus: ego sicut testis est deus sepe audivi immundos spiritus demonum loquentes inter se diversas ac varias artes suas quas contra sanctos dei movent contra monachos suos. Quidam enim eorum dicebat quia ego diversissimum hominem habeo et quotiens enim immitto per suas cogitationes ille statim surgit et convertit se in orationem cum gemitu; orat [illegible] sibi [illegible] amplius: Ego autem illo compulsus cum [illegible]

Item alius demon dicebat: ego ad illum quem obsideo cum ei cogitationes in corde immitto consentit et suscipit et facit ea. Sepe enim eum ad [illegible] cum in iracundia facio: et in [illegible] et pigritiationis et dormitationis in psalmodia et non advertit. Ideo ergo fratres mei dilectissimi semper omnes ut custodiatis sensum et animum vestrum: et vocatis nomen domini ihesu christi et secundum precepta dei [illegible] tamen in oratione et psalmodia sicut dicit apostolus: instantes orationi et vigilantes in ea. Ideo ergo cum [illegible] et timore cordis vigilamus: non prevalebunt contra nos adversarii et immundissimi demones. Ipse autem beatus [illegible] dicebat fratribus: ut semper [illegible] dei in salute animarum suarum. Postmodum eos [illegible] fratrum in cellulas suas operantes manibus suis et meditantes que de scripturis sacris didicerant. [illegible] autem alia [illegible] eos [illegible]. Ita [illegible] que de scripturis sacris didicerant [illegible] exponens et capitula singularia scripturarum que ad timorem domini confirmaret et illuminaret animas eorum.

Fuit quidam vir magna de [illegible] moribus cui tale gratia christi donaverat [illegible] ei spiritu sancto ut videre posset que a[illegible] non videbantur. Referebat [illegible] presbiteris dicens: quod [illegible] fratres simul loquebantur inter se et afferebant de sanctis scripturis que ad salutem pertinent animarum. Stabant autem circa eos sancti angeli letantes et hilari vultu [illegible]rantes. Exultabant enim de eloquio divino. Cum autem alios quosdam inter se loquentes [illegible] angeli sancti discedebant longe indignantes contra eos. Videbat autem porcos sordidissimos et morbo plenos et volutabant se inter eos. Demones enim ipse pecorum delectabantur de superflua dona larga eorum. Senex autem senior hoc audiens abiit in cellulam suam: et per totam noctem cum grandi fletu et ululatu gemendo deflebat miserias meas. Exhortabatur ergo sibi fratres per monasteria: et commonebat fratres dicens: Custodite fratres a multiloquio et ab ociosis illis signa: et multi intellexerunt ergo quia. Et non intelligimus quia per hoc et deus fecit a gentibus credibiles sumus? Dicit enim scriptura dicens: et in multiloquio non effugies peccatum: hec enim infirma et vacua efficiunt mentem et animam meam.

Vir quidam fuit in palacio sub Theodosio imperatore nomine Arsenius: cuius filios Archadium et Honorium augustos de baptismo suscepit. Hic itaque Arsenius desiderio divini amoris accensus derelinquens omnia que sunt secularis glorie, perrexit ad heremum Scythie, ut ibi solus per se solitarie et quiete ab omni strepitu mundi hic ageret vitam. Ut separatus ab illecebris et delectationibus corporalibus cum tota mente intenderet ad sequendum deum quod scriptum est: Adhesit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Narrabant ergo de eo sancti seniores, quod sicut cum in palacio quondam erat nemo preciosioribus vestimentis pre omnibus utebatur: ita postmodum in heremo Scythie degens studebat ut omnibus monachis viliora et despecta vestimenta haberet. Hic ipse Arsenius toto tempore vite sue sedens ad opus manuum pannum habebat in sinu propter lacrimas: que ob desiderium celestis vite crebro decurrebant ex oculis eius.

Dicebat autem abbas Daniel de abbate Arsenio quia cum operaretur sportas de palmarum foliis, mittebat aquam in vasculum ut infunderentur palme. Et cum fieret bulliosa aqua adeo non permittebat ut in totum alia aqua mutaretur, sed super illam fetidam aliam addebat aquam ut sic feteret. Interrogabant autem eum fratres dicentes: Cur non permittis pater ut aqua mutetur, sed pessimo fetore tota cellula tua repletur? Respondens autem senior ait: Quoniam pro thymiamatibus et unguentis et aromatibus diversis quibus in palacio quondam cum adhuc in seculo fruebar, oportet me nunc de isto fetore sustinere quamdiu feterem permansione, ut in die iudicii de illo gehenne intollerabili fetore liberet me dominus: ut non cum illo divite qui epulabatur in isto mundo delicate et splendide addicatur anima mea.

Quidam de fratribus dixit abbati Arsenio: Ecce diu sepius per meditationem insisto de sanctis scripturis quas didici et non sentio compunctionem in corde meo, quia ego non intelligo virtutem scripture divine: unde et valde contristatur anima mea. Respondens autem abbas Arsenius ait: Oportet te fili incessanter meditari eloquia dei. Audivi enim quod dixit abbas Pemen et alii multi sanctorum patrum: Sicut incantatores illi qui serpentes pellunt incantatione non intelligunt ipsi verba illa que loquuntur, sed serpentes audientes intelligunt virtutem illorum verborum et conquiescunt et subduntur eis: ita ergo et nos faciamus. Quamvis non valeamus intelligere divinam virtutem scripturarum: tamen demones audientes divini verbi virtutem fremunt et effugati discedunt a nobis non sustinentes eloquia spiritus sancti: que per servos suos prophetas et apostolos est locutus.

Quodam autem tempore cum in vicino beati macharii homicidium fuisset perpetratum et quidam innocentia homicidii impingeretur crimine admisso, surgens ille qui calumpniam paciebatur fugit ad cellulam sancti macharii. Affuerunt et illi qui eum persequebantur. Et alligantes eum dicebant periclitari se ipsos nisi comprehensum legibus traderent homicidam. Ille non eum dum impingebatur cum sacramentis affirmabat conscium se non esse sanguinis illius. Et cum diutinas ab utraque parte fieret certamen interrogavit sanctus macharius ubi sepultus esset qui dicebatur occisus. Cumque designassent ei locum, venit cum ipsis pergit ad sepulcrum atque ibi flexis genibus invocato xpi nomine dixit ad eos qui astabant. Nunc dominus ostendet si reus est hic qui perurgetur a vobis. Et elevata voce exclamabat nomine defunctum. Cumque ei de sepulcro nominatus respondisset ait ad eum macharius. Per fidem xpi te obtestor ut dicas utrum ab isto homine qui pro te infestatur occisus es. Tunc ille de sepulcro clara voce respondens dicebat non se esse ab eo interfectum. Et cum obstupefacti omnes decidissent in terram ad pedibus et voluerunt rogare eum ceperunt ut interrogaret illum a quo esset occisus. Tunc dixit sanctus ait. Hoc ego non interrogabo. Sufficit enim michi ut innocentem liberem. Non est autem meum ut reum prodam. Forsitan enim compungetur ad confessionem quod gessit et aget penitenciam et salvabitur anima eius.

sufficientes in virtutibus pro declinent.
Undecima de sobrietate quod decima in esse 11
vigilancia cum similibus reperiatur omnibus pre-
Duodecima de continua oratione in qua eciam 12
apostolus commonuerit ubi adversus omnem vitam
quomodo orationis instancia minuamus.
Tercia decima de hospitalitate ut in suis 13
capiendis fratribus non personam respiciat sed
Christi personam cogitet. Quartadecima de 14
obediencia insinuans monacho propriam voluntatem
presideri arbitrio ut in bonis esse procedant.
Quindecima de humilitate monstrans non 15
hac solam esse virtutem quae et angelos
in celo stabiles et homines angelis reddit
equales. Sedecima de caritate 16
erudiens nos ut Christi benignitatem
imitantes supponere saluti vilitate propriam
proponamus. Decimaseptima de prudencia 17
in qua sui dei narrat in opere sui laboris
premium perfectius meruisse famuli. Decima octava 18
de signis pro ordine exhibens demon-
strans plerosque sanctos sibi benignitatem gra-
tiam laude et aliis perfunsse ordinis. Decima- 19
nona exempla monachice quia sancto
eo quod superius sparsim posita hic vi-
deantur comprehendi. Hec in partibus distin-
guitur presentibus et ad intendendum quod omnia quam
singulis partibus continentur rebus et exemplis
ex parte confirmata quam vilis

Incipit liber quartus de vita vere et exte-
rioris primum in partem decem et novem distincta ad professionem monachi

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

[illegible] Ad perfectam conversationem quidam frater venire cupiens interrogavit senem quendam dicens: Quid est perfectus homo? Dixit ei senex: Perfectus homo est humilitas. Quanto enim quis ad humilitatem inclinatus fuerit, tanto elevabitur ad perfectum.

2m Dixit abbas Iohannes nanus: Ego volo hominem participem ex omnibus virtutibus esse. Ita ergo per singulos dies surgens mane de omni virtute Dei sume principium et mandata Dei custodi in magna patientia et tribulatione cordis et observantia in oratione multa et supplicationibus cum gemitibus, in puritate et mundicia lingue et custodia oculorum; iniuriatus ne irascaris, pacificus esto et non reddas malum pro malo; non attendas ad invidiam aliorum neque teipsum exaltes, sed esto subditus et humilior omni creature; renuntiando omni materie corporali et hiis que secundum carnem sunt; in cruce et certamine, in humilitate spiritus, in bona voluntate et abstinentia spirituali, in ieiunio et penitentia, in fletu et certamine pugne, in discretione iudicii, in castitate anime, in perceptione boni, cum quiete et opere manuum tuarum, in nocturnis vigiliis, in fame et siti, in frigore et nuditate, in laboribus; includens te sepulcro tuo tamquam mortuum, ut videas te prope esse mortem omni die.

no

3m Dixit abbas Ioseph quia custodire et semetipsum considerare et discernere, hee tres sunt operationes anime. Iterum quidam frater interrogavit eum dicens: Quomodo hoc est? Respondit senex: Videmus in Daniele quia non est inventa in eo accusatio nisi de cultu quod exhibebat Deo suo. Dixit iterum quia paupertas et tribulationes hee sunt ~~tribulationes~~ operationes solitarie vite. Scriptum est enim quia si fuerint tres hii viri Noe, Job et Daniel. Noe personam gerit non possidentium, Job autem personam tribulatorum, Daniel vero discretionem. Ergo in quo hee tres actiones in homine, Deus habitat in homine. Item dixit abbas Pastor quia si duas res odit monachus, potest liber esse ab hoc mundo. Et dixit frater: Que sunt iste? Respondit senex: Carnalem requiem et vanam gloriam.

Narravit abbas Cassianus de quodam Iohanne abbate qui erat prepositus congregationis, quia magnus quidam fuit in vita sua. Hic autem cum moriturus esset et discessurus cum hylaritate et prompto animo ad dominum, circumsteterunt eum fratres rogantes ut aliquod compendiosum et salutare loco hereditatis ab eodem susciperent verbum, per quod possent ascendere ad perfectionem que est in Christo. Ille autem ingemiscens ait: Nunquam feci propriam voluntatem, nec aliquem docui quod prius non fecerim.

Abbas Sysoys dixit: Esto gregalis et voluntates tuas post tergum tuum proice; esto liber et securus a secularibus curis et habebis requiem.

Frater interrogavit senem dicens: Quomodo venit timor Dei in animam? Dixit ei senex: Si habet homo humilitatem et paupertatem ut non iudicet alium, sic venit in eum timor Dei. Senex quidam dixit: Quod ipse odio habes, alii ne facias. Si odis qui tibi male loquitur, si odis qui tibi calumpniam facit, neque tu facias alicui calumpniam. Si odio habes qui te in [illegible] ducit, qui iniuriose afficit aut aufert tua, aut aliquid tale facit, nec horum tu facias cuiquam. Qui ergo hoc verbum custodire potest, sufficit ei ad salutem.

Dixit sanctus Gregorius quia hec tria exigit Deus ab omni homine qui est baptismum consecutus: fidem rectam ex tota anima et veritatem lingue, continentiam et castitatem corporis.

Interrogavit abbas Pambo abbatem Antonium dicens: Quid faciam? Respondit ei senex: Noli in tua iustitia esse confidens, neque peniteat te de re tua transacta, et continens esto lingue tue et ventris tui. Magnus abbas dixit quia dicebat quidam patrum quod sicut [illegible] et non [illegible] victa [illegible] [illegible] nec durat monachus in porcu in passibus.

Dixit abbas Macharius abbati Zacharie: Dic mihi quid est opus monachi? Dixit ei: Me interrogas, pater? Et dixit Macharius: Abbas Zacharias, credo tibi, fili Zacharia; est enim qui me pulsat ut interrogem te. Dixit ei Zacharias: Quantum ad me, pater, hoc puto quia qui quantumcumque semetipsum in omnibus sufficit atque coegit, ipse est monachus.

Dixit senex: Roga deum ut det luctum in corde tuo et humilitatem, et semper attende peccata tua, et non iudices alios, sed esto subditus omnibus; et ne habeas amicitiam cum muliere neque cum puero neque cum hereticis; et abscinde a te fiduciam, et contine linguam tuam et ventrem tuum; abstine a vino; et si quis de quacumque re locutus fuerit tecum, noli contendere cum eo, et erit mens tua pacifica.

De quiete capitulum primum — Secunda pars

Beatus abbas Arsenius cum adhuc in palatio esset, oravit dominum dicens: Domine, dirige me ad salutem. Et venit ei vox dicens: Arseni, fuge homines et salvaberis. Idem ipse descendens ad monachalem vitam, rursus oravit dicens: Domine, dirige me ad salutem. Et audivit vocem dicentem sibi: Arseni, fuge, tace, quiesce; hec enim sunt radices non peccandi.

Venit aliquando abbas Arsenius in quendam locum et erat ibi harundinetum, et movebatur a vento. Et dixit senex ad fratres: Quid est hic motus? Et dixerunt ei: Harundines sunt. Et dixit eis senex: Vere si quis sedet in quiete et audierit vocem avis, non habebit cor eius eandem quietem; quanto magis vos habentes sonum harundinum.

Item dicebat de eo qui supra quia erat cella eius longe in milibus xxxij et non exibat cito, sed alii faciebant ei ministeria. Cum vero in solitudine desertum est e loco quo vocatur Scythi, exibat plorans et dicens: Perdidit mundus Romam et monachi Scythi.

Sedente eodem abbate Arsenio Scythi aliquando in Canapo, venit de Roma virgo dives valde et timens deum ut videret eum; et suscepit eam Theophilus Alexandrinus episcopus. Illa autem rogavit eum ut ageret cum sene et videret eum. Qui abiit ad eum et rogavit dicens: Aliqua matrona venit de Roma et vult te videre. Senex vero non acquievit ut veniret ad eum. Cum ergo hoc nuntiatum fuisset supradicte matrone, iussit sterni animalia dicens: Credo in deum quia videam illum. Non enim in civitate nostra homines vidi, sed ego veni prophetam videre. Et cum pervenisset ad cellam eius, senex nutu et ordinatione dei inventus est oportune foris cellam suam. Et videns eum supradicta matrona prostravit se ad pedes eius. Ille autem levavit eam cum indignatione et intuens in eam dixit: Si faciem meam videre vis, ecce vide. Illa autem pre verecundia non consideravit faciem eius. Et dixit ei senex: Non audisti opera mea? Hec enim videnda sunt. Quomodo autem presumpsisti tantam navigationem assumere? Nescis quia mulier es, et non debes exire quoquam? Aut ut vadas Romam et dicas aliis mulieribus quia vidi Arsenium, et faciant mare viam mulierum venientium ad me? Illa autem dixit: Si voluerit deus me reverti Romam, non permitto aliquam venire huc; sed ora pro me et memor esto mei semper. Ille autem respondens dixit ei: Oro deum ut deleat memoriam tui de corde meo. Que audiens hec egressa est conturbata; et cum venisset in civitatem, pre tristitia febricitare cepit. Et nuntiatum est archiepiscopo Theophilo quia infirmaretur, et veniens consolabatur eam et interrogavit eam quid haberet. Illa autem dixit ei: Utinam non venissem huc. Dixi enim seni: Memor esto

mei et ait mihi ora deum ut deleat memoriam
tuam de corde meo et ecce ego pro certo
morior. Et dixit archiepiscopus nescis quia mulier
es et inimicus per mulieres viros sanctos impugnat
propterea hoc dixit senex nam pro anima tua ora-
bat. Et ita curata est mens eius. Et
discessit cum gaudio in propria.

Dicebat alius Abraham discipulus ab-
batis sysoys cum pater senuisset. Eamus
prope modicum mundum. Dixit abbas sysois ubi
non est mulier illuc eamus. Dicit ei discipulus
eius. Et ubi est locus non habens mulierem nisi
forte solitudo. Et dixit ei senex in solitudinem
duc me tolle.

Narraverunt quidam quod tres studiosi dili-
gentes se fratres facti sunt monachi et unus quidem
ex eis elegit litigantes in pace reduce-
re iuxta id quod dictum est beati pacifici. Secundus
visitare infirmos. Tertius autem abiit vacare
in solitudine. Primus ergo laborans propter lites hominum
non poterat omnes sanare. Et tedio vic-
tus venit ad illum qui serviebat infirmis et
invenit et ipsum animo deficientem et non po-
terat mandatum perficere. Et concordantes
hii duo abierunt videre illum qui in heremo
discesserat. Narraverunt ei tribulationes suas
et rogaverunt ut diceret eis quid ipse profe-
cisset. Et tacens paululum misit aquam in va-
sum et dixit eis. Attendite in aquam et con-
siderate. Et erat turbulenta. Et post modicum rursum dicit
attendite modo quomodo limpida facta est aqua.
Et cum intenderent in aquam videbant tamquam in speculo
vultus suos. Et tunc dixit eis sic est qui in medio
hominum consistit. A turba enim non videt peccata
sua. Cum autem quieverit et maxime in solitudi-
ne tunc delicta sua conspicit.

Venit aliquando beate memorie beatus theophi-
lus archiepiscopus ad abbatem arsenium cum
quodam iudice et interrogavit senem archiepiscopus
volens ab eo audire sermonem. Paululum autem
tacens senex postea respondens ad eum dixit. Et
si dixero vobis custodietis. Illi autem promiserunt
se custodire. Dixit eis senex ubicumque au-
dieritis arsenium approximare nolite

Dixit abbas antonius sicut pisces si
tardaverint in sicco moriuntur ita et
monachi tardantes extra cellam aut cum viris se-
cularibus immorantes a quietis proposito resolvuntur.
Oportet ergo sicut piscem in mari ita et nos ad
cellam recurrere ne forte foris tardantes oblivis-
camur interiorem custodiam.



Dixit iterum qui sedet in solitudine et qui-
escit a tribus bellis eripitur auditus
locutionis et visus et contra unum tantum habebit
pugnam id est cordis. Dicebat abbas iulius
quia bonum est fugere corporalia. Quamdiu enim homo
est iuxta corporale bellum assimilatur viro stanti
super lacum profundissimum ut quando ei visum fuerit
inimico eius facile eum deorsum impingat.
Qui autem a corporalibus longe fuit assimila-
bitur viro longe posito ab eo ut vel si traxerit
eum inimicus per certe deorsum dum eum violenter
attrahit deus ei auxilium dirigit.

De compunctione

3a pars

Frater quidam interrogavit abbatem ammone(m)
dicens. Dic mihi aliquod verbum. Dixit ei senex
Vade talem fac cogitationem tuam quale(s)
faciunt iniqui qui sunt in carcere. Illi enim interro-
gant ubi est iudex et quando veniet et
ipsa expectatione penarum suarum plorant.
Ita et monachus debet semper esse suspectus et
obiurgare animam suam dicendo. Ve mihi quo-
modo habeo stare ante tribunal Christi et quomodo habeo
ei actuum meorum reddere rationem. Si autem
sic semper meditatus fueris salvus esse poteris.

Dixit abbas helyas ego tria ti-
meo unum quando egressura est anima mea
de corpore aliud quando occursurus sum deo tertium quando
adversum me proferenda est sententia.

Sancte memorie athanasius episcopus alexandrinus
rogavit abbatem pabo ut descenderet
de heremo alexandriam. Qui cum descendisset vi-
dit theatricam et lacrimatus est. Interrogatus
autem ab hiis qui aderant quare fuit lacri-
matus dixit. Duo me moverunt unum
de perditione illius. Aliud quia ego non habeo tale
studium placendi deo quale habet ista ut

ut hominibus complaceat

Abbas Silvanus sedens aliquando cum fratribus factus est in excessu mentis et cecidit in faciem suam et post multum surgens plorabat. Et interrogaverunt eum fratres dicentes: Quid habes pater? Ille autem tacebat et flebat. Compellentibus autem eum dixit illis: Ego ad iudicium raptus sum et vidi multos de habitu nostro euntes ad tormenta et multos seculares euntes ad regna celorum. Et lugebat senex et nolebat deinceps exire de cella sua, et si exire cogebatur operiebat cuculla faciem eius dicens: Quid volo videre lumen istud temporale in quo non est utile.

Narravit quidam senex quia aliquis frater cum vellet renunciare seculo prohibebat eum mater sua. Ille non quiescebat a proposito suo, et illa vero multum resistebat. Cum ergo desiderium eius impedire non potuisset, permisit. Abiens autem frater monachus factus est et negligenter vitam expendit. Contigit autem ut moreretur mater ipsius, et post tempus aliquod et ipse infirmatus est infirmitate magna, et cum factus fuisset in excessu mentis raptus est ad iudicium et invenit matrem suam cum hiis qui iudicabantur. Illa autem ut vidit eum obstupuit dicens: Quid est hoc fili? Et tu in hunc locum condempnatus venisti? Ubi sunt sermones tui quos loquebaris dicens: Volo salvare animam meam? Confusus autem in hiis que audierat ipso dolore stupidus factus est et stabat non habens quid ei respondere posset. Post hec autem misericordia dei prestante contigit ut repararetur et evaderet ab ista infirmitate. Et cogitans apud se divinitus esse factam hanc visionem, includens se de cetero sedebat et cogitabat de salute sua penitens et plorans de hiis que egerat prius negligenter. Post tantam autem conpunctionem venit ei ut multi eum rogarent ut indulgeret sibi paululum ne forte lesionem aliquam pateretur de fletu quem super modum faciebat. Ille autem nullo modo consolari volebat dicens: Si improperium matris mee sustinere non potui, quomodo Christi et sanctorum angelorum eius adversum me confusionem potero in die iudicii sustinere.

Dixit senex: Si possibile esset in adventu domini dei post resurrectionem pre timore exire animas hominum, omnis mundus moreretur a timore et formidine. Quale est enim videre celos scissos et deum revelatum cum ira et indignatione, et multitudines innumerabiles angelorum et totum simul hominum genus iudicandum. Propter quod sic debemus vivere ut potentes qui de singulis motibus nostris rationem exposcendi sumus a deo.

Vidit senex quendam ridentem et dixit ei: Coram celo et terra rationem tocius vite nostre reddituri sumus et tu rides? Frater interrogavit quendam senem dicens: Quid faciam pater? Dicit ei senex: Flere debemus semper. Contigit enim quendam senem mori aliquando et post horam multam in semetipsum reversum esse. Et interrogavimus eum dicentes: Quid vidisti ibi abba? Et narravit nobis plorans: Audivi illic vocem lugubrem sine cessatione dicentium: Ve michi, ve michi. Et nos semper dicere debemus. Et memorare Theophilus archiepiscopus cum moreretur dixit: Beatus es abba Arseni qui semper hanc horam ante oculos habuisti.

Dicebant patres quia manducantibus aliquando fratribus in caritate risit unus frater ad mensam. Et videns eum abbas Johannes flevit dicens: Quid putas frater habet in corde suo qui risit, cum debuisset magis flere quia caritatem manducat. Dixit abbas Evagrius: Cum sedes in cella tua collige ad te sensum tuum et memor esto diei mortis. Et tunc videbis corporis tui mortificationem, cogita calamitatem, suscipe dolorem, hoc sperne, et mundi huius vanitatem. Esto modestus et sollicitus ut possis semper in eodem quietis proposito permanere et non infirmaberis. Memorare etiam corporis quod in inferno est, cogita apud ipsum quomodo sunt illic anime, in quo amaro

silencio aut in ipsa passione gemitum vel in ali-
mentis aut anxietate aut in alia expiratione et dolor
et sui mitigatione conclusionis lacrimarum guttas.
Adhuc et diei resurrectionis memor esto et illud
divinum horrendum atque terribile ymaginare
iudicium. Adhuc ad medium reposita pec-
catoribus confusione quoniam passuri sunt in conspectu dei
et christi eius et coram angelis et archangelis
et potestatibus et omnibus hominibus. Adhuc et supplicia
omnia et ignem eternum vermem immortalem tartara
tenebras et super omnia hec dentium stri-
dorem timores et tormenta. Adduc etiam et bo-
na que iustis reposita fiduciam ad deum patrem
et christum eius coram angelis et archangelis et
potestatibus atque omni plebe regnum celorum et
dona eius gaudium et requiem. Utrorumque horum
commemorationem. Et super iudicium quidem peccatorum in-
gemisce plora vestire luctu ymaginem me-
tuens ne et tu ipse in hiis in eis sis. Super bo-
na reposita iustis gaude et exulta et letare.
Et hiis quidem studeas frui festina. Ab illis vero
effici alienus. Vide ne obliviscaris aliquando
horum sive intra cellam sis sive foris alicubi et memoria
horum ne abicias mentem tuam ut per hec sal-
tem sordidas et noxias cogitationes effugias.

9m Dixit abbas Jacobus quia sicut lucerna ob-
scurum cubiculum illuminat ita et timor
domini cum venit in cor hominis illuminat eum et
docet eum omnes virtutes et mandata dei.

18m Miserunt aliqui senes de monte Nitrie
ad abbatem Macharium maiorem in
Scithi rogantes ut veniret ad eos alioquin
sciret omnem multitudinem ad se esse venturam qui
desiderarent eum videre antequam migraret ad
dominum. Qui cum venisset in montem congregata est
omnis multitudo fratrum ad eum. Rogabant autem
eum seniores ut faceret verbum ad fratres. Ille
autem lacrimatus ait: Ploremus fratres et produ-
cant oculi nostri lacrimas antequam eamus
illuc ubi lacrime nostre corpora nostra combu-
rant. Et fleverunt omnes et ceciderunt proni
in facies suas dicentes: pater ora pro nobis.

Supervenerunt fratres ad abbatem Felicem
habentes secum quosdam seculares et rogaverunt
eum ut diceret eis sermonem. Senex autem
tacebat. Illi autem diucius rogantibus dixit
ad eos: Sermonem vultis audire? Dixerunt ei:
pater. Dixit eis senex: Modo non est sermo. Quando
autem interrogabant seniores et faciebant fratres
que dicebat eis tribuebat deus quomodo loque-
rentur. Nunc autem quia interrogant quidem non autem faciunt
que audiunt abstulit deus graciam a senibus
et non inveniunt quid loquantur. Quoniam qui operetur
non est. Hec cum audissent fratres ingemuerunt
dicentes: Ora pro nobis pater. Dixit abbas Sysoes:
Verbum malum non proferat de ore suo qui vult
non afferre [illegible]

De continencia pe 4m

Fratres quidam aliqui volentes venire ad abbatem
Arsenium de loco Scithi ingressi sunt in
navim ut irent ad eum et invenerunt in ipsa
navi senem qui ad abbatem Arsenium ire volebat. In-
terrogabant autem fratres et sedentes in navi loque-
bantur sermones patrum et de scripturis et iterum
de operibus manuum suarum. Ille autem senex
per omnia tacebat. Cum autem venissent ad por-
tum cognoverunt quia et ipse senex perrexisset
ad abbatem Arsenium. Cum autem venissent ad eum
dixerunt eis abbas Arsenius: Scitis quem comitem
invenistis senem hunc? Dixerunt autem et se-
ni: Bone frater invenimus tecum. Abba dixit
ei senex: Bonum est quidem sed hic utique cor non
habet ianuam. Quomodo vult intrare in stabulum et
solvit asinum? Hoc autem dicebat quia
ascendebat in ore ipsorum hoc loquebatur. Dicebat
abbas Daniel de abbate Arsenio quia tota
nocte vigilias protrahebat. Et cum circa vigilias
circa mane ipsa natura dormire cogeret dicebat
somno: Veni male serve. Et surripiebat
parum somni sedendo et statim surgebat.

Aliquando iter agebat abbas Agathon
cum discipulis suis et invenit unus ex eis
parvissimum fasciculum ciceris viridis in via.
Dixit seni: pater iubes tollere? Intuitus vero
senex et admirans dixit ei: Tu ipsum posuisti?
Dixit: non. Et dixit senex: Quomodo vis tollere
quod non posuisti? Venit aliquando quidam senum ad
abbatem Achillem et vidit eum sanguinem iactan-
tem de ore suo et interrogavit eum dicens

quod est hoc pater. Et dixit senex: Sine est frater quendam qui me contristavit et omnis con natus sum constituere illum apud me et condempnatum ut auferatur a me. Et [illegible] sanguinis in ore meo et certe exprimo illum et venit et dolore illo oblitus sum.

Misit epiphanius episcopus cyprius ad abbatem hylarionem rogans eum et dicens: Veni ut nos videamus antequam de corpore exeamus. Qui cum venisset gavisi sunt invicem. Manducantibus autem eis allatum est eis de carnibus, quod accipiens episcopus dedit abbati hylarioni. Et dixit ei senex: Ignosce mihi pater quia ex quo accepi habitum istum non manducavi quicquam occisum. Et dixit epyphanius episcopus: Ego autem ex quo accepi habitum istum non dimisi aliquem dormire qui haberet aliquid adversum me, neque ego dormivi habens adversum aliquem. Et dixit ei senex: Ignosce quia tua conversatio maior est mea.

Abbas zeno ambulans aliquando in palestina cum laborasset consedit ut manducaret iuxta cucumerarium. Et dicebat ei animus suus: Tolle tibi unum cucumerem et manduca. [illegible] est? Qui respondit cogitationi sue et dixit: Fures ad tormenta vadunt; proba ergo teipsum in hoc si potes ferre tormenta. Et consurgens stetit in cauma diebus v et decoquens seipsum in sole dicebat: Quasi in aliquo sum, non potes portare tormenta. Dixit ergo animo suo: Qui non potes portare tormenta, ergo ne rapias.

Dixit abbas ysaac presbiter cellarum: Scio fratrem metentem in agro qui voluit manducare spicam tritici et dixit domino agri: Vis manducem unam spicam? Ille audiens miratus est et dixit ei: Tuus est ager pater et me interrogas? In tantum scrupulosus erat memoratus frater.

Narravit abbas cassianus de quodam abbate Johanne quod fuit apud eum in [illegible] heremi sedentem per annos xl et habebat erga ipsum multam caritatem et pro hac caritatis fiducia interrogavit eum dicens: Tanto tempore sic incorporatus a nullo homine facile molestiam pateris aut quid profecisti? Et ille dixit: Ex quo cepi solitarius esse numquam me sol vidit manducantem. Dixit autem ei abbas Johannes: Et me nec irascentem.

aᵐ

Dicebant de abbate machario quia si vacavit cum fratribus ponebat sibi regulam ut si inveniebatur vinum propter fratres biberet, et pro uno calice vini uno die integro aquam non bibebat. Et fratres quidem volentes eum recreare dabant ei vinum. Et senex cum gaudio sumebat ut seipsum postea cruciaret. Discipulus autem eius sciens causam dicebat fratribus: Propter deum vos rogo ne detis ei, quia in cella postea se domat. Quod cognoscentes fratres ultra ei vinum non dederunt.

gᵃ

Abbas macharius maior in scithi dicebat fratribus post missas ecclesie: Fratres fugite. Et dixit ei unus fratrum: Pater, et ubi habemus fugere amplius in solitudine ista? Et ponebat digitum in ore dicens: Istud est quod fugiendum doceo. Et intrabat in cellam suam et claudens hostium sedebat solus.

gᵃ

Narravit quidam senum de abbate pastore et fratribus qui habitabant in egipto: Cuius desiderabat mater eorum videre eos et non poterat. Observabat eos die. Et euntibus ad ecclesiam obviavit se eis. Illi autem videntes eam gyrantes se ad cellam et intrantes clauserunt hostium in facie eius. Illa autem ante hostium stans clamabat plorans et miserabiliter gemens. Audiens autem eam abbas anub intravit ad abbatem pastorem dicens: Quid faciemus vetule isti, que ante ostium flens et gemens? Et abbas pastor venit ad ostium et intro stans audivit eam plorantem miserabiliter et dixit ei: Quid sic clamas vetula? Illa autem cum vocem eius audisset magis clamabat plorans dicens: Quia volo vos videre filii mei. Quid enim est si video vos? Numquid non sum mater vestra que vos lactavi et tota iam sum canis plena. Et iam audiens vocem tuam conturbata sum. Dixit senex: Hic vis nos videre an in illo seculo? audit

no

Si non video vos hic, videbo vos illic? Filii dicit ei: Si fit commemoratio sic, ut si videas, videbis nos illic. Et ita discesserunt valde gaudentes etc. Et ideo visitare suos illuc volo, vos videre hic.

10m Frequenter dicebat abbati Sisoi discipulus eius: Surge, abba, et manducemus. Qui dicebat: Quare, non manducavimus, fili? Et ille respondebat: Non, pater. Dicebat autem senex: Si nondum manducavimus, affer, manducemus.

11m Venerunt aliquando abbas Silvanus et discipulus eius Zacharias ad monasterium, et fecerunt eos gustare modicum antequam abirent. Et exeuntibus eis invenit discipulus eius aquam in via, bibere volebat. Et dixit ei abbas Silvanus: Zacharia, hodie ieiunium est. Cui ille dixit: Non manducavimus, pater? Cui senex: Caritatis fuit; nos autem teneamus nostrum ieiunium, fili mi.

12m Dicebat abbas Arsenius sufficere monacho si dormierit una hora, si tamen pugnator est. Dicebat de eo abbas Daniel quia tantos annos mansit nobiscum, et unam mensuram panis victus dabamus ei in anno, et quotiens veniebamus comedebamus de ea nos. Inde dicit quia quando audivit quod maturassent genera pomorum, dicebat: Afferte mihi. Et gustavit semel tantum parum ex omnibus, gratias agens Deo.

13m Dicebatur de abbate Amon quia egrotavit et in lecto plurimis annis decubuit, numquam relaxavit animum suum ut inspiceret interiora cellae suae ut videret quid haberet. Multa enim deferebantur ei velut infirmo. Et intrante discipulo suo Iohanne et exeunte claudebat oculos suos ne videret quid faciebat. Sciebat quippe quia fidelis monachus erat.

14m Quidam patrum dicebat quia frater fecit in cella remanere usque ad pascha. Et cum sabbato vel dominica venisset ad missas, communicans mox fugiebat ne cogeretur a fratribus in cella manducare aliud, sed tantum modicas betas elixas cum sale sine pane.

Infirmatus est quidam senum, et cum non posset sumere cibum multis diebus rogabatur a discipulo suo ut fieret ei aliquid et consolaretur. Abiit autem et fecit ei de farina zipulas. Erat in vasculo pendens modicum mel, et aliud vasculum quod erat raphanellum, et confectum erat. Quod non invenit sed errans, accepit et pro melle de raphanello misit in pulmentum et obtulit seni. Et cum gustasset senex, nihil locutus est, sed tacens comedit. Compellebat autem eum ut modicum manducaret. Et extorquens sibi manducavit. Et dabat ei tertio. Ille autem noluit manducare dicens: Vere non possum, fili. Discipulus autem hortabatur eum dicens: Bonum est, abba, et ego manduco tecum. Et cum gustasset et cognovisset quod fecerat, cecidit pronus in faciem dicens: Vae mihi, pater, quia occidi te, et tu peccatum hoc posuisti super me quia non es locutus. Dicit ei senex: Noli contristari, fili; si Deus voluisset ut mel manducarem, mel habuisses mittere in zipulas.

Frater abiit aliquando visitare sororem suam in monasterio egrotantem. Erat autem illa fidelissima et non acquiescens aliquando virum nec occasionem dare fratri suo ut propter illam veniret in monasterium feminarum. Mandavit eidem dicens: Vade, frater, ora pro me, quia cum gratia Christi videbo te in regno caelorum.

Transierunt aliquando patres in Alexandriam invitati a Theophilo episcopo ut pro oratione hiis destruerentur templa paganorum. Et manducantibus hiis cum archiepiscopo, missae sunt carnes vituli et manducabant nihil discernentes. Et accipiens episcopus unum capodium dedit maiori seni dicens: Ecce iste bonus est capodius, manduca, abba. Illi autem respondentes dixerunt: Nos usque modo credebamus quia olera manducavimus; ita si carnes sunt, non manducamus. Et ultra nemo ex eis attigit.

Frater quidam in cella attulit recentes panes et invitavit ad mensam seniores. Et cum manducassent singuli binos paximatios, pausaverunt. Frater non sic labore abstinentiae corporis cepit cum humilitate supplicare dicens: Pro Deo, manducare hodie domine fatigatum et madidum vidit eos suos palmatos et [illegible] quemque erat madidum est quia deus [illegible] et simpliciter abstinerent.

Aegrotavit alius magnus infirmitate ita ut diebus [illegible] sanguinis egerit. Et attulit quidam frater uvas siccas et fecit pulmentum et misit eas in et obtulit seni et rogabat eum dicens: Comede quia forte expedit tibi. Intuens autem eum senex diu dixit: Vere dico quia volebam ut me dimitteret Deus in hac infirmitate esse adhuc triginta annos. Et noluit acquiescere senex in tali aegritudine ut modicum sumeret cibum ita ut tolleret frater quod praeparaverat et rediret ad cellam suam.

Alter senex sedebat longe in heremo et contigit quendam fratrem venire ad eum et invenit eum infirmantem qui lavans eum fecit ei refectionem ex his quae attulerat. Quod cum vidisset senex dixit: Vere fratres oblitus fueram quia haberent homines de cibo solatium. Obtulit quoque ei calicem vini. Quod cum vidisset ploravit dicens: Non sperabam me usque ad mortem bibiturum vinum.

Statuit quidam senex ut xl diebus non biberet. Et si quando fiebat caumata levabat surisculam et implebat eam aqua et pendebat eam ante oculos suos. Qui cum interrogaretur a fratribus quare hoc faceret dixit: Ut cum video quod desiderabam et non gustans maiorem ardorem sustineam et maiorem mercedem a Domino consequar.

Pergebat quidam iter agens habebat secum matrem suam iam senem. Quod cum venisset ad quoddam flumen non poterat vetula illa transire. Et tulit filius eius pallium suum et involvit extremitates manus suas ne aliquo modo tangeret corpus matris suae et ita portans eam transposuit flumen. Dixit autem ei mater sua: Ut quid sic operuisti manus tuas fili? Ille autem dixit quia corpus mulieris ignis est et ex eo ipso quod te tangebam veniebat mihi commemoratio aliarum feminarum in animo meo.

Dicebant de abbate Helladio quod fecerat xx annos in cella et non levavit oculos suos sursum ut videret eius tectum.

Dixit senex quia frater interrogavit abbatem Pambonem si bonum est laudare proximum ~~et dixit~~ Et dixit ei: Bonum est magis tacere.

Facta est aliquando celebritas missarum in monte abbatis Antonii et inventum est ibi vas modicum vini et tollens unus de senibus parvum calicem portavit ad abbatem Sisoi et dedit ei et bibit semel et obtulit ei secundo et tertio et non accepit dicens: Quiesce frater an nescis quia est sathanas?

Dixit abbas Sisoie: Quaedam monacha [illegible] habitabit et in cella tota expenso commorabitur. Quocirca accessit ancilla Dei et invenit quendam abbatem visio [illegible] se ex via. Cui dixit abbatissa: Si perfecta monacha esses non te respiceres ut agnosceres quia fuisset monachus.

Ascendit aliquando presbyter de Scythi ad episcopum Alexandriae et cum reversus esset in Scythi interrogatus est a fratribus: Quomodo est civitas? Ille autem dixit eis: Credite mihi fratres quia in illa faciem hominis vidi nisi tantum episcopi. Illi autem audientes admirati sunt populum et dixerunt: Quid putas factum est aut non? Noster presbyter vero confortavit haesitantes dicens: Coegi me ne intuerer faciem hominis. Ex qua narratione profecerunt fratres ut custodiant se ab extollentia oculorum suorum.

Dicebant de abbate Petro cognomento Pionio qui erat in Cellis quia vinum non biberet. Cum autem senuisset rogabant eum fratres ut sumeret modicum vini. Qui cum non acquiesceret faciebant ei aquam et ita ei offerebant et dicebat: Credite mihi filii quia velud conditum illud accipio. Et iudicavit quod se reputaret aquam esse conditum.

Dixit abbas Evagrius quia dixit senex: Amputo a me delectationes carnales ut occasiones iracundiae abscindam. Scio enim quia ipsa adversum me pugnat pro delectationibus ut gravaret mentem meam et intellectum meum expelleret.

Patres quidam interrogaverunt abbatem Sisoi dicentes quid facio qui vado ad collectam et post festum invitare ad cibum cogunt me. Dicit ei senex: Onerosa est res. Dixit quoque Abraham discipulus eius: Si accidit in sabbato vel dominica ad collectam et biberit frater tres calices, ne multum est? Dicit ei senex: Si non esset sathanas, non esset multum.

Dicebant de abbate Agathone quia per triennium lapidem in ore suo mittebat donec taciturnitatem disceret. Dixit aliquis cum fiducia: Abbas Sisoes credite mihi quia ecce xxx annos habeo quod non deprecor deum pro peccatis meis, sed hanc orationem dico: Domine Jhesu Christe protege me a lingua mea, et usque nunc per singulos dies cado per ipsam et delinquo. Ipse dixit quia preparato una est ut retraheret omnes suum.

Venit aliquis abbas ad Achillem in cella abbas Ysaye in loco Scythi et invenit eum comedentem. Miserat in catino sal et aquam. Vidit autem quia abscondit illud post plectas de palmis. Dixit illi: Dic mihi quid manducas. Ille dixit: Ignosce mihi abba quia plantas scindebam et ascendi in cauma propterea nimium modicam buccellam in sale et misi in ore meo et exaruerunt fauces mee et quia non descendebat buccella quam in ore meo miseram, propterea compulsus sum super fundere modicum aque in sale ut sic glutire possim. Sed ignosce mihi. Et dicebat abbas: Achillem venite et videte ypsum iusellum comedentem in Scythi. Si vis manducare ius vade in Egyptum.

Dixit abbas Ysidorus in Scythi presbiter: xl anni sunt ex quo sentio commotum peccati in mente sua, numquam tamen consensi neque concupiscentie neque iracundie. Abbas ipse dixit quia ascenderet aliquando per viam que dicitur ad Sachi cum plectis de palmis, vidi camelarium loqui et commovere me ad furorem et dimisi quod portabam et fugi.

Dicebatur de abbate Pastore quia si invitatus fuisset ad manducandum contra voluntatem suam ibat lacrimando ut inobediens non esset fratribus suis et contristaret eos. Festivitas aliquando facta est in Scythi et dederunt seni in collatione vinum. Qui abiciens dixit: Tolle a me mortem istam. Qui videntes alii qui cum ipso edebant nec ipsi biberunt. Alia vice allatum est iterum vas cum vino de primitiis ut daret fratribus singulos calices. Et ingressus quidam frater videns quia vinum acciperent fugit in criptam et cripta cecidit. Mox cum audissent sonum, accurrentes invenerunt fratrem semivivum et ceperunt eum obiurgare dicentes: Bene tibi contigit quia habuisti vanam gloriam. Abbas autem complectens eum dixit: Dimittite, filius meus opus bonum fecit. Et vivit dominus quia non edificabitur cripta hec in diebus meis ut cognoscat mundus quia propter calicem vini cecidit cripta in Scythi. Interrogavit quidam frater abbatem Ysidorum seniorem in Scythi dicens: Quare sic te timent demones? Dicit ei senex: Ex quo factus sum monachus, studeo ne paterer iracundiam ad fauces meas ascendere. Et ideo timent me demones.

Capitula V^e

Erat quidam frater divino in Scythi solitarius et cum valde afflictaretur a demone fallaci, venit ad quendam senem et detulit ei cogitationes suas. Ille autem audiens quia ... est in cogitationibus et miserabilis, dicebat eum fratrem illum et indignum monachi habitu quippe qui huiusmodi cogitationes reciperet. Audiens frater desperavit semetipsum et relinquens ipsam cellam ad seculum redibat. Et per dispositionem dei occurrit ei abbas A[pollo] et videns eum nimium conturbatum interrogavit eum dicens: Fili quare sic tristis es tam ... Ille autem ex multa confusione animi sui nihil respondit. Post multa vero cum multum rogasset, senex confessus quia si ... urgentur compulsione quia cogitationes fornicationum inquietant me. Quod confessus sum illi seni et secundum verba eius non est mihi spes salutis, desperans ergo me ipsum eo in seculum. Audiens hec autem pater Apollo audiens velud sapiens medicus multum rogabat et monebat eum dicens: Noli mirari fili neque desperes teipsum. Ego enim in hac etate et in canicie valde ab huiusmodi cogitationibus agitor. Sed noli deficere huiusmodi curatione quam non tam humana sollicitudo quam dei misericordia curat. Tantum nunc hodie dona mihi quod peto et revertere ad cellam tuam. Fecit autem frater. Abbas autem Apollo discedens ab eo perrexit ad cellam senis qui eum desperare fecerat et stans foris deprecatus est dominum cum lacrimis dicens: Domine qui temptationes utiliter inferis converte bellum quod patiebatur frater ille in hunc senem ut in experimento in senectute discat quod tempore longo non didicit compatiatur hiis qui huiusmodi pulsati temptacionibus. Cum oracionem complesset vidit ethiopem stare iuxta cellam et sagittas mittere in illum senem. Quibus ille perforatus statim huc atque illuc ferebatur et cum non posset tollerare egressus est de cella eadem via qua et ille iuvenis ad seculum redibat. Abbas autem Apollo sciens quod factum erat occurrit ei et accedens ad eum dixit: Ubi vadis et que est causa turbationis que operit te. Ille autem sentiens quod intellexit sanctus vir quod ei evenerat pre verecundia nichil dicebat. Dixit autem abbas Apollo: Revertere ad cellam tuam et de cetero agnosce infirmitatem tuam et habe apud temetipsum quia aut ignoratus sis a dyabolo usque nunc aut contemptus quia non meruisti cum viris virtutis luctamen habere cum dyabolo luctamenta. Quid autem dico luctamenta qui nec unius diei aggressionem eius portare potuisti. Hoc autem tibi contigit quia iuvenem illum ab adversario impugnatum suscipiens cum debuisses eum contra dyaboli certamen consolacionibus munire eum in desperationem posuisti, non cogitans illud sapientissimum preceptum quo iubemur eripere eos qui ducuntur ad mortem et non negligere redimere occidendos. Sed neque parabolam salvatoris dicentis: Harundinem conquassatam non debere confringi et linum fumigans non extingui. Nemo enim posset insidias adversarii nec bullientes ignes extinguere vel retinere nisi gratia dei conservaret infirmitatem humanam. Quia in nobis salutari dispensatione completa est. Iam igitur oracione dominum deprecemur ut adversum te emissum flagellum avertat quia ipse dolere facit et iterum restituit, percutit et manus ipsius sanant, humiliat et exaltat, mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit. Hec dicens oracionem implevit et statim ab illo bello senex ille liberatus est. Quem commonuit abbas Apollo ut peteret sibi dari a deo linguam eruditam ut sciret tempus quo oporteat loqui sermonem.

2a Narraverunt de abbatissa Sara quod mansit xiij annos fortiter a fornicacionis impugnata et nunquam oravit ut discederet ab ea huiusmodi pugna. Sed solum hoc dicebat: Da mihi fortitudinem. Dicunt iterum de eadem quod infestarent ei fuerit aliquando vehementer fornicacionis demones immittentes in cogitationes eius seculi vanitates. Illa autem non relaxabat animum a timore dei et a proposito abstinencie. Ascendit semel orare super terrarium suum et apparuit ei corporaliter spiritus fornicacionis et dixit ei: Tu me vicisti Sara. Illa autem dixit: Ego te non vici sed dominus meus Christus.

3a De cogitationibus fornicacionis interrogatus abbas Alexandrinus ita dixit: Si cogitationes non habes spem non habes, quia si cogitationes non habes opera habes. Hoc est autem quod qui cogitationibus animi non pugnat neque contradicit corporaliter peccat cogitacionum molestias.

4a Interrogavit quidam senex [illegible] fratrem dicens: Domine, ecce consuetudinem habeas collationem [illegible] dixit ei non. Et ille dixit: Vide et noli permittere cogitationes quasdam in te habere [illegible]. Senex autem dixit ad eum: Si mortuus non timeas sed vivus fuge hoc et consurge et extende magis orationem tuam.



Narrabat abbas Mathois quod veniens quidam frater dixit seniori: Deterius est quod obloquitur quam quod fornicatur. Et ille dixit: Durus est sermo. Dixit ei frater: Quomodo vis ergo hoc esse? Dixit senex: Oblocutio quidem mala est et celerius curatur, et plerumque penitentiam agit qui oblocutus est dicens: Male locutus sum; et fornicatio autem naturalis mors est.

Narrabat de quodam sene qui residebat in Scythi et habebat ad filium subiectum sibi, qui in monasterio nutritus est et nesciebat quid esset mulier. Qui cum factus fuisset vir, ostendebant demones nocte species mulierum, et nunciabat patri suo et mirabatur. Cum quo ascendit cum patre suo in Egyptum et vidit mulieres, dixit patri suo: Abba, ecce isti sunt qui veniebant ad me nocte in Scythi. Et dixit ei: Isti quos vides monachi de seculo sunt, fili; alio habitu utuntur isti et heremite alio. Et miratus est senex quomodo in Scythi ostenderunt ei demones imagines mulierum, et statim reversi sunt in cellam suam.

Venit aliquis quidam in Scythi ut fieret monachus, qui etiam accepit filium suum impuberem ablactatum. Qui cum factus esset iuvenis, ceperunt impugnare eum demones sollicitantes eum. Et dixit patri suo: Vado ad seculum, quia non valeo concupiscentias sustinere. Pater autem eius consolabatur eum. Dixit autem adolescens: Ultra iam sustinere non valeo, pater; dimitte me redire ad seculum. Dixit ei pater: Audi me, fili, adhuc semel, et tolle tibi XL panes et folia palmarum dierum XL, et vade in heremum interiorem et esto ibi XL diebus, et voluntas Dei fiet. Qui obediens patri suo surrexit et abiit in heremum et mansit ibi laborans et faciens plectas de palmis et panes siccos comedens. Et cum diebus XX quievisset, ecce vidit opus quoddam diabolicum venire super se, et stetit coram eo velut mulier Ethiopissa fetida et turpis aspectu, ut fetorem eius ferre non posset, et abiciebat eam a se; et ita dicebat ei: Ego sum que in cordibus hominum dulcis appareo. Sed propter obedientiam tuam et laborem quem sustines non permisit me Deus seducere te, sed innotui tibi fetorem meum. Ille autem surgens et gratias agens Deo venit ad patrem suum et dixit ei: Iam nolo ire ad seculum, pater; vidi enim operationem diaboli et fetorem eius. Consequenter autem et pater eius de hoc ipso. Et dixit ei: Si mansisses permansisses XL dies et custodisses usque ad finem mandatum meum, maiora habuisses videre.

Senex quidam sedebat in longinqua heremo, qui habebat unam parentem que desiderabat eum post multos annos videre; et perquisivit in quo loco habitaret, et surgens venit in viam heremi, et inveniens camelarios adiunxit se cum illis et ingressa est in heremum cum eis. Trahebatur autem a diabolo. Et cum venisset ad ianuam senis, cepit signis se ipsam indicare: Ego sum illa parens tua. Et mansit apud eum.

Erat autem aliquis monachus sedens in interiori parte heremi, qui implebat sibi suam situlam aqua, et hora qua manducare volebat subito vasculum subvertebatur et aqua effundebatur. Qui in pusillanimitate dixit in semetipso: Ingredior in heremum et dico que in circuitu de aqua sermonibus. Et surgens abiit. Cum sero factum esset, dormivit in templo quodam ydolorum in via, et audivit nocte demones dicentes: Ista nocte precipitavimus illum monachum in fornicationem. Quod cum audisset, contristatus est, et perveniens ad senem invenit eum tristem. Et dixit ei: Quid facio, abba, quia implevi vasculum aque et in hora manducandi effudit? Et dixit ei senex: Tu venisti interrogare me quare subvertitur tua vasa? Et ego quid faciam, quia hac nocte cecidi in fornicationem? Qui inquit: Et ego cognovi. Et dixit ei: Unde scis? Qui dixit: Dormiebam in templo et audivi demones loquentes de te. Et dixit senex: Ecce vado ad seculum. Ille autem rogabat eum dicens: Non, pater, sed permane in loco tuo; delicta autem dimitte. Hoc cum ei ostendisset, timuit. Quod audiens senex sustinuit et perduravit et affligebat animam suam cum lacrimis donec rediret in priorem ordinem suum.

Prat quidam interrogans senem dicens: Si [illegible] sicut in temporibus eadem que fiunt per eos qui scandalizantur in eos. Et narravit senex de diacono quodam qui erat nominatus in monasterio Egipti. Dum autem quidam curialis in persecutionem iudicis pateretur venit cum omni domo sua ad monasterium et cooperante iniquo incidit dyaconus iste cum muliere eius et factum est omnibus fratribus confusio. Ille autem abiit ad quendam senem et indicavit ei rem. Senex vero habebat occultam cellulam intrinsece. Quam cum vidisset dyaconus iste dixit: Sepeli me hic sicut vivum et nemini indices. Et intravit in obscuritatem celle illius et egit penitenciam ex veritate. Contigit autem ut post aliquantum tempus non ascenderet aqua in flumine. Et cum omnes letanias facerent revelatum est cuidam sanctorum quia nisi venerit dyaconus qui absconsus est apud illum talem monachum non ascendet fluvius aque. Quod cum audissent admirati sunt et venientes eiecerunt eum de loco in quo erat. Et oravit et ascendit aqua. Et qui antea scandalizati in eo fuerant edificati sunt et postea in penitencia eius glorificaverunt deum.

Duo fratres impugnati a fornicatione abierunt et acceperunt uxores. Postea autem dixerunt ad invicem: Quid lucrati sumus quia dereliquimus angelicum ordinem et venimus in immunditiam hanc et post hinc in ignem et tormentum venturi sumus. Redeamus iterum ad heremum et agamus de hiis que presumpsimus penitentiam. Et venientes ad heremum rogaverunt patres ut susciperent eos penitentes et confitebantur ea que fecerant. Et clauserunt eos annum integrum senes et ambobus equaliter ad pensum dabant panem et ad mensuram aquam. Erant autem visione consimiles. Et cum completum fuisset tempus penitencie exierunt et viderunt patres unum pallidum et tristem nimis, alium vero clarum et robustum, et mirati sunt quia cibum et potum equaliter acceperant. Et interrogaverunt eum qui tristis et afflictus erat dicentes: Quid cogitabas cum cogitationibus tuis in cella tua? Et ille dixit: Pro malis que feci quas penas in quas venturus eram in animo meo revolvebam et timore adhesit ossa mea carni mee. Interrogaverunt et alium dicentes: Quid cogitabas? Et ille gaudens in cella mea gratias referebam quia eruit me de inquinamento huius seculi et de futuri seculi pena et revocavit me ad hanc conversationem angelicam et memor dei mei letabar. Et dixerunt senes: Equalis est penitencia amborum apud deum.

Senex quidam erat in Scythi qui cum incurrisset in egritudinem magnam ministrabant ei fratres et videns senex quia laborarent dixit: Vadam in egiptum ut non solvam fratres meos. Et dixit ei abbas Moyses: Non vadas quia in fornicationem incurres. Ille autem contristatus dicebat: Mortuum est corpus meum et tu ista dicis. Surgens ergo abiit in egiptum. Quod cum audissent homines multa offerebant ei. Intra venit et ad eum quedam virgo fidelis volens obsequium suum seni [illegible] desiderans. Et post aliquantum tempus cum paululum [illegible] melius habuisset intravit in eam et illa concepit. Interrogata autem a vicinis loci unde concepisset illa dixit: De hoc sene. Illi autem non ei credebant. Senex vero dicebat: Ego hoc feci sed custodite infantem qui natus est. Cum genuisset puerum ablactatumque fuisset tulit senex infantem in humeros suos et die qua erat festivitas in Scythi ascendit et intravit ecclesiam coram multitudine fratrum. Illi autem videntes eum fleverunt. Qui dixit fratribus: Videtis infantem hunc? Filius est inobedientie. Cavete ergo vos quia in senectute hoc feci et orate pro me. Et pergens ad cellam suam ad priorem conversationem suam rediit.

Duo fratres perrexerunt ad civitatem ut venderent quod fuerant operati. Et cum a se invicem in civitate fuissent divisi cecidit unus in fornicationem. Veniens autem frater suus dixit ei: Revertamur ad cellam nostram frater. Ille dicens: Non venio. Et interrogabat eum ille dicens: Quare frater? Et ille dicit: Quia cum discessisses a me incidi in temptationem et fornicatus sum. Ille autem volens eum lucrari cepit dicere: Quia et sic mihi contigit postquam separatus sum a te incidi et in fornicationem. Sed eamus hinc et simul penitentiam agamus ~~ut~~ cum labore et deus agnoscere nolebat peccatum. Qui cum venisset ad eius cellam contulerunt fratribus quod eis qui gratis dederunt eis illi mandata quam primam egerunt. Ille autem unus non per se sed a quo illo fecit iam primam et agebat reliquias et ipse percessit. Videns autem deus laborem et caritatem eius mittit paucos dies manifestavit uni de senibus quod pro multa caritate illius fratris quam non frangebat indulsit illi qui fornicarius est. Et hoc est vere ponere animam pro fratre suo.

Interrogavit frater seniorem quid agam quia mens in proprio labore voluerat me. Et ei senior non erat necesse Joseph cum esset puer in Egipto in terra extranea videlicet in captivitate vilis servilis et deus glorificavit eum usque in finem. Videamus et nos quia si usque in finem non elongamur timore dei veniet cum illa a spe dei movendi ponit.

Solitarius quidam erat in partibus Egipti qui erat notissimus et solus sedebat in cella in deserto loco. Et ecce operatione sathane mulier quedam inhonesta audiens de eo eo dicebat iuvenibus: Quid vultis mihi dare et ego deponam istum solitarium vestrum. Illi autem constituerunt certum quid daturi essent ei. Et exiens vespere velud errans venit ad cellam. Et cum pulsasset cellam egressus est ille et videns eam turbatus est dicens: Quomodo huc venisti? Illa ait quasi plorans dicebat: Errando huc veni. Qui cum misericordie esset motus introduxit eam in cella atrioli celle sue et ipse intravit in interiorem cellam et clausit. Et ecce infelix illa clamavit dicens: Abba fera comedet me. Ille autem iterum turbatus est timens et iudicium dei dicebat: Unde mihi venit ira hec? Et aperiens ostium introduxit eam intus. Et cepit diabolus velud sagittas stimulare cor eius in eam. Qui cum intellexisset diaboli esse stimulos dicebat intra semetipsum: Hic timuit (?) ... Filius ait dei lux est. Surgens quoque mediis noctibus ut in flammas desiderio dice-bat: Qui talia agunt in tormenta vadunt. Proba igitur temetipsum ex hoc si potes sustinere eternum ignem et mittebat digitum suum in lucerna. Qui cum incendisset ardebat non sentiebat propter nimiam flammam concupiscentie. Et ita faciens usque mane incendit omnes digitos suos. Illa autem infelix videns quod faciebat a timore velud per lapidem facta est. Et venientes mane iuvenes qui ei dixerunt ad monachum quasi dicebat: Venit huc mulier sero? Ille ait: Dixit. Ecce ubi dormit. Et intrantes invenerunt eam mortuam et dixerunt: Abba mortua est. Tunc ille expandens palliolum suum quo vestiebatur ostendit eis manus suas dicens: Ecce quid mihi fecit ista filia diaboli, perdidit omnes digitos meos et narrans eis quod factum fuerat dicebat: Scriptum est non reddere malum pro malo. Et faciens orationem suscitavit eam. Que quidem caste se egit residuum tempus vite sue.

Presbiter quidam in partibus a Sanctorum (?) egerit autem ei ut veniret in civitatem quandam Egipti. Et videns filiam sacerdotis paganorum adamavit eam et dixit patri eius: Da mihi eam uxorem. Ille ait: Videro. Dixit ei: Non possum eam dare tibi nisi interrogavero deum meum. Et abiens ad demonem quem colebat dixit ei: Ecce monachus quidam venit volens accipere filiam meam. Do eam ei? Et videns demon dixit: Si negat deum suum et baptismum et propositum monachi. Interroga eum. Et veniens ad eum dixit ei: Nega deum tuum et baptismum et propositum monachi et dabo tibi filiam meam. Ille vero consensit et statim vidit velud columbam exire de ore suo et volare in celum. Perrexit autem sacerdos ad demonem dicens: Ecce promisit se ista tria facturum. Tunc

O nō de sancto spiritu

ei dyabolus: Non dedi ei filium tuum in uxorem quia deus eius non recessit ab eo sed adhuc adiuvat eum. Et veniens [illegible] dixit filie sue: Non possum eam tibi dare quia adhuc deus eius adiuvat te et non recessit a te. Hoc audiens frater dixit in semetipso: Si tanta gratia [illegible] in me deus cum eo infelix negavi eum et ipsum et monachi sponsum [illegible] at deus est multum ut vere adiuvat me [illegible] ab eo. Et in semetipsum reversus recepit [illegible] et venit in heremum ad quendam magnum senem et narravit ei rem que fuit facta. Et respondit ei senex: Sede mecum in spelunca et tres ebdomadas ieiuna ab omni [illegible] et ego deprecor pro te. Et laboravit senex pro fratre et deprecatus dominum dicens: Do[illegible] [illegible] in [illegible] hanc et suscepit penitenciam eius et exaudivit deus orationem eius. Et completa prima septimana venit senex ad illum fratrem et interrogavit eum dicens: Aliquid vidisti? Et respondit frater: Etiam vidi columbam sursum in altitudine celi que ante caput meum volabat. Et respondit senex dixit ei: Cave te et intende tibi et deprecare deum intente. Secunda vero venit iterum ad fratrem et interrogavit eum dicens: Vidisti aliquid? Et ille dixit: Vidi columbam iuxta caput meum. Et precepit ei senex dicens: Sobrius esto mente et ora. Et completa tertia ebdomada venit iterum senex et interrogavit eum dicens: Aliquid plus vidisti? Et ille respondit dixit: Vidi columbam que venit et sedit super caput meum et extendi manum meam tenere eam, illa autem surgens introivit in os meum. Et gratias agens senex dixit fratri: Ecce deus suscepit penitenciam tuam. Et decetero attende temetipsum et esto sollicitus. Et respondit frater dixit: Ecce amodo tecum ero donec moriar.

Dicebat quidam de Thebeis senibus quia ipse esset filius sacerdotis ydolorum. Et cum parvulus sederem in templo et vidi patrem meum frequenter ingredi sacrificia offerre ydolo. Et quadam vice occulte ingressus et vidi sathanam sedentem et omnem miliciam eius assistentem ei. Et ecce unus de principibus eius veniens adoravit eum. Cui dyabolus dixit: Unde venis tu? Et ille respondit: In illa provincia eram et suscitavi illic bella et perturbationes plurimas et effusiones sanguinis feci et veni nunciare tibi. Et dyabolus interrogavit eum: In quanto tempore hoc fecisti? Et ille respondit: In xxx diebus. Et dyabolus iussit eum flagellari dicens: Tanto tempore hoc solum fecisti? Et ecce alius veniens adoravit eum et illi dixit: Unde venis tu? Et respondit demon: In mari eram et suscitavi commotiones et demersi naves et multos occidi homines et veni nunciare tibi. Et dixit ei dyabolus: Quanto tempore hoc fecisti? Et ille respondit: Per dies xx. Et hunc similiter iussit flagellari quare in tantis diebus solum hoc fecisti. Et tercius veniens adoravit eum dicens. Et dixit ei: Et tu unde venis? Et ille respondit: In illa civitate fui et dum ibi fierent nupcie excitavi lites et multas effusiones sanguinis feci insuper et ipsum sponsum occidi et nunciare veni tibi. Et dixit ei: In quot diebus hoc fecisti? Et respondit: In x. Et iussit ac hunc tamquam qui moram fecisset flagellari. Venit autem et alius adorare eum. Et dixit: Unde venis et tu? Respondit: In heremo eram. Et ecce xl anni sunt quod impugno monachum quendam et hac nocte istum prostravi. Et feci eum fornicari. Dyabolus audiens surrexit et osculatus est eum. Et coronam quam ipse habebat posuit in capite eius. Et fecit eum in una sede consedere secum dicens: Magnam rem fortem egisti. Et hoc ego cum vidissem et audissem intra memetipsum: Valde magnus est ordo monachorum. Et ita placuit deo salutem dare michi et conversus sum et factus sum monachus.

Quidam frater stimulatus est a fornicatione et surgens nocte perrexit ad senem et dixit ei cogitationes suas et consolatus est eum senex. Et ille consolacione proficiens reversus est in cellam suam et ecce iterum stimulus fornicacionis temptavit eum. Ille autem iterum abiit ad senem. Et frequenter sic et hoc fecit. Senex vero non contristavit eum sed loquebatur ei que ad utilitatem eius proficerent. Dicebat autem: Non cedas diabolo ut relaxes animum tuum sed magis quociens tibi molestus demon venerit ad me veni et increpatus discedet. Nichil enim sic expellit demonem fornicacionis quo si revelentur stimulaciones eius et nichil eum sic letificat quo si abscondantur cogitaciones. Venit ergo frater ad senem undecies accusans cogitaciones suas. Post hoc autem dixit frater seni: Fac caritatem abba et dic michi verbum. Dicit senex ei: Crede fili si permitteret deus cogitaciones meas quibus stimulatur animus meus transferri in te non eas portares sed omnino corrueres deorsum. Hoc autem dicente sene per nimiam humilitatem eius quievit stimulus fornicacionis a fratre.

Venit alius frater ad quendam senem et dixit ei: Frater meus solvit me circumiens hic atque illuc et pro hoc ego affligor. Et rogabat eum senex dicens: Equanimiter porta frater et deus videns laborem sufferentie tue revocabit eum ad te. Neque enim possibile est ut cum duricia et austeritate facile ab intencione sua aliquis revocetur quia nec demon demonem expellit sed magis benignitate revocabis eum ad te. Et deus [illegible] conclusit demonem et ad se-ipsum [illegible]. Et narravit ei dicens quia fuerunt in Thebaida duo fratres et cum unus impugnaretur a fornicatione dicebat ad alium: Ego ad seculum vado. Alter vero plorabat dicens: Non te dimitto frater discedere et perdere laborem tuum et virginitatem tuam. Ille vero non acquiescebat dicens: Non hic sedebo sed vadam; magis veni mecum et ego iterum revertar tecum. At ille: Dimitte me ut in seculo permaneam. Vadens ergo frater narrabat hoc [illegible] seni magno. Dixit ei senex: Vade cum ipso et deus illum pro labore tuo non permittet cadere. Qui consurgens abierunt eo ad seculum. Et cum pervenissent ad quendam vicum videns deus laborem illius quia ex caritate et necessitate sequebatur fratrem suum abstulit impugnacionem a fratre eius. Et dixit frater suo: Eamus iterum ad heremum frater. Ecce puta quia iam peccavi cum muliere. Quid lucratus sum ex hoc? Et reversi sunt illesi in cellam suam.

Monachus quidam [illegible] angebatur et in-quisitacione sua proficere credebat in nocte in [illegible] curiosus. Et audivit a-[illegible] monachos eius [illegible] et [illegible] per-[illegible]. Et cum [illegible] esset [illegible] [illegible] quod eum [illegible] et quod esset [illegible] [illegible]. Et in [illegible] eius [illegible] [illegible] ut ei quod [illegible] esset non debet sumi ab alio quam ministerium exhiberi sed magis ipsum debere aliis ministrare. Quia si aliis non prebet ministerium saltem sibi ipsi [illegible] venit in [illegible] [illegible] que fecit. Et cum esset in [illegible] + [illegible] ad locum suum. Et illi sic [illegible] [illegible] at suggerebat diabolus [illegible] quieti eius + oportune [illegible] ad eum + [illegible] diabolus cum veniret cum tempore festinabat. Ille vero [illegible] cogitacioni [illegible] acquiescens de monasterio suo [illegible] ad [illegible] [illegible] ignorans [illegible] [illegible] [illegible] et famosa [illegible] a quibus [illegible]. [illegible] at cum non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] plantatus est + in [illegible] in ea. Et veniens in desertum locum [illegible] diabolus [illegible] eius cordis [illegible] + cogitacionis quia gravissime [illegible] eius [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible] + [illegible] + benedictus [illegible] suspenderetur [illegible] et cum illi corpus se facere sitiens posset gustabatur valde et non scandalizabatur quia deus esset quem credimus verum [illegible] quod ad eum devotissime [illegible] recitaret et non videre potuit sui cura voluit se in flumine illud iactare ut perfectum gaudium faceret inimico. Et multis eum dolore ac infirmitate corporis. Et nisi per gratiam misericordie dei auxilium prestitisset ei ad perfectum gaudium inimici sub pena mortis promisse ac in se ipsum cogitavit autem laborare et afflictionem cordis pure demonstrare et suppliciter dolorem in fletu et luctu. Et ita rediit ad monasterium suum et [illegible] cellule sue [illegible] suum super [illegible] ita flebat super [illegible] dies ieiunabat et vigilabat cum [illegible] ut miraretur extenuatum corpus suum et [illegible] pulsabat [illegible] suo quia [illegible] ac sepe venie [illegible] [illegible] causa et [illegible] [illegible] ipse dicebat se [illegible] non posse. Sacramento me [illegible] [illegible] devote [illegible] penitentiam agere. Et [illegible] per me [illegible] quos se esse [illegible] qui illi scandalizabatur. Hoc audiens deus qui [illegible] [illegible] et [illegible] de magna [illegible]. Fecit quod [illegible] [illegible] et devote [illegible] agens [illegible] pasche nocte ipsa [illegible] [illegible] tollens lucernam novam et faciens ea posuit eam in [illegible] novo et [illegible] [illegible] de operibus a se [illegible] [illegible]. Misericors et miserator domine [illegible] et [illegible] salvasti [illegible] et [illegible] [illegible] venire ad te [illegible] [illegible] salvator miserere mei quia [illegible] [illegible] et [illegible] et inimici [illegible] defecit et [illegible] [illegible] sic [illegible] ei. Tu domine et [illegible] et [illegible] quod [illegible] [illegible] una [illegible] sed et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] misericordie [illegible] mei [illegible] te cum in [illegible] [illegible] quia [illegible] in [illegible] [illegible] sed [illegible] [illegible] mea [illegible] quia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tuo quod [illegible]

corpus quod [illegible] in die [illegible] [illegible] [illegible]. Exaudi me domine quia defecit spiritus meus et in fletu anima mea [illegible] corpus meum [illegible] et ideo nunc non valeo [illegible] non [illegible]. Ignosce peccati [illegible] duplex [illegible] peccatum et desperationis. Vivifica me [illegible] [illegible] hac lucerna accendi ut et ego accipere fiduciam [illegible] [illegible] residuum tempus vite mee quod in domine tua mandata custodiam et a timore tuo non recedam [illegible] devote [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] in nocte ipsa resurrectionis cum multis lacrimis [illegible] ut videret si accensa esset lucerna et desperato [illegible] vidit quod non esset accensa et cecidit iterum in faciem suam rogans dominum et dicens: [illegible] domine quia [illegible] [illegible] ut [illegible] et non [illegible] in pedibus meis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] adiciam [illegible] [illegible] in domine. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mea [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] omnibus et [illegible] quod scandalizavi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] deus miserere mei ut et [illegible] [illegible] domine vivifica me. Et ita [illegible] verbis orans exauditus est et surgens invenit lucernam clare ardere et exultans [illegible] [illegible] in gaudio cordis [illegible] de gratia dei quia et [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et dicebat: Gratias ago tibi domine quia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et in magno novo signo quod fiducia [illegible] [illegible] [illegible] misericorie [illegible] [illegible]. Ita ac [illegible] [illegible] in confessione illius [illegible] et [illegible] deus oblitus corporali [illegible] igne [illegible] lucerna illius toto tempore vite sue suaviter [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] nunquam extinguebatur et ita [illegible] [illegible] habitabat [illegible] et fratres [illegible] omnes in signum [illegible] exhibere [illegible] et gratias agere deo cum [illegible]. [illegible] [illegible] aliquid dico morte sue [illegible] devotioni sue.

[illegible] [illegible] a demone [illegible] ad quendam senem dicens quia isti duo fratres simul sunt et male vivunt. Cognovit autem senex quia a demone illuderetur mittens vocavit eos ad se. Et cum sero esset posuit mattam duobus fratribus illis et cooperuit eos in uno strato dicens: Filii dei sancti sunt. Discipulo vero suo dixit: Fratrem illum claude seorsum, ipse enim passionem quam illis obicit habet in se.

Frater temptatus est pessime a fornicatione. [illegible] quatuor cum demones in specie pulcherrimarum mulierum transfigurati per quadraginta diebus perseverant pugnantes adversus eum ut traherent eum ad turpem commixtionem. Ille at viriliter certaret et nunquam superaretur, deus videns certamen bonum eius donavit ei ut ultra nullum calorem carnalem concupiscentie pateretur.

Venit aliquando frater ad abbatem Pastorem et dixit ei: Quid faciam pater quia affligor a fornicatione? Et perrexi ad abbatem Ibistionem et dixit mihi: Non debes eam longo tempore permittere istam in te. Dixit ei abbas Pastor: Abbatis Ibistionis acta sursum in celo sunt cum angelis et latet eum quod ego et tu in fornicatione sumus. Si ergo tenet monachus ventrem et linguam et maneat in solitudine confidat quia non moritur. Narrabant fratres quendam similiter a fornicatione cepit decertare et custodire abstinentiam suam et per annos .xiiii. cogitationes suas custodiens non consensit concupiscentie sue. Post autem veniens ad ecclesiam manifestavit universe multitudini quod patiebatur. Et datum est mandatum et omnes affligebant se pro eo ebdomadam unam iugiter orantes deum et quievit.

Frater quidam dixit [illegible] seni: Quid faciam quia occidit me sordida cogitatio? Dicit senex ei: Quando mater vult ablactare infantem suum amarum aliquid superungit uberibus suis. Et cum venerit infans ex consuetudine sugere lac sentiens amaritudinem refugit. Mitte ergo et tu in cogitatione tua amaritudinem. Dicit ei frater: Que est amaritudo quam debeo inmittere? Dicit ei senex: Cogitationem mortis et tormentorum que in futuro seculo preparantur.

Dixit quidam senex: Si ascendit in cogitationem tuam fornicatio esto velud qui transit in platea per tabernam et capit coctione cuiusdam odorem aut aliquam assaturam. Et qui vult ingreditur et manducat. Qui autem non vult odoratur tantum et preterit. Ita et tu excute fetorem a te. Surge et ora dicens: Fili dei adiuva me. Hoc autem esto adversus alias cogitationes. Non enim eradicatores sumus cogitationum sed luctatores adversus eas.

Dicebat de quodam fratre quia scandalizatus fuisset et pro eo quod quisque esset de gradu honoris sui frequenter stimulabatur et narrabat hec patribus. Qui cum vidissent quia operarius esset et magis faceret opus quam ei diceretur imponebant ei quandam ut debilitaret corpus eius ita ut vix surgere posset. Deo autem dispensante venit quidam pater ut applicaret in Scithi. Et cum venisset ad cellam eius vidit eam apertam et preteriit admirans quomodo nemo egressus est in occursum eius. Et reversus pulsavit dicens: Ne forte frater qui in ea habitat infirmatur. Et cum pulsasset intravit et invenit eum nimis infirmum et dixit ei: Quid habes pater? Et narravit ei dicens: Ego de seculo veni et sollicitat me meus inimicus ad uxorem meam et narravi patribus. Et imposuerunt mihi conversationes diversas et non obediens in plenum bellum. Et defeci et nunc similiter crescit. Audiens hec senex contristatus est et dixit ei: Equidem patres ut potentes viri boni tibi imposuerunt conversationes. Sed si me parvitatem meam audis, iacta a te hec et sume paxamadia tibi in tempore suo et collige vires tuas et fac aliquantulum opus dei. Et iacta cogitationes tuas in dominum, quia tuo labore te non superare poteris. Corpus enim nostrum sicut vestimentum est. Et si diligenter custodieris stabit. Si autem neglexeris putrescet. Qui cum audisset eum fecit ita et invenit pacem dicens

incipit ab eo singula de eo quod nichil monachus debeat possidere

~~Sex~~ Sextus liber capitulum primum

Narravit abbas Daniel de abbate Arsenio quia venit aliquando magistrianus deferens ei testamentum cuiusdam senatoris parentis eius qui reliquerat ei hereditatem magnam valde. Et accipiens testamentum voluit illud scindere. Magistrianus autem cecidit ad pedes eius dicens deprecor te non scindas illud quia incidor in caput. Dicit ei abbas Arsenius ego prius mortuus sum quam ille qui modo est mortuus. Et quomodo me fecit heredem? Et remisit testamentum nichil accipiens.

Narravit quidam patrum de sancto abbate Iohanne Persa quia ex multis virtutibus suis ad profundam simplicitatem atque innocentiam venit. Hic autem manebat in Arabia Egipti et mutuavit a fratre solidum unum et emit linum ut operaretur. Et venit frater rogans eum et dicens: Da mihi abba aliquantulum lini ut faciam mihi vestimentum quo induar. Et dedit ei cum gaudio. Similiter autem venit et alius rogans eum ut daret ei aliquantulum lini ut faciat sibi vestimentum. Et dedit ei similiter et multis aliis petentibus dabat cum gaudio. Et postea venit dominus solidi quem acceperat volens recipere quod mutuaverat. Et dixit ei senex: Ego vado et affero eum tibi. Et cum non haberet unde redderet abiit ad abbatem Iacobum dispensatorem ut rogaret eum ut daret ei solidum quem redderet fratri. Et cum iret invenit solidum in terra iacentem et non tetigit eum sed fecit orationem et reversus est in cellam suam. Et venit iterum frater ille et cepit ei molestus esse pro solido et dixit ei: Ego reddam tibi. Et abiit iterum senex et invenit solidum in terra iacentem ubi erat prius et rursum fecit orationem et reversus est iterum. Frater coepit ei molestus esse et dixit senex: Adhuc semel sustine me et affero tibi solidum tuum. Et surgens venit ad illum locum et invenit ipsum solidum ibi et facta oratione tulit eum et venit ad abbatem Iacobum et dixit ei: Abba cum venirem ad te inveni hunc solidum in via. Fac ergo caritatem et predica in vicino ne quis perdiderit eum. Et predicavit abbas et nemo inventus est qui perdidisset solidum illum. Tunc dixit senex abbati Iacobo: Si ergo nemo perdidit dabo eum illi fratri quia solidum ei debeo. Nam cum venirem ad te ut mihi solidum prestares et redderem debitum inveni eum in via. Et miratus est abbas Iacobus quomodo compulsus et debitor inventus non statim tulisset eum et reddidisset solidum fratri illi. Et hoc erat mirabile de ipso quia si veniebat quis et mutuum aliquid petebat ab eo non per se ipsum dabat sed dicebat fratri: Mutuum postula. Et dicebat: Vade tolle tibi ipse quod opus habes. Et reportabat quod mutuum acceperat. Dicebat ei: Repone illud iterum in loco unde tulisti. Si autem nichil reportabat ille qui mutuum acceperat senex nichil ei dicebat.

Quidam vir rogabat abbatem Agathonem ut acciperet pecuniam in suis utilitatibus profuturam. Ille autem nolebat dicens quia opere manuum suarum esset sibi sufficiens. Et cum ille persisteret obsecrando ut saltem pro indigentium necessitate acciperet, respondit senex et dixit: Duplex mihi obprobrium est quia et non indigens accipio et aliena dando vanam gloriam colligo.

Venit aliquando ex senatoribus quidam ut deferret elemosinam et supplicaverunt presbyteros eremi ut dividerent eis qui necessitatem maiorem haberent. Illi autem duxerunt eos ad quendam leprosum et dederunt ei. Ille vero nolebat accipere dicens: Ecce modicas palmas habeo quas operor et facio plectas et comedo ex eis panem. Et iterum duxerunt eos ad cellam cuiusdam vidue que erat cum filiabus suis et cum pulsassent ostium cucurrit filia eius ad ostium. Et aberat mater eius ad quoddam opus erat enim candidaria. Et dabant filie eius vestimentum et nummos. Illa autem nolebat accipere dicens: Venisse narrare eis et dixisse ei: Confide quia voluit deus et invenit opus quod facias hodie unum heredem virtutum meum. Et cum venisset iterum eam rogabat ut acciperet et nolebat dicens: Ego habeo patrem meum deum et vos vultis eum tollere a me. Audientes illi autem cognoscentes fidem eius glorificaverunt deum.

Venit vir magnus ignotus quidam cum auro in Scythi et rogabat presbyterum heremi ut erogaret in fratres. Dixit autem ei presbyter: Non opus habent fratres. Et cum nimie ei insisteret posuit sportam cum solidis in ingressu ecclesie. Et dixit presbyter: Qui opus habet tollat. Et nemo tetigit. Quidam autem nec aspexerunt. Et dixit ei senex: Suscepit deus oblationem tuam. Vade et da illud pauperibus. Et valde edificatus discessit. Obtulit quidam seni pecunias dicens: Ad expensas tuas quia senuisti et infirmus es. Erat enim leprosus. Ille autem respondens dixit: Tu post lx annos venisti auferre mihi nutritorem meum. Ecce tanto tempore habeo in infirmitate mea nihil deo tribuente et pascente me. Et non acquievit accipere.

Narrabant senes de quodam hortulano quod laboraret et de labore suo expenderet in elemosinam et tantum sibi retinebat quantum ad victum sufficeret. Postea vero Sathanas misit in corde eius dicens: Collige tibi aliquantas pecunias ne cum senueris aut egrotaveris opus habeas ad expensas. Et collegit et implevit lagenam de nummis. Contigit eum infirmari et putrescere pedem eius. Et expendit in medicos quod collegerat et nihil ei medici profuerunt. Postea venit quidam de expertis medicis. Et dixit ei: Nisi incideris pedem tuum totum corpus tuum putrefiet. Et constituerunt ut inciderent ei pedem. Ille autem nocte rediens in semetipsum et penitentiam agens de his que gesserat ingemuit et flevit dicens: Memor esto domine operum meorum priorum que faciebam cum laborarem in opere et que pauperibus ministrabam. Et cum hoc dixisset astitit angelus domini et dixit ei: Ubi sunt nummi quos collegisti et ubi est spes de qua tractasti? Tunc intelligens dixit: Peccavi domine, ignosce mihi et amodo ultra hoc non faciam. Tunc angelus domini tetigit pedem eius et sanatus est statim. Et surgens mane abiit in agrum operari. Venit quoque medicus secundum constitutum tempus cum instrumentis ut secaret pedem eius. Et dixerunt ei: Exiit mane in agrum operari. Tunc admiratus est medicus, perrexit in agrum ubi operabatur ille. Et videns eum fodere in terra glorificavit deum qui ei reddiderat sanitatem.

Frater interrogavit senem quendam dicens: Vis teneo mihi duos solidos propter infirmitatem corporis? Videns autem senex cogitationes eius quia vellet tenere dixit: Etiam. Et vadens frater in cellam suam contribulatur cogitationibus dicens: Putas verum dixit mihi senex an non? Et surgens venit ad senem agens penitentiam et rogans dicens: Propter deum dic mihi veritatem quia affligor in cogitationibus meis propter illos duos solidos. Dixit ei senex: Quia vidi te voluntatem habere tenendi eos dixi tibi ut teneres. Verumptamen non est bonum tenere plus quam opus est corpori. Si ergo duos solidos retinueris in ipsis erit spes tua et si contigerit ut pereant numquid deus non cogitat de nobis? Cogitationes ergo nostras iactamus in dominum quoniam ipsi cura est de nobis. Interrogatus est quidam a fratre quid faceret ut salvus fieret. Ille autem expolians vestimentum suum et accingens lumbos suos extensis manibus suis dixit: Sic oportet nudum esse monachum ab omni materia seculi et crucifigere se adversus temptationes atque certamina mundi.

Frater renuntians seculo et dans que habebat pauperibus retinuit autem in sua potestate pauca venit ad abbatem Antonium. Quod cum agnovisset senex dixit ei: Si vis monachus fieri vade in illum vicum et eme carnes et impone corpori tuo nudo et sic veni huc. Et cum sic fecisset frater ille, canes et aves lacerabant corpus eius. Cumque pervenisset ad senem interrogabat eum si fecisset quod dixerat. Ille autem ostendit corpus suum laceratum. Dixit sanctus Antonius: Qui renuntiant seculo et adhuc volunt habere pecunias esse, ita impugnati a demonibus dissipantur.

Dixit abbas Cassianus quod Sinclecius aliquis nomine renuntiasset seculo et facultates suas pauperibus dividens aliquid sibi retinuisset ad proprium usum pertimescens renuntiationis humilitatem et communis vite suscipere regulam, sanctus Basilius hoc dixit: Et senatorem esse desiisti et monachum te non fecisti.

Frater interrogavit abbatem Serapionem dicens: Dic mihi unum verbum. Dicit ei senex: Quid tibi habeo dicere quia tulisti ea que erant viduarum et orphanorum et posuisti ea in fenestra? Videbat enim eam codicibus plenam.

Erat quidam senex Philagrius nomine, hic habitabat in Ierosolimis et laborabat operando ut posset sibi ad panem sufficere. Et dum staret in platea volens vendere quod manibus suis fuerat operatus, contigit quendam cadere sacellum cum solidis mille. Et inveniens eum senex stetit in eodem loco dicens: Necesse est ut veniat qui perdidit hunc. Et ecce veniebat qui perdiderat plorans, et tulit eum deorsum et reddidit ei sacellum. Tunc ille rogabat ut acciperet aliquam partem ex eo. Et senex nullatenus acquievit. Tunc ille cepit clamare et dicere: Venite et videte hominem Dei quid fecit. Senex autem occulte fugiens exiit de civitate ne agnosceretur de quo fecerat et honorarent eum.

De pacientia seu fortitudine

Sanctus abbas Antonius cum sederet aliquando in heremo incidit eius tedium et confusione cogitationum in corde, et dicebat ad Dominum: Domine volo salvus fieri et non permittunt me cogitationes mee. Quid faciam in hac tribulatione? Quomodo salvus ero? Et modice assurgens cepit foras ire et vidit quendam quasi seipsum sedentem atque operantem, deinde surgentem ab opere et orantem et iterum sedentem et plectam de palmis facientem, et rursus ad orationem surgentem. Erat autem angelus Domini missus ad correptionem et cautelam sancti Antonii, et audivit vocem angeli dicentis: Sic fac et salvus eris. Ille autem hoc audito magnum gaudium suscepit atque fiduciam.

Descendit aliquando abbas Macharius de Scythi ad locum qui dicitur Therenuthim et intravit dormire in monumento ubi erant antiqua sepulta corpora paganorum. Et traxit unum corpus sub caput suum tamquam pulvinari de corpore. Demones autem videntes fiduciam eius invidebant et volentes eum terrere vocabant quasi quandam mulierem dicentes: Nonna illa, veni nobiscum ad balneum. Et alter demon de ipso corpore mortuo respondit dicens: Peregrinum quendam habeo super me et non possum venire. Senex autem non expavit, sed confidens tundebat corpus illud dicens: Surge et vade si potes. Quod cum audissent demones clamaverunt magna voce dicentes: Vicisti nos. Et fugierunt confusi.

Narraverunt de abbate Milidon quod cum habitaret aliquando cum duobus discipulis suis in finibus Persarum, exierunt duo filii imperatoris secundum consuetudinem in venatione et miserunt retia longe per milia quadraginta, ut quecumque intra retia invenirentur occiderent iaculis. Inventus est autem senex intra retia. Et cum vidissent eum pilosum et terribilem aspectu admirati sunt et dixerunt ei: Homo es an spiritus? quare dic nobis. Et dixit eis: Homo sum peccator et omni scelere plena [illegible] et dic- tum Ihesum Christum filium dei vivi. Illi autem dixerunt ei: nos a aliquo deo nisi solem et ignem et aquam ipsos adoramus et sacrificamus eis. Et illa audiens ista creatura sunt et clamavit sed obsecro et querimini et agnoscite verum deum qui et ista creavit et cetera. Quod illi audientes deridentes dixerunt [illegible] et quid istum dicis esse verum deum et audivimus esse ipsum qui crucifixus fuit passum et occidit mortem. Hunc dico esse verum deum. Illi autem ea ipsi quod fratribus qui cum eo venerant in societate comitiva. Cogebat eos sacrificare. Et duos quidem fratres per plurima tormenta decapitaverunt. Senem autem duobus mensibus torquebant; postea vero statuerunt eum in quodam loco et sagittabant ipsum qui ad signum velut a dorso aliquis a pectore. Senex autem dixit eis: Quia sic estis in consensu vestro ut effunderetis sanguinem innocentem, crastino in momento hac hora quando [illegible] filii commutabit mater vestra et privabitur effectu vestro et sagittis vestris sanguinem vestrum in terram effunderetis. Illi autem sequenti verba eius contemnentes in crastino ut venarentur. Et contigit ut evaderet de retibus corpus cuiusdam cervi et ascenderunt equos et querebant ut apprehenderent eum. Quod cum iactassent sagittas per ipsius manus sibi mutuo ceciderunt et mortui sunt iuxta verbum quod predixerat senex.

Dixit senex: Si venit homini tempus temptationis undique ei multiplicantur tribulationes et pusillanimitas fiet ut murmuret. Et narravit senex ita: Frater quidam erat in loco quodam cella et venit super eum temptatio et si quis eum videbat non salutabat eum volebat neque in cella recipere. Et si opus habebat panes nemo mutuabat ei et de messe revertebatur nemo eum in ecclesia secundum consuetudinem ut reficeret invitabat. Venit autem semel de messione per calorem et ut panes habuit in cella sua et in hiis aliquis gratias agebat deo. Videns autem deus patientiam eius abstulit bellum temptationis ab eo. Et ecce quidam stans ad ostium eius pulsabat camelum onustum panibus ab egipto. Quod cum vidisset frater ille cepit flere dicens: Domine non sum dignus vel modicam tribulationem. Et cum transisset temptatio eius tenebant eum fratres in domo sua et in ecclesia et refocillabant eum.

Senex quidam sedebat in heremo et a longe habebat aquam a cella sua per XII miliaria. Ubi dum semel iret haurire aquam defecit et dixit: Quid necesse est ut hunc laborem patiar? Venio et habito circa aquam hanc. Et cum hoc dixisset conversus est et vidit quendam sequentem se et numerantem vestigia eius. Quem interrogavit dicens: Quis es tu? Et ille dixit: Angelus domini sum et missus sum numerare vestigia tua et dare tibi mercedem. Quod cum audisset senex factus est promptior animo forte et longius posuit cellam suam ab aqua V miliaria.

Frater quidam erat in congregatione inquietus et frequenter movebatur ad iram. Dixit quoque in semetipso: Vado et solus alicubi habito et cum non habuero cum quo loquar vel audiam ero quietus. Et egressus de monasterio, egrediens quoque manebat in spelunca solus. Uno autem die implevit sibi urceolum aque et posuit eum in terra. Contigit ut subito versaretur. Ille vero implevit eum et iterum versatus est. Deinde tercio implens posuit eum et iterum versatus est. Qui iratus furore arripuit vasculum ipsum et fregit illud. In se autem reversus cognovit quia ab eodem demone irrisus sit illusus et dixit: Ecce solus sum et vicit me iracundia. Sic ergo in congregationem revertar quia ubique labore et patientia opus est et maxime adiutorio dei. Et surrexit et reversus est in locum suum.

Frater quidam Iohannes nomine in pueritia a captivitate [illegible] ut eiceret de congregatione fratrum et condicionem tollebat pelliculam suam in qua iacebat [illegible] et quando fiebat vespera dicebat in semetipso: crastino hinc discedo

Et mane dicebat in cogitatione sua: Ecce tamquam non stare nobis hodie quasi diem. Qui cum implesset xx annos de die in diem ita faciens, abstulit ei ab eo Deus omnem temptationem eius.

Dixit senex quod frater quidam aliquis sedens turbabatur a cogitationibus suis per annos novem ita ut mentem ipse desperaret de salute sua et adiudicavit semetipsum dicens: Perdidi animam meam, et ideo quia perdidi vado ad seculum. Dum ergo abiret venit ei in via vox dicens: Temptationes quas in annis novem sustinuisti corone tue erant. Vade ergo in locum tuum et ego relevabo a te cogitationes malas. Vide ergo quia non est bonum desperare aliquem pro his que ei in cogitatione veniunt. Hee enim cogitationes magis nobis coronas prestant si bene eas exercemus.

Senex quidam erat in Thebayda sedens in spelunca et habuit quendam discipulum probatum. Consuetudo autem erat ut senex vespere doceret discipulum et ammoneret eum quid erat utile. Post finitam quidem ammonitionem faciebat orationem et dimittebat eum dormire. Contigit autem laycos quosdam religiosos scientes multam abstinentiam senis venire ad eum et cum consolatus fuisset eos discesserunt. Et discessit(?) et sedit iterum senex vespere post missam secundum consuetudinem ammonens fratrem et instruens eum. Et cum loqueretur gravatus est sompno. Frater autem sustinebat donec excitaretur senex et faceret ei secundum consuetudinem orationem. Cum vero non evigilaret senex, diu sedens discipulus impulsus est a cogitationibus super molestia ut recederet et dormiret. Qui tamen vim sibi faciens restitit cogitationi et resedit iterum et appellabatur sompno et non abiit. Et ita fecit usque septies et restitit. Et post hec media nocte transacta evigilavit senex et invenit eum assidentem sibi et dixit ei: Usque modo non discessisti? Et ille respondit: Non presumpsi pulsare ne te conturbarem. Exurgentes autem ceperunt facere matutinas. Et post matutinas sine dimisit senex discipulum. Cum autem sederet solus, factus est in excessu mentis. Et ecce quidam ostendebat ei locum gloriosum et sedem in eo et super sedem vii coronas iacentes. Interrogavit autem illum qui ei hec ostendebat: Cuius sunt hec? Et ille dixit: Discipuli tui. Et locum quidem et sedem propter conversationem suam donavit ei Deus; has autem vii coronas nocte ista promeruit. Hec audiens senex miratus est et tremefactus vocavit discipulum et dixit ei: Dic mihi quid fecisti nocte hac. Et ille: Ignosce mihi pater, quia nichil feci. Senex autem existimans quod humilitatis causa se non confiteretur dixit ei: Credo non quiesco nisi dixeris mihi quid fecisti vel quid cogitasti nocte hac. Frater autem sciens nichil se conscium quod egisset non inveniebat quid diceret. Dicebat autem seni: Ignosce mihi pater, nichil feci nisi tantum hoc, quia impulsus cogitationibus meis ut discederem et dormirem septies, et quia non dimisisti me a te non recessi. Audiens hec senex statim intellexit quia quotiens cogitationes suas vicerat coronatus est a Deo. Et fratri quidem nichil dicebat; cum utilitatis sue aliquibus narravit hoc spiritualibus viris ut discamus quia pro parvis cogitationibus Deus nobis coronas retribuit. Bonum quippe est ut extorqueat sibi homo in ore se propter Deum. Et enim scriptum est: Regnum celorum vim patitur et violenti diripiunt.

Narravit aliquis senex quidam quod solitarius quidam habitavit et qui non habuit qui ei serviret surgebat et quotiens inveniebat in cella sua manducabat. Et cum per aliquot dies ita faceret, nemo veniebat ad visitationem eius. Et fatigatus autem diebus xxx ut nullo veniente ad eum misit Deus angelum suum qui ministraret ei. Et cum transissent septem dies recordari cepit fratres et dixit: Adhuc exeam et videam ne forte infirmentur. Senex ille cum ergo venisset et pulsasset, abscessit angelus ab eo. Senex autem de intus clamabat dicens: Recedite hinc fratres. Ille autem levantes a cardine ostii invenit et fragmentis eum. Quem clamaverat et ipse dixit: Quadam vice habui laborem in infirmitate mea et nemo me visitavit. Et ecce una dierum dicens ex quo ad egros sum missus ministrare nil. Quam cum voluissem recessit a me. Et hec dicens dormivit in pace. Precor autem mirati sunt et glorificaverunt deum dicentes quia sic derelinquit duas operationes in se.

Dicebant de abbate Anastasio quia habuit codicem in membranis valentem solidos xviij. Continebat enim vetus et novum testamentum. Et posito eo codex ipse in ecclesia ut quicumque vellet de fratribus legeret. Superveniens autem quidam frater peregrinus applicuit ad senem. Et ut vidit codicem illum concupivit illum et furatus est eum. Et dormivit atque discessit. Senex autem non secutus est eum ut comprehenderet eum ut pateret quod intellexerat. Quidam valebat eum comparare cepit xvj solidos pretium ipsius postulare. Ille vero volens comparare eum dixit: Da mihi primo ut ostendam eum et sic tibi pretium dabo. Dedit ergo illi codicem ad ostendendum. Quem accipiens ille qui emere cupiebat attulit eum ad abbatem Anastasium ut probaret si bonus codex esset aut si tantum valeret. Dixerat enim ei et quantum pro eo venditor postulabat. Et dixit ei senex: Eme illum quia bonus est codex et valet pretium quod dixit. Ille autem veniens dixit venditori aliter non sicut audierat a sene: Ecce audi. Eum abbati Anastasio et dixit mihi quia multum est et non valet pretium quod dixisti. Ille autem hoc audiens dixit: Et nichil aliud dixit tibi senex? Et respondit: Nichil. Tunc dixit ei: Iam nolo vendere codicem istum. Compunctus venit ad senem penitentiam agens et rogabat eum ut acciperet suum codicem. Senex autem nolebat accipere eum. Tunc dixit ei frater: Si non receperis eum non possum securus esse. Et dixit ei senex: Si non potes securus esse, quia recipiam, ecce recipio eum. Et mansit frater ille apud eum usque ad exitum suum proficiens de patientia senis.

Interrogavit frater senem dicens: Cogitationes mee vagantur et tribulor. Et senex dixit ei: Tu sede in cella tua et cogitationes tue iterum venient. Quemadmodum si asina ligata sit et pullus eius discurrat et errat huc atque illuc, sed iterum ad matrem suam revertitur ubicumque illa est, ita erit et cogitationes eius qui propter deum tolerabiliter in cella sua residet, quia etsi modicum vagantur, sed iterum revertuntur ad eum.

Dicebant de Iohanne minore de Thebaida quod fuit discipulus abbatis Amoy. xij annos fecit in ministerio senis senis in infirmitate eius et post hoc sedebat super matta. Senex vero gestabat pro eo. Et cum multum laborasset quod ipse numquam dixit: Sanus esto. Cum autem in moriendo esset, convenientibus senibus loci tenuit manum. Et dixit ei: Sanus sis, sanus sis, sanus sis. Et commendavit eum senibus dicens: Hic angelus est et non homo.

Dicebant de abbate Ysidoro quod erat presbyter in Scythi quia si quis habuisset fratrem infirmum aut pusillanimem aut iniuriosum et volebat eum expellere, ille dicebat: Adducite eum ad me. Et suscipiens eum per patientiam suam curabat animam fratris illius.

Abbas Macharius in Egipto positus invenit hominem qui adduxerat animal et rapiebat que habebat. Ipse vero ut peregrinus astitit furi et onerabat eum ad onus corrigendum. Et cum ei quiete deduxit eum dicens in semetipso: Nichil intulimus in hunc mundum. Dominus dedit, sicut voluit ipse ita et factum est. Benedictus in omnibus deus.

Facta autem congregatione fratrum in Scythi

cum voluisset senex

cum voluissent seniores probare abbatem
moysen despexerunt eum dicentes quid
iste ethiops venit in medio nostrum
Ille autem audiens tacuit. Cum vero dimissi
fuissent quidam dixit ei quia me
cum iniuriose tractaverint ut nunc non es
conturbatus. Et ille: Etsi conturbatus sum tamen non sum locutus.

Dixit abbas ypericius:
Hymni spirituales sint in ore tuo et
meditatio assidua sublevet pondus temp
tacionum supervenientium. Exemplum huius rei colligi
mus: viator est gravatus sarcina atque operis
ponderatus, qui cantando et respirando omnis
vie laborem paulatim minuit. Item
dixit: Oportet nos adversus temptaciones arma
ri, quia multis modis nobis veniunt. Ut in
supervenientibus eis probati appareamus.

Dixit abbas motois: Volo aliquod
opus leve et continuum quam quod nunc
Et quod cito finitur. Venerunt aliquando latro
nes in monasterium cuiusdam senis et dixe
runt ad eum: Omnia que in cella tua sunt
tollere venimus. Et ille dixit: Quantum vo
bis filii videtur tollite. Tulerunt quod
invenerunt in cella et recesserunt et abierunt.
Obliti sunt autem unum saccellum quod erat
absconsum in cella. Senex vero tollens
eum secutus est post eos clamans et di
cens: Filii tollite quod obliti estis in cella.
Illi autem admirati patientiam senis re
vocaverunt et restituerunt omnia in cella
eius et penitentiam egerunt omnes ad invicem
dicentes: Hic vere homo dei est.

Frater quidam venit ad senem
quendam sedentem in deserto loco sede
ntem et invenerunt fratres ex monasterio
preparantes pecora et loquentes verba que
non decebat. Propterea vero videbat se
ne et meditaverunt ei cogitationes
suas et de ratione eius perfecte se
ret. Dixit ei abba: Quod acquisisti
tecum hic pueros et non perfecisti ad ne
cessitatem. Et dixit senex: Credite mihi
fratres primos dicens habes ex quo vol
ens perfecte et consequeris inveniri quod
Et in parte homo non potuerit quo mal
um temptacionem si permiserit ut due
in eum portare possit. Et iterum mihi
eius dicens ut fiat in conversatione por
tandi et tollerandi que superveniunt.

Narraverunt de sene quodam qui
habuit puerulum cohabitatorem
secum et videns eum quod faceret opus quod
non expediebat dixit ei semel: non
facias hanc rem. At ille non obedivit
ei. Homo autem videns senex abstulit de
cogitatione sua curam illius iactans se in
modicum supponens. Puer vero clausit
ostium celle in qua erat panes per dues
tres et dimisit eum ieiunum et non dixit
senex illi: Quare hoc facis? Foris habebat
autem senex. Et cum agnovisset
quia tardasset puer ille fecit modicum
pulmentum et dabat ei per parietem
et rogabat ut gustaret. Et dicebat
seni: Quare tardat ille frater foris? Se
nex vero dicebat: Quia ei vacuum fuit.

Senex quidam erat habens discipulum
probatum. Dicitur quod aliquid gestum
expulit foras. Ille vero discipulus ex porta
bat sedere foris et aperiens ostium
senex invenit eum et penitentiam egit
apud eum senex dicens: Tu es pater
meus, quia humilitas et patientia tua vicit
pusillanimitatem anime mee. Veni intro.
Tu enim senex et pater, ego enim iu
venis et discipulus, qui opere tuo superasti
senectutem meam. Dicebat quidam
senum quod audierit ab aliquibus sem
per invenies esse quod duratum probatum
senibus et vita hoc. Et narraverunt
dicentes quod erat quidam senex ebriosus
et operabatur unam mattam in die et ven
debat eam in vicinis vicis et bibebat
quod accipiebat de pretio eius. Postea vero
venit ad eum frater unus et manebat
cum ipso, qui et ipse operabatur mattam unam.
Tollebat autem eam senex et vendebat

aliorum quae in mercatis perficiebat expendebat in vita illi. Ait enim ipsius afferebat modicum panem ad cellam. Et cum annos fecit multos in loco isto, frater ille post haec verbo dixit frater in semetipso: Et ecce in media fame sum et panem cum egestate manduco; surgam et discedam hinc. Et cum hoc cogitaret in semetipso: Ubi vadis? ne sedeo hic ego cum ipso Deum sedere in hac vita. Et statim apparuit ei angelus Domini dicens: Ne discedas, veniemus quae crastino ad te. Et rogavit frater ei senex illum ipse dicens: Non discedas hinc alicubi, quia veniunt hodie tollere me. Cum hoc frater fecisset hora qua solebat senex descendere ad vicum, dixit: Fili, non venerunt hodie, fili, iam cum tarde est. Et ille dixit ei: Modo aliqui quia veniunt. Et dum cum eo loqueretur, dormivit in pace. Senex autem flebat dicens: Heu me, fili, quia multis annis sic negligenter vivo, tu autem in parvo tempore salvasti animam tuam per patientiam. Et ex illo die factus est senex sobrius et probatus.

Dicebant de quodam fratre quia servivit cuidam magno viro sene, qui fodiebat et rapiebat quae habebat in cella. Senex videbat eum. Senex et non obiurgabat eum, sed extendebat se plus, faciens manibus operari dicens: Credo quia frater iste indiget. Et exigebat a se maiorem sibi laborem. Et astringebat ventrem suum, ut cum indigentia manducaret panem suum. Cum autem mori coepisset senex, illi circumsteterunt eum fratres. Et aspiciens in eum qui furabatur, dixit ei: Iunge te huc ad me. Et tenuit eum et osculatus est manus eius dicens: Gratias ago manibus istis, fratres, quia propter ipsas vado in regnum caelorum. Ille autem compunctus et poenitentiam agens, factus est et ipse probatus monachus ex operibus magni illius senis.

Narravit quidam patrum dicens quia cum essent in Cellis senes convenerunt in paucos vespere sabbati ut acciperent agapen. Et discurrentibus eis erat in quadam sella unius mensa, cuius mediocris frater surrexit, mittebat mendicus vos ... Erat enim in valido frigore, et cum exissem ad cellam audivi eum ululantem et gementem de frigore et consolabatur semetipsum dicens: Gratias tibi ago Domine. Deum per monasteria diviaces in rupta quae erat in terra sedentes ad pedes hinc in ligna gestantes quae necessaria sunt victui suo libere fiunt. Ego autem velut in paradiso extendo pedes meos et ubi volo ambulo. Haec illo dicente ego stabam audiens verba eius. Ingrediens ergo narravi fratribus et audientes multum aedificati sunt.

Senex quidam erat qui frequenter aegrotabat. Contigit autem eo uno anno non aegrotare, quia affligebatur graviter et plorabat dicens: Dereliquit me Dominus et non visitavit me. Frater quidam sustinebat plurimum a cogitationibus ipsis ut exiret a monasterio. Indicavit hoc ipsum ~~quidam ab~~ cuidam abbati. Ille autem dixit ei: Vade et sede in cella tua et da pectori tollere ... corpus tuum pro parietem ut non exeas inde. Cogitationes autem tuas dimitte. Cogitet quod volet tantum ne eiciat de cella tua corpus tuum. Dixit senex: Cella monachi est caminus ille Babylonis ubi tres pueri Dei filium invenerunt. Et columna nubis ex qua Deus est locutus Moysi.

Quidam frater interrogavit senem dicens: Quid faciam, quia cogitatio mea non dimittit me vel unam horam sedere in cella? Et dixit ei senex: Fili, revertere, sede in cella tua et labora manibus tuis et ora incessanter Deum et iacta cogitatum tuum in Domino et nemo quem seducat te exire. Et dicebat quod erat quidam adolescens saecularis habens patrem et desiderabat fieri monachus. Et dum multis supplicationibus patri suo ut dimitteret eum, qui non acquiescebat propter multas autem rogationes a fidelibus amicis vix acquievit. Et egressus frater ille intravit

monasterium et fratres monachos cepit de operibus
monasterii proficere et ieiunare coti-
die. Cepit ergo in diuersas abstinen-
[illegible] ac et semel in ebdomada comedere videbatur
cum abbas suus et mirabatur et benedicebat
deum in abstinencia et laboribus suis. Con-
tigit ergo post aliquod tempus et cepit frater ipse
supplicare abbati suo dicens: Rogo te abba
dimittas me et vadam in heremum. Dixit ei
abbas: Fili, noli hoc cogitare, non po-
tes enim tale laborem ferre [illegible]
dyaboli et versucias eius. Et cum ingereret
in cogitacione non invenies qui te consoletur.
A proposito non dimisit quousque illata fuit ille
ac cepit amplius rogare ut eum permitteret
abire. Videns autem abbas eius quia eum reti-
nere non poterat, facta oracione dimisit eum.
Postmodum dixit abbati suo: Rogo te abba
ut concedas mihi unum qui ostendat mi-
hi quo pergere debeam. Et ordinavit
cum eo duos monachos monasterii et abie-
runt cum eo. Ambulantesque per heremum
unum diem et alium, defecerunt pre estu
et proicientes se in terram iacebant et sopo-
rati modicum, [illegible] ecce aquila venit
percuciens eos alis suis processit pa-
rum et sedit in terra. Et evigilantes
viderunt aquilam et dixerunt ei: Ecce
angelus tuus. Surge et sequere eum.
Et surgens valedicens fratribus se-
quebatur eam et venit usque ubi stabat
aquila ipsa, que mox surgens volavit
ad unum stadium et iterum sedit. Ille se-
quebatur eam et iterum et ille frater et iterum
volavit, sedit non longe. Erat vero circa
horam [illegible] postmodum autem de [illegible]
ea dimisit ipsa aquila in deserto [illegible]
sepelivit se et non comparuit. Frater ergo ille
intuens se stabat et respiciens videt tres
arbores palmarum et fontem aque et spe-
luncam et dixit: Ecce locus quem paratur mi-
hi deus. Et ingressus cepit sedere in ea vi-
vens ex dactilis et de fonte aque

bibens et fecit ibidem annos sex nemi-
nem videns. Et ecce una die venit
ad eum dyabolus in similitudine cuiusdam abbatis se-
nioris [illegible] valde venerabile. Videns autem frater
ille eum timuit et procedens in oracionem sur-
rexit. Et dixit ei dyabolus: Oremus iterum
frater. Et surgentes dixit dyabolus: Quamdiu
habes hic? Et dixit: Sex annos habeo.
Dixit ei demon: Ecce te vicinum ha-
bui et non potui agnoscere nisi infra dies
quatuor quod hic habitares. Ergo non
longe habeo monasterium ante. Et ecce
anni sex sunt quod de monasterio non exivi
nisi hodie, quia cognovi quod in vicino habitares.
Et ergo cogitavi mecum: vadam ad
servum dei istum et cum eo conferam que
sunt profutura saluti anime mee. Et hoc dico
frater, quia nichil proficimus sedentes in cellis nostris
quia corpus et sanguinem Christi non percipimus
et timeo ne efficiamur extranei ab eo si
nos ab hoc misterio elongaverimus. Ad-
dit et frater: Ecce hic [illegible] nullibi extra mo-
nasterium huius [illegible]. Eamus ergo simul
die dominica per duas ebdomadas et accipiamus corpus
et sanguinem Christi et revertamur ad cellas
nostras. Placuit fratri illi persuasio dyaboli-
ca. Et veniente dominica die ecce dyabolus
venit et dixit ei: Veniamus quia hora
est. Et exeuntes profecti sunt ad proprium
monasterium ubi ille presbiter erat et ingressi
sunt in ecclesiam miserunt se in oracionem. Et
exsurgens ab oracione frater ille respexit
et non invenit qui adduxerat eum et
dixit: Ubi putas profectus est pro ad-
quid necessitatem ambulans? Et diu dum susti-
neret non venit, postmodum autem exiens
foras querebat eum et cum non invenisset
dixit ad fratres loci illius interrogans
eos: Ubi est abbas ille senex qui mecum
in ecclesiam ingressus est? Et dixerunt ei: Nos
neminem vidimus nisi te tantum. Tunc cog-
novit frater ille quod demon fuisset. Et
dixit: Vide cum quanta astucia circuit

me dyabolus de cella mea si enim non
me penitus quod ad bonum opus [illegible] veni
proprio corpus et sanguinem christi et sic
necesse in domum meam. Et post missas
venimus cum abbate monasterii nostri quod nisi
confessio non dimitteremus te. Et cum presbiter
missam [illegible] vellet in cella suam
Ecce iterum dyabolus venit in [illegible]
nunciis secularis et cepit eum comprimere
a summo capite usque ad pedes. Et di
cit ipse est iste non habet est. Et cepit
eum [illegible]. Et dixit ei sic: Quo
sit [illegible] et hec agit per pueros me
cognoscit enim per eum iste quo me habere cog
noscit. Ego sum [illegible] pater cum filiis illius
enim non a deo sed cum quo et me tamen
ita non habuit et tamen sic non voluit. Et
mancipia illa et illa sit non [illegible]
vero tui et soror enim tres annos moriuntur
sunt. Sed at tunc non defunctus est et te fe
cit heredem. Cui habeo dimittere substan
tiam meam nisi filio meo [illegible] quod eligitur
filium et abiit ideo ipsi dimitto omnia bona
mea. [illegible] dum et sit ubi
est dicitur ut venias [illegible] et erogeret
ea pauperibus pro anima mea et sua et sic
[illegible] intra [illegible] te et nunc
venerunt. Ego at venies et [illegible]
[illegible] opus hic agnoverit te enim non
facias moram sed veni et vende omnia
et sic secundum voluntatem patris tui [illegible]
sic dixit non [illegible] hec enim ad filium
dicit ei dyabolus: Qui non venio et [illegible]
cit filia illa in aspectum dei tui [illegible]
[illegible] tamen. Quod cum male est dico
ut venias et eroges pauperibus dimissum
est ad quod [illegible] et exire quo bonum
[illegible] non a [illegible] et multis
[illegible] quod pauperibus dimissum
est autem quod [illegible] est ut venias et
facias cum secundum voluntatem patris tui
pro anima sua et [illegible] in cella tua. Quod
iste [illegible] deposuit in [illegible]
Et venit cum eo usque ad civitatem

relinquit eum volens autem sic ille [illegible]
in domum patris sui [illegible] defuncto eo
et cetera ipse sicut eius dominum [illegible]
Et videns eum non cognovit et [illegible]
eum. Quid est tu ille [illegible] eum
portare [illegible] et cepit eum [illegible] ubi
sit eius interrogare ubi esset. [illegible]
dicit ei ego sum filius eius et ait illi
[illegible] quod [illegible] est. Qui [illegible] di
cit quod [illegible] dicit [illegible] tua
fecit me qui desiderabat te et [illegible]
Et post aliquantum tempus in carcere [illegible]
et multis suppliciis afflictus a patre suo
[illegible] non exiit [illegible] sed remansit
[illegible] Ideo [illegible] dico [illegible] monachos
[illegible] dolos [illegible] alias [illegible]

Dixit [illegible] De cella sua

qui in [illegible] ista [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] in carcerem et non
[illegible] [illegible] [illegible] non [illegible]
et custodia [illegible] voluntaria [illegible]
[illegible] [illegible] a [illegible] penas [illegible]
[illegible] [illegible] non [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et qui non [illegible] [illegible] in
[illegible] [illegible] [illegible] boni ne [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] cepit [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] non mox [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et sic [illegible]
[illegible] [illegible] navigium [illegible]

Dixit [illegible] sic abbati [illegible]
[illegible] qui affligit me [illegible]
mea [illegible] non possum [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] aut [illegible] diabolicas in
[illegible] dicit ei [illegible] et [illegible] et
[illegible] et domum [illegible] de cella tua

ne crederet sancte quia perseveraverat cellae per diu ait mihi in ordine suo. Quia cum fecisset dies quadraginta et remansit et invenit panes palmas infudit eas et in crastinum cepit plectam facere sic hora. Quia cum explicuisset dixit intra se: Tolle alias palmas et para. Similiter explico eas et madefacio. Et cum expandisset eas iterum dixit [illegible] et sic madefaciens totam paulatim perficiebat et sic madefaciens de operatione donec veniret ad ordinem sui et cum [illegible] fiducia adiutus magna sui [illegible] vicit eam.



Dicebant de abbate Theodoro et abbate Lucio loco Alexandriae quia fecerunt quinquaginta annos seducentes animas suas et dicentes: Transacta hieme ista migrabimus hinc. Et iterum quando fiebat aestas dicebant quia transacta aestate discedimus hinc. Et ita fecerunt toto tempore patres isti memorabiles.

Venit abbas Macharius ad abbatem Antonium in monte. Et cum pulsasset ostium exivit ad eum et dixit ei: Tu quis es? Et ille ait: Ego sum Macharius. Et claudens ostium intravit et dimisit eum foris. Et cum vidisset patientiam eius aperuit ei. Et quasi gaudens dicebat ei: Multum tempus est quod ego desiderabam audire de te. Et exhibens ei hospitalitatem refecit eum. Erat enim fessus de multo labore. Vespere autem facto infudit sibi abbas Antonius modicas palmas. Et dixit ei abbas Macharius: Da mihi ut et ego infundam. Ille autem dixit ei: Non habeo plus. Et faciens fasciculum maiorem infudit eum. Et sedentes et colloquentes de utilitate animarum faciebant plectam et ipsa plecta per fenestram descendebat in speluncam. Et ingressus mane senex Antonius vidit quantitatem plectarum abbatis Macharii et admiratus est. Et osculans manus eius dicebat: Multa virtus de manibus istis egreditur.

Abbas Ammon de loco Nitriae venit ad abbatem Antonium et dixit ei: Video quia ego maiorem laborem quam tu sustineo. Et quomodo nomen tuum magnificatum est in orbe super me? Et dixit ei abbas Antonius: Quia ego diligo deum plus quam tu.

Narravit aliquis quia [illegible] quidam aliquis voluit probare monachos et venit unus monachus [illegible] scala induit et vestivit [illegible] et dixerat sibi. Cum veniret hic ille [illegible] cum in [illegible] aggressus est eos et percussit. Et veniens alter unus monachus vir magnus [illegible] et ipsi dixerunt: In monachis male [illegible] venit sicut ille [illegible]. Et aperuit ei alapas dedit. Ille autem convertit et aliam maxillam. Erant autem [illegible] surrexerunt et adoraverunt eum dicentes: Vere ecce monachus. Et fecerunt sedere in medio sui et interrogaverunt eum dicentes: Quid est quod plus fecistis de nobis in [illegible] ista? [illegible] et nos ieiunamus, castigamus corpus nostrum et nos [illegible]. Quare [illegible] est et nos [illegible]? Quae plus fecistis a nobis [illegible]? [illegible] ei senex: In gratia dei speravi et mentem meam custodivi. Et illi dixerunt: Nos hoc custodire non possumus. Et edificati discesserunt.

Paesius frater abbatis Pastoris habebat affectum cum quodam monacho extra cellam suam. Abbas autem Pastor nolebat hoc. Qui consurgens fugit ad abbatem Ammonem et dixit: Frater meus Paesius habet cum quibusdam affectum quod ego non libenter fero. Dixit ei abbas Ammonas: Abba Pastor, adhuc vivis? Vade et sede in cella tua et pone in corde tuo quia iam habes annum in sepulcro.

Frater interrogavit abbatem Agathonem dicens: Mandatum mihi venit et est mihi pugna contra locum ubi est mandatum. Volo quidem propter mandatum pergere, sed pavesco bellum. Dicit ei senex: Si esset Agatho, implebat mandatum et vincebat bellum.

Dixit abbas Bessarion quia XL noctes ad minimum [illegible] primas istis non dolere. Dicebat autem de abbate Moyse Sigme sancte quia super alveum fluminis lx annos habitavit et numquam inclinavit ut ipsum flumen aspiceret.

Quesierunt quidam fratres in heremo a sene quodam magno. Et dixerunt ei: Quomodo contentus es hic abba et sustines laborem hunc? Et dixit ei senex: Totus labor quem vides quod hic sustineo non comparatur ad unum diem tormenti quod peccatoribus in futuro seculo preparatur.

Frater interrogavit senem dicens: Quid faciam pater quia nihil operor monachale sed in negligentia sum et manduco et bibo et dormio et in turpibus cogitationibus et multa perturbatione sum, transiens ab opere ad opus et a cogitationibus ad cogitationes? Dixit autem ei senex: Tu sede in cella tua et fac quod potes sine perturbatione. Credo enim quia parvum quod nunc facis par est his que abbas Antonius magna et plurima faciebat in heremo. Credo enim in Deo quia quicumque sedet in cella propter nomen eius et custodit conscientiam suam invenietur et ipse in Antonii loco.

Frater quidam interrogavit quendam senem dicens: Si in aliquo loco nata mihi fuerit tribulatio et non habuero cum quo conferam ut indicem ei passionem anime mee, quid faciam? Dixit ei senex: Credo in Deo quia mittet gratiam suam ipse et erit tibi consolatio si in veritate eum rogaveris. Et addidit senex dicens: Audivi enim quia in Scythi talis erat aliquis frater. Erat qui sustinebat temptationes et non habuit fiduciam in aliquem cui confiteretur. Parabat a se melotem suam ut discederet. Et ecce nocte ipsa apparuit ei gratia Dei in specie virginis et rogabat dicens: Numquam vadas, sed sede hic, quia nihil tibi mali fit ex his que audisti. Qui credens verbis eius sedit et statim sanatum est cor ipsius.

Dixit abbas Pastor de abbate Johanne brevi statura quia rogavit Deum ut auferret eas passiones ab eo, et effectus est securus. Et veniens dixerit seni cuidam: Video me quietum et nullum habentem pugnam. Et dixit ei senex: Vade, roga Deum ut imperetur moveri pugna, quia per pugnam proficit anima. Et cum rediisset iterum pugna, ultra non oravit ut auferretur ab eo pugna. Et dicebat: Domine, da mihi tolerantiam sustinendi has pugnas.

Dixit iterum idem abbas Pastor quia abbas Ysidorus presbiter de Scythi allocutus est aliquando plebem fratrum dicens: Numquid ad laborandum venimus in locum istum? Et nunc video quia nullus labor hic est. Ego igitur tollo pellem meam et vado ubi est, et invenio illic laborem, requiem.

Frater quidam veniens in temptationem pre tribulatione perdidit regulam monachi. Et cum iterum vellet observantiam illam sibi dare principium, a tribulatione impediebatur et dicebat in semetipso: Quando ego me ita inveniam sicut aliquando eram? Et deficiens animo non prevalebat opus inchoare monachi. Veniens autem ad quendam senem narravit ei que agebantur circa eum. Senex autem audiens ea de eius afflictione adhibuit ei tale exemplum dicens: Homo quidam habuit possessionem que de negligentia eius in sentes conversa est et repleta est tribulis et spinis. Visum est autem ei postea ut excoleret eam. Dixit filio: Vade et purga agros possessionis illius. Et venit filius ut purgaret, cum consideravisset vidit multitudinem tribulorum et spinarum crevisse. Et deficiens animo suo dixit in semetipso: Quando habeo ego hec omnia eradicare? Et proiciens se in terram cepit dormire. Hoc autem faciebat multis diebus. Postea venit pater eius ut videret quid faceret filius et invenit eum nihil

operari. Et dixit ei: Quare usque modo
non fecisti? Et dixit: Iuvenis ille frater
sic mox ut veniebam operari pre-
cum vidissem multitudinem harum tribulorum et
spinarum ignavus fiebam ab assumendo labore
et a tribulatione pigritabar iacebam in terra et
dormiebam. Tunc dixit ei pater: Fili
ad mensuram latitudinis quam iacet terra
occupa per dies singulos opere. Et ita
paulatim proficiet opus tuum. Et tu pu-
sillanimis non efficieris. Quod cum ~~...~~ audisset
iuvenis fecit sic et in parvo tempore pur-
gata est et exculta possessio. Ita ergo
et tu frater paulatim operare et non defi-
cies et deus per gratiam suam constituet
te in suo pristino ordine. Hoc audiens
frater ille abiit et cum patientia sedens
faciebat sicut doctus erat a sene et
sic invenit requiem proficiens in domino.

Quidam senex rogabat fratres ut quod
esset ei quod sine labore. Ille ait: Tu
dixit: Credite mihi o filii quia Abraham
pendebat cum videret magnitudinem et perfecta
in dona dei. Iste non fuit apostolus
deitatis. Dicebat preterea: Si tibi con-
tigit temptatio in loco in quo habitas non
deseras locum in tempore temptationis quia si
deserueris quocumque perrexeris ibi invenies
a quo fugiebas. Ad partes esto donec
pertranseat ne discessio tua aliis scan-
dalum faciat ne forte aliis qui circa
ipsum locum habitant tribulationes ingerat.

Dixit quidam discessio tua
senex: Si occupatur te infir-
mitas corporis noli pusillanimis fieri. Quia
si te deus dominus corporis vult debilem fi-
eri tu quis es ut moleste accipias? Non
ipse pro te cogitat de omnibus? Numquid sine
ipso vives? Patienter igitur sustine et ro-
ga eum ut donet tibi que expediunt
hoc est quod voluntas eius est. Facias et
sede cum patientia manducans quod habes
in caritate. Quidam videns quendam in sepulchro
portatum mortuum in lecto dixit ei:
Mortuus portas? Vade vivere porta.
De eo quod non operari fieri debeat

Frater quidam interrogavit abbatem
Theodorum dicens: Vis aliquot diebus
non manducemus panem? Et dixit senex: Bene
facis ita et ego sic feci. Et dixit ei
frater: Volo portare modicum ciceris ad pis-
trinum et facere in farinam. Et dixit
ei abbas Theodorus: Iam si ad pistrinum
vadis fac tibi panem. Et quid opus
est ista adiectio

Venit frater interrogare eundem abbatem
Theodorum et cepit loqui et exquire-
bat de rebus quas nec dum fuerat opera-
tus. Et ~~ad~~ dixit ei senex: Adhuc non
navim invenisti nec vasa tua in ea
posuisti ut navigare cepisti et iam in
illa civitate tibi disponis pervenisti. Cum
ergo primum feceris operam rei de qua nunc
asseris tunc ex ipsa re loquere.

Audivit aliquis iudex provincie de abbate
Moyse et profectus est in Scythi ut videret
eum et nuntiaverunt seni de adventu eius
et surrexit ut fugeret in paludem et oc-
currit ei ille iudex cum suis et interro-
gavit eum dicens: Dic nobis senex ubi
est cella abbatis Moysi? Et dixit eis:
Quid vultis eum inquirere? Homo fatuus est et hereticus.
Et veniens iudex ad ecclesiam dix-
it clericis: Ego audiens de abbate Moyse
veni ut viderem eum. Et ecce occurrit
nobis senex pergens in Egyptum et in-
terrogavimus eum ubi est cella tua
abbatis Moysi. Et dixit nobis: Quid eum
queritis? Fatuus est et hereticus. Audientes
autem clerici contristati sunt dicentes: Qualis
erat senior ille qui hec locutus est de
sancto homine ad vos? Et illi dixerunt: Se-
nex vetustissimus vestitus veste lacera

et nigrior. Et illi dixerunt: ipse est abbas Moyses, et propterea voluit videri a vobis nam hoc vobis ipse de se dixit. Et illi multum edificati inde discesserunt.

Abbas Nestor maior ambulabat in heremo cum quodam fratre. Et videntes draconem fugierunt. Et dixit ei frater: Et tu pater times? Respondens senex dixit: Non timeo fili, sed expedit mihi propter draconem fugere, quia non habui effugere spiritum vane glorie.

Perrexit quidam abstinens a cibis et non manducans panem venire ad quendam senem. Oportune autem venerunt et alij supervenerant peregrini, et fecit eis parum pulmenti propter eos. Et cum sedissent manducare, frater ille abstinens posuit sibi soli cicer infusum. Et manducabat. Et cum surrexisset a mensa, tulit eum senex secreto et dixit ei: Frater, si venis ad aliquem, non ostendas illi conversationem tuam. Si autem conversationem tuam vis tenere, sede in cella tua et nunquam exeas. Ille autem acquiescens verbis senis factus est omnibus in eo quod cum fratribus convenisset.

Audivit aliquando abbas Antonius de quodam iuvene monacho quod signum magnum fecit in via eorum. Cum vidisset quosdam senes iter agentes et laborantes in ambulando, onagros iussit ut venirent et portarent eos donec pervenirent ad se. Illi autem senes indicaverunt hoc abbati Antonio. Dixit autem abbas Antonius: videtur mihi iste monachus similis esse navi onuste omnibus bonis, de qua nescio si possit pervenire ad portum. Et post aliquantum tempus cepit abbas Antonius flere et trahere capillos et lugere. Discipuli cum vidissent dixerunt ei: quid ploras abba? Et respondit senex: magna columpna ecclesie cecidit modo. Dicebat autem hoc ille de monacho iuvene et adiecit: D.

venire et ambulare ad eum et videre quis senex esset. Et perrexerunt quidam discipuli eius et invenerunt monachum illum super mattam sedere et flere, propterea quod fecerat. Videntes autem discipuli senis ait eis: Dicite seni quod obsecro Deum ut det mihi decem dies et in induciis et satisfaciam, ut spero quod infra quindecim dies defunctus est.

Venit aliquando iudex provincie videre abbatem Symeonem, et ille tollens lorum quo cingebatur et ascendit in arborem palme ut purgaret eam. Illi autem venientes dixerunt ei: ubi est senex qui hic in solitudine habitat? Ille autem respondit: non est solitarius hic aliquis. Et cum hoc audissent discesserunt inde.

Alia iterum vice alius iudex venire videre eum, et precedentes clerici dixerunt ei: Abba, para te, quia iudex audiens de te venit ut benedicatur a te. Et ille ait: etiam ego me preparabo. Et cooperiens se sacco suo et tollens in manu sua panem et caseum sedit in ingressu celle sue et cepit manducare. Venit ergo iudex cum officio suo et videntes eum spreverunt dicentes: hic est monachus de quo talia audiebamus. Et statim reversi sunt ad se.

Eulogius quidam nomine discipulus fuit istius archiepiscopi, qui Eulogius presbyter erat et abstinens ita ut ieiunas iugiter biduanas levando aliquotiens et usque ad ebdomadam extendebat se, nec panem tamen nisi modicum comedens et sal. Et per hoc laudabatur. Qui venit ad abbatem in Panepho credens se aliquid amplius gratie invenire apud eum. Et suscepit eum senex cum gaudio et quod habuit fecit ei cum caritate parari. Dixerunt autem discipuli Eulogij: Iste presbyter non comedit nisi panem et sal. Abbas autem Ioseph tacitus manducabat. Qui

cum fecisset eos dicere non audierunt eos
psallentes et orantes. Consuluerunt enim cantare
opus illorum et exierunt ut edificarentur de
ut dispensante fratres in caligine et errantes
de via venissent ad senem et prius quam
pulsarent ostium audierunt eos psallentes
et cum sustinuissent diu ut audirent
postea pulsaverunt. Et susceperunt eos illi
senes cum gaudio. Illi autem qui cum eulogiis
erant propter cauma urebantur fere sitientes
et dederunt ei bibere. Erat autem aqua pre-
mixta de mari et flumine et non poterat
bibere. Qui cum hoc in animo suo cogitaret
cepit rogare senem ut diceret misterium
eius dicens. Quid est hoc abba quia primum
non psallebatis sed ut cepistis postea quam
nos sumus egressi et quare aquam volui bi-
bere et inveni eam salsam. Dixit ei se-
nex frater aliquas fatuus per errorem
miscuit aquam marinam. Eulogius vero
rogabat senem volens agnoscere veri-
tatem. Et dixit ei senex parvulum illud
calicem ad vinum est quod caritatis indicat
hec est autem aqua quam assidue frater bi-
bit. Et hoc verbo docuit eum bibere cum
discretione et cogitationum et abscidit ab
eo omnia humana memoria mente eius
Et factus est quidam indicatus de cetero omnia
in quod appositum fuisset ei dedicavit eum ipse
in secreto operari et dixit senex per
in caritate sit opera vestra

Narratum est quidam frater a monachis
venit ad abbatem Agathonem. Ille autem cum
venisset ad eum reperit eum portantem
minima. Et cum agnovisset quod non pos-
set ferre dixit ei sicut eos domini
qui a facie quidem ornata est de intus
vero a latronibus spoliata

Dixit abbas Cassianus quia venit frater
quidam ad abbatem Serapionem
et hortabatur eum senex ut secundum mo-
rem orationem faceret. Ille autem se peccatorem

et ipsa nocte fuit in magna dignus non accipere
expectabat. Voluit ante pedes eius lava-
re et eisdem ipsis labiis usque osculatus
est. Fecit autem illum comedere. Et
cum comedisset cepit senex in caritate mo-
nere eum dicens. Fili si vis proficere permane
in cella tua et attende tibi ipsi et fac
opera manuum tuarum. Non enim est tam pro-
fectus tibi expedit quam sedere in cella tua.
Ille autem hec audiens ita exacerbatus
est et vultum mutavit ut nec latere pos-
set senem. Dixit ergo ei abbas Serapion
usque nunc dicebas peccator sum et accusabas
te ipsum quasi indignus sic vivere et quia te
caritate commonui ita exacerbatus es debuisti
Si enim vis vere humilis esse disce tibi
ab alio imposita fortiter portare et non
odiosa verba effundere in temet ip-
sum. Hec ~~autem~~ audiens frater penitentiam egit ante
senem et multum proficiens discessit

Frater interrogavit abbatem Moysen
dicens. Video in loco aliquo manere
quo vis ut agam ibi. Dixit ei senex
Nisi similis fueris in loco aliquo non valet tibi
ibi illic nomen facere de aliquo re dicendo
aut non timens in quantum fratrum quia non
inveniens hoc vel illud hoc enim nomen
tibi vanum facit sed pergas in potentiam
pariter quo homines vel hoc audierint in te

Dicebat de abbate Arsenio sicut
et de abbate Theodoro de Fermo quia
super omnia gloriam humanam odio habebant. Ab-
bas quidem Arsenius non cito occurrebat alicui. Ab-
bas vero Theodorus occurrebat quidem
sed videbatur gladius. Quidam dixit senex
aut fugiens fuge homines aut irridens
mundum et homines qui in mundo sunt stultum
teipsum in pluribus factis

Venit tercio quidam sue abbas
evaginatis ad quendam senem dicentes ei
Dic ubi abbas Simon est quia salutare eum volumus
Ille autem dixit ei Quid vis salutare eum
ad quid vadis non potest loqui amice

re ille misat. Et magis erat compunctus
in hoc sermone penitens egit in asperi-
tate et satisfecit ei dicens. Vide in
ablue vestes codicis legi et [illegible]
Deum [illegible] in bonis. Et nihil profecit ex.

Dixit abbas Agathon: Iracundus etsi
mortuos suscitat non placet deo
propter iracundiam suam. Contigit quendam
venatorem ferarum in silva aspicere
ad malum et vidit abbatem Antonium gau-
dentem cum fratribus et displicuit ei. Volens
autem senex ostendere ei quia oportet aliquando fratribus
condescendere, dicit ei: Pone sagittam
in arcum tuum et tende. Et fecit sic. Et
dixit iterum: Tende. Et tetendit. Et rursus dixit
ei: Tende. Dixit ei venator: Et si super
mensuram tetendero, frangitur arcus. Dicit
ei abbas Antonius: Ita est et in opere dei:
et si super mensuram tendimus, fratres cito
deficiunt. Expedit ergo et ubi hora
relaxare rigorem. Ergo hec audiens
venator compunctus est et multum proficiens
in sermone senis discessit, et fratres
confirmati reversi sunt ad locum suum.

Interrogavit abbas Joseph ab-
batem Pastorem dicens: Dic mihi quomodo
monachus fiam? Et dixit ei senex: Si
vis requiem invenire et hic seculo et
in futuro, in omni causa dic: Quis sum ego?
et non iudices quemquam.

Contigit alii fratri Helie captatio
et expulsus inde abiit in montem
ad abbatem Antonium. Et cum mansisset aliquan-
tum apud eum, remisit eum ad congrega-
cionem unde exierat. Illi autem viden-
tes eum iterum expulerunt. Qui iterum perrex-
it ad abbatem Antonium dicens: Noluerunt
me suscipere, pater. Misit ergo ad eos se-
nex dicens: Navis naufragium pertulit
in pelago et perdidit omnia que por-
tabat, et cum labore salvata navis
perducta ad terram. Vos quod cum labora-
vimus in terra salvatum vultis submergere? statim susce-
perunt eum. Illi autem cognoscentes quod
eum abbas Antonius remisit, statim susce-
perunt eum. Dixit senex: Quemadmodum
[illegible] oculum pungit [illegible]
aperitur relinquit eum semper.

Venit aliquando frater ad abbatem Theodorum
de Ferme et fecit tres dies ro-
gans eum ut audiret ab eo sermonem.
Ille autem non respondit ei, et egressus est contristatus.
Dicit ergo ei discipulus suus: Abba, quare ei
non es locutus? Et ecce contristatus ipse.
Et dixit ei senex: Crede mihi quia non
loquor ei sermonem, quia negotiator
est et alienis verbis vult gloriari. Dixit
abbas Pastor: Doce cor tuum servare
que docet alios lingua tua. Dixit iterum
quia homines ad loquendum perfecti videri volunt
et in operando id quod loquuntur minores efficiuntur.

Venit aliquando abbas Adelphius qui
fuit episcopus in Nilopoleos ad abbatem
Sisoy in monte abbatis Antonii. Et cum
discessurus esset, fecit eum gustare mane.
Erat autem ieiunium. Et cum poneretur
mensa, ecce fratres pulsaverunt. Dixit
autem senex discipulo suo: Fac, da eis
modicum sapitule, quia de labore sunt.
Et dixit ei abbas Adelphius: Dimitte
modo, ne dicant quia abbas Sisoy
mane comedit. Et intendit in eum senex
et dixit fratri: Vade, da eis. Et cum
viderent pulmentum, dixerunt: Ne peregrinos
aliquos habetis? Putatis nec senex vo-
biscum manducat? Et dixit frater: Etiam.
Et contristati sunt et dixerunt: Deus ignos-
cat vobis, quia senem permisistis
ista hora manducare. Non scitis quia
ex hoc plurimos dies laboraturus est?
Audiens hoc episcopus, fecit metaniam seni pe-
nitens dicens: Ignosce mihi, abba, quia ego
cogitavi humana cogitavi, tu autem

quod dei est fecisti. Et dixit ei abbas Sysois: Si deus glorificaverit hominem gloria hominum nunquam prodest.

De non iudicando

Quidam presbyter peccaverat et eum iussit presbyter exire de ecclesia. Exurrexit autem abbas Bessarion et exiit cum eo dicens: Et ego peccator sum. Venit abbas Ysaac de Thebayda in congregationem fratrum et vidit quendam de fratribus culpabilem et adiudicavit eum. Cum autem rursus ad heremum veniret angelus domini et stetit ad ostium celle eius dicens: Non te permitto intrare. Ille autem rogabat dicens: Que est causa? Et respondens angelus dixit: Deus me misit ut dicerem tibi: Ubi iubes ut mittamus illum fratrem culpabilem quem adiudicasti? Et statim abbas Ysaac egit dicens: Peccavi, ignosce mihi. Et dixit angelus: Surge, ignovit tibi deus. Sed custodi de cetero ne adiudices quempiam priusquam deus adiudicet eum. Frater aliquis in Scythi inventus est culpabilis et fecerunt seniores conventum et miserunt ad abbatem Moysen ut veniret. Ille autem venire noluit et misit ad eum presbyter dicens: Veni quia plebs fratrum te expectat. Ille surgens venit. Tollens autem sportam perforatam implevit eam arena et portavit. Illi autem occurrerunt obviam ei dicentes: Quid est hoc pater? Dixit autem eis senex: Peccata mea sunt post me currentia et non video ea, et veni hodie ego aliena iudicare peccata. Illi autem audientes nichil plus locuti sunt fratri sed ignoverunt ei.

Interrogavit quidam frater abbatem Pastorem dicens: Si video culpam fratris mei bonum est celare eam? Dicit ei senex: Quacumque hora tegimus peccatum fratris nostri teget et deus nostra, et quacumque hora prodimus culpas fratrum et deus nostra prodat. Offendit autem frater in congregatione. Erat autem in partibus illis quidam solitarius qui multo tempore foras non exibat. Veniens autem abbas de congregatione illa ad eum indicavit ei de illo fratre qui offenderat. Et dixit ille: Expelle eum. Expulsus autem frater de congregatione abiit et misit se in fossatum et flebat ibi. Contigit autem ut fratres euntes ad abbatem Pastorem audirent eum in fossa cum ploratu. Et descendentes ad eum invenerunt eum in magno dolore constitutum et rogaverunt ut iret ad illum senem solitarium. Et non acquievit dicens: In hoc loco mori ego. Venientes ad abbatem Pastorem narraverunt ei de eo. Et rogavit eos ut irent ad eum dicentes: Abbas Pastor vocat te ad se. Qui cum ei dixissent perrexit ad eum. Et videns eum senex afflictum surrexit et osculatus est eum et ad gaudere ei rogavit ut sumeret cibum. Misit autem abbas Pastor unum de fratribus suis ad illum solitarium dicens: Audiens de te multis annis est quod te videre desidero, et propter pigritiam utrorumque non potuimus nos invicem videre; modo quia deo volente et occasione facta fatiga te usque huc et nos videre possimus. Erat enim non egrediens de cella sua. Qui cum audisset dicebat: Si deus non revelasset seni illi de me non misisset ad me. Et surgens venit ad eum et salutantes se invicem cum gaudio sederunt. Dixit autem eis Pastor: Duo homines erant in loco uno et ambo habebant mortuos suos. Reliquit autem unus mortuum suum et abiit plorare mortuum alterius. Audiens autem hec senex compunctus est in sermone eius et recordatus est quod fecerat. Et dixit abbas Pastor: sicut in celo est, ita et deorsum in terra.

Factum est aliquando conventus in Scithi et loquebantur fratres de quodam fratre culpabili. Abbas autem Prior tacebat. Postea vero surgens egressus est et tollens saccum implevit eum arena et portavit eum in humeris suis et mittens in sporta modicum de eadem arena portabat eciam et ipsam in ante. Interrogatus autem a patribus quid hoc esset, ille dixit: Saccus iste qui multam habet arenam mea peccata sunt, et quia multa sunt posui ea super dorsum meum ne doleam pro ipsis et plorem. Ista autem harena modica peccata sunt fratris mei, et sunt ante faciem meam, et in ipsis exerceor iudicans fratrem. Quod non oportet sic facere, sed in ea magis peccata mea ante me debent esse et de ipsis cogitare et rogare deum ut ignoscat mihi. Audientes autem patres dixerunt: Vere hec est via salutis.

Ad quendam solitarium venit presbiter cuiusdam basilice ut sibi conferret oblacionem et ad comunicandum. Veniens autem quidam ad ipsum solitarium accusavit apud illum eundem presbiterum. Qui cum consuetudine iterum venisset ad eum ut conferret oblacionem, scandalizatus est ille solitarius et non aperuit ei. Presbiter autem hoc viso discessit. Et ecce vox facta est ad solitarium dicens: Tulerunt sibi homines iudicium meum. Et factus est velut in excessu mentis et videbat quasi puteum aureum et situlam auream et funem auream et aquam valde bonam. Videbat autem ad quendam leprosum haurientem et refundentem in vas, et cupiebat bibere et non poterat propter quod leprosus erat ille qui hauriebat. Et ecce vox iterum ad eum dicens: Cur non bibis ex aqua hac? Que causa est? Qui mittit implet, iste solummodo mittit et infundit in vase. In se ac reversus solitarius et considerans virtutem visionis et vocavit presbiterum et fecit eum sicut prius sacrificare sibi oblacionem.

Fuerunt duo fratres et magne vite in congregatione et meruerunt singuli videre gratiam dei super alterutrum. Factum est autem ut aliquis unus exiit egrederetur in sexta feria ex congregatione et vidit aliquem manducantem mane et dixit ei: Hac hora manducas in sexta feria? Cum ei dixit, die autem sequenti fratre celebrante missas, cum conspiceret eum frater eius, vidit gratiam que ei data fuerat recessisse ab eo et contristatus est. Et cum venisset in cellam dixit ei: Quid fecisti frater, quia non vidi sicut prius per gratiam dei in te? Ille autem videns dixit: Ego neque in actu neque in cogitatione aliqua conscius mihi sum alicuius mali. Dicit ei frater eius: Ut quid nonne aliquid odiosum locutus es? Et recordatus dixit ei: Etiam, hesterna die vidi quendam mane manducantem et dixi ei: Hac hora manducas in sexta feria? Hoc est peccatum meum. Sed labora mecum duas ebdomadas et rogemus deum ut mihi ignoscat. Et fecerunt ita. Et post duas ebdomadas vidit frater gratiam dei iterum venientem super fratrem suum et consolati sunt deo qui solus bonus est gratias referentes.

Vir quidam sanctus cum vidisset quendam peccantem flevit amare dicens: Iste hodie et ego cras vel. Verumptamen qualiter peccaverit aliquis coram te, ipsum non iudices, sed iudica te magis esse peccatorem quam illum. Dixit senex: Non iudices fornicatorem si castus es, et tu quoque similiter legem prevaricans. Etenim qui dixit non fornicaberis dixit etiam non iudices.

De discrecione

Fratres quidam venerunt ad abbatem Antonium ut indicarent ei fantasias quas videbant et agnoscerent ab eo si veraces essent an a demonibus illuderentur. Habebant autem azinum secum et mortuus est in via. Cum vero venissent ad senem, prevenit eos dicens: Quomodo mortuus est ille azinus in via? Dicunt ei: Unde scis pater? Et ille dixit: Demones mihi ostenderunt. Et nos propterea venimus interrogare te, quia videmus fantasias et plerumque fiunt in veritate, ne forte erremus. Et satisfecit eis senex super exemplo de azino, ostendens quia a demonibus ista fiunt.

Frater dixit abbati Arsenio: Ora pro me. Et respondit ei senex: Nec ego tui misereor nec Deus, nisi tu ipse sollicitus fueris et postulaveris a Deo.

Narravit abbas Petrus qui fuit discipulus abbatis Loth dicens: Cum essem aliquando in cella Agathonis venit frater quidam ad eum dicens: Volo habitare cum fratribus. Et dic mihi quomodo habitem cum eis. Dicit ei senex: Sicut in prima die qua ingrederis ad eos, ita custodi peregrinacionem tuam omnibus diebus vite tue ut non assumas fiduciam. Dicit ei abbas Macharius: Quid enim facit fiducia? Dicit ei senex: Similis est estui grandi qui quando exsurgit omnes fugiunt a facie eius, quia estus etiam arborum fructus corrumpit. Dicit ei abbas Macharius: Sic mala est fiducia? Respondit abbas Agathon: Non est peior alia passio quam fiducia, genitrix enim est omnium passionum. Convenit ergo operario monacho non sumere fiduciam, etiam si solus in cella sit. Sciens abbas Agathon cum fratre fuisset quondam quidam cum in Schithi et fuisset cum ipso [illegible] pro ea venit et dixit ei: Nobis ordinasti [illegible]. Illi autem dixerunt ei: Tu quis es qui sic loqueris? Et ille respondit: Filius hominis. Scriptum est enim: Si vere utique iusticiam loquimini, recte iudicate filii hominum.

Venerunt aliquando tres senes ad abbatem Achillem, et unus habebat opinionem malam. Dixit autem ei unus de senibus: Abba, fac mihi unam sagenam ad piscandum. Et ille dixit: Non facio. Et alius dixit: Fac nobis ut habeamus memoriam tuam in monasterio nostro. Et ille respondit: Non vacat. Dicit ei tercius ille qui habebat malam opinionem: Fac mihi sagenam ut habeam de manibus tuis benediccionem. Et ille statim respondit ei: Ego tibi faciam. Dixerunt autem ei duo priores secrete, quibus non acquiescebat: Quomodo fit quod nobis rogantibus non voluisti facere et huic dixisti: Ego tibi faciam? Respondit ei senex: Vobis dixi non facio quia non vacat, et non contristabimini. Huic autem si non facio, dicturus est quia propter peccata mea, que mala audivit senex, noluit mihi facere sagenam. Et statim incidimus funem, sed erexi animum eius ne tristicia absorberetur hic.

Dicebat de quodam sene quod fecerat l. annos neque panem manducans neque aquam libenter bibens, et dicebat quia occidi fornicacionem et avariciam et vanam gloriam. Abbas vero Abraham audiens quod hec dixisset, venit ad eum et dixit ei: Tu dixisti hunc sermonem? Et ille respondit: Etiam. Et dixit ei abbas Abraham: Ecce intras in cellam tuam et invenis super mattam tuam mulierem, potes non cogitare quia mulier est? Et dixit: Non, sed repugno cogitacioni mei ne tango mulierem illam. Dicit ei abbas Abraham: Ergo non interfecisti cogitationes quia venit passio ipsa sed alligata est. Iterum si ambulas in via et lapides vides et testas vasorum et inter ipsas iacet aurum, potes mente tua aurum ut quasi videris velut lapides reputare? Et respondit: Non, sed resisto cogitationi meae ne colligam illud. Et dixit ei Abraham: Ecce quia venit passio, sed alligata est. Et dixit ei iterum abbas Abraham: Si audires de duobus fratribus quia unus diligit te et bene loquitur de te, alius autem odit et detrahit tibi, et venerint ad te, utrosque equaliter suscipies? Et dixit: Non, sed extorqueo animum meum ut sic faciam ei qui me odit sicut illi qui diligit me. Et dixit ei abbas Abraham: Vivunt ergo passiones, sed tantummodo a sanctis viris quodammodo ligantur.

Narravit quidam patrum quia senex aliquis erat in cella sua studiose laborans et desuper ea matta, qui cum processisset ad abbatem Amonam, vidit eum abbas Amona vestire matta et dixit ei: Hoc tibi nihil proderit. Et dixit ei ille senex: Tres cogitationes mihi molestae sunt: una quae me compellit ut alicubi in heremum recedam, alia ut peregrina petam ubi me nemo agnoscat, tertia ut includam me in cella et nullum videam et post biduum manducem. Dixit ei abbas Amonas: Nihil tibi ex his tribus expedit facere, sed magis sede in cella tua et manduca parum cotidie, habe semper in corde tuo publicani illius quod in evangelio legitur sermonem, et ita poteris salvus esse.

Tradunt aliqui abbati esse unam prostitutam ex commissione quadam, cepit oblandiri cupiens eum si posset ad suam commixtionem inclinare vel si hoc non posset saltem ad vanam deceptionem, quia mulier cum videret aliquid vanescere vel linguare. Ipse autem dixit ad eam: Sequere me. Cum venissent autem in locum celeberrimum dixit ei: Veni huc sicut voluisti commisceri mecum. Illa autem videns multitudinem dixit ei: Quomodo possumus hic hoc facere in tam multorum praesentia? Confundor enim. Ipse autem dixit ei: Si homines erubescis, quanto magis debes erubescere Deum qui revelat occulta tenebrarum. Illa autem confusa et confusa recessit aliquando a se voluptate sua.

Venerunt aliqui ad abbatem Simonem quidam fratres interrogantes eum dicentes: Quid est illud quod scriptum est in libro Iob: ut caelum mundum esse in conspectu Dei? Et respondens ait senex: Dixit aliquitur fratres peccata sua et caelestia secreta. Hoc autem est in intentione sermo quem ad Iob requisivit, quia solus Deus est mundus Deus, sic neque caelum mundum esse in conspectu eius.

Dixit abbas Theodorus de Ferme: Si habes amicitiam cum aliquo et contingit eum temptationibus fornicationis incidere, si potes da manum ei et trahe eum sursum. Si autem in errorem aliquem fidei inciderit et non tibi et non consentit, acquiescit, velociter incide amicitiam eius abs te ne forte trahat te in profundum cum eo. Dicebat de abbate Iohanne brevi statura quia dixit aliquando fratri suo maiori: Volebam esse securus sicut angeli sunt securi, nihil operantes sed sine intermissione collaudantes Deum. Et nudum expolians se quo vestitus erat abiit in heremum et fecit ibi ebdomadam unam. Reversus est ad fratrem suum. Et dum pulsaret ostium respondit ei antequam aperiret dicens: Quis es tu? Et ille dixit: Ego sum Iohannes frater tuus. Et dixit ei: Iohannes angelus est factus et ultra inter homines non est. Ille autem pulsabat d ego sum. Et non aperuit ei, sed dimisit eum usque mane affligi. Postea aperiens ei dixit ei: Si homo es, opus habes iterum operari ut vivas; si autem angelus es, quid quaeris intrare in cellam? Et ille penitentiam agens dixit: Ignosce frater mihi quia peccavi.

Dixit abbas Pastor quia venerunt aliqui in seniores ad abbatem Joseph et dixit: Sedebat in monasterio arbore sychomori pulchra nimis et dicebat mihi: Vade collige et manduca. Erat autem sexta feria. Ego autem non gustavi propter ieiunium et rogavi eum dicens: Dic mihi pater de quo rogavi. Haec dicebas mihi, vade manduca; ego autem propter ieiunium non abii, sed erubescebam propter mandatum tuum, non faciens cogitans quia sic non percipias. Ille autem respondit: Patres seniores non loquuntur ab initio simpliciter sed magis perverse, si viderint quia ea quae dixerint faciunt; ita eis non loquuntur nisi quod expedit adimplere qui in omnibus obedientes sunt.

Interrogavit eundem abbatem Pastorem de abbate Amon de immundis cogitationibus quae in corde hominis generantur et de vanis desideriis. Et dixit ei abbas Pastor: Nunquid glabitur ferrum si non est qui incidit ei vineam? Et tu nunquam eis non porrigas manus et otiose erunt.

Interrogavit eundem Simone abbas Ysayas. Dixit ei abbas Pastor: Sicut capsa plena vestibus si dimissa fuerit tempore longo putrefiunt vestes in ea, ita et cogitationes in cordibus nostris si non fecerimus eas corporaliter tempore longo exterminantur aut putrefiunt.

Dixit abbas Pastor: Non habitare in aliquo loco ubi videas quosdam adversum te zelum habere, quia non proficies.

Frater interrogavit abbatem Pastorem dicens: Perturbatus sum et volo derelinquere locum istum. Dixit ei senex: Propter quid? Et ille dixit: Quia audio verba de quodam fratre quae me non aedificant. Et dixit ei senex: Non sunt vera quae audis? Et ille dixit: Etiam pater, vera sunt, quia frater qui dixit mihi fidelis est. Et respondit senex et dixit: Non est fidelis qui dixit tibi; nam si esset fidelis, nequaquam diceret tibi talia. Deus autem audiens vocem Sodomorum non credidit nisi descenderet et videret oculis suis. Et ille dixit: Ego vidi oculis meis. Haec audiens senex inspexit in terram et tulit unam festucam et dixit ei: Quid est hoc? Et ille respondit: Festuca est. Et iterum intendit senex ad tectum cellulae et dixit ei: Quid est hoc? Et ille ait: Trabes quae portat tectum. Et dixit ei senex: Pone in corde tuo quia peccata tua sunt sicut trabes haec, illius autem fratris de quo loqueris velut haec parva festuca. Audiens autem abbas Sysois hunc sermonem admiratus est et dixit: In quo te bonum fama abba beatissime? Velut pretiosus lapis ita verba tua gratia et gloria plena sunt.

Abiit quidam frater alius de monasterio abbatis Pastoris peregre et applicuit ad quendam solitarium. Erat enim ille habens caritatem cum omnibus et multi veniebant ad eum. Narravit autem ei frater ille quaedam de abbate Pastore, quae audiens venit ei desiderium ut videret eum. Cum autem reversus fuisset frater ille in Aegyptum post aliquantum tempus, surgens ipse solitarius venit de peregrinis in Aegyptum ad eundem fratrem qui prius applicuerat apud ipsum, dicens ei sibi manere. Videns autem eum ille miratus et valde gavisus est. Dixit autem ei ille solitarius: Fac caritatem quod habet in me et duxit me ad abbatem pastorem. Et tollens eum dixit ad senem et intimavit ei de eo dicens: quia magnus homo est et multam habens caritatem et honorem plurimum in provincia sua venit desiderans te videre. Suscepit ergo eum cum gaudio senex et salutantes se invicem consederunt. Cepit autem loqui peregrinus ille frater de scripturis sanctis et de rebus spiritualibus. Abbas autem pastor avertit faciem suam et non dedit ei responsum. Videns autem ille quia non loqueretur cum eo contristatus exiit et dixit fratri illi qui eum adduxerat: In vanum laborem ipsum assumpsi veniendo ad senem et ecce nec verbum mecum dignatur. Intravit autem frater ad abbatem pastorem et dixit ei: Abbas, propter te venit magnus hic vir qui tantam gloriam in loco suo habet: quare non locutus es cum eo? Respondit ei senex: Ille desuper est et de celestibus loquitur. Ego autem deorsum sum et de terrenis loquor. Si autem mihi locutus fuisset de passionibus anime, ego utique responderem ei. Si autem de spiritualibus, hec ego ignoro. Exiens ergo frater dixit ei: Senex non cito de scripturis inquirit, sed si quis ei loquitur de passionibus anime respondet ei. Tunc ille compunctus intravit ad senem et dixit: Quid faciam abbas quia passiones anime dominantur mei? Et intuitus eum senex gaudens dixit: Modo bene venisti. Ut aperiens os meum de his impleo illud bonis. Ille valde bene edificatus dicebat: Vere hec est via veritatis. Et gratias agens deo quod tali seni obviare meruit, reversus est in regionem suam.

Pater quidam interrogavit abbatem pastorem dicens: Feci peccatum grande et volo triennio penitere. Dixit autem ei abbas pastor: Multum est. Et dixit frater: Iubes annum unum? Et dixit iterum senex: Multum est. Qui autem presentes erant dicebant: Vel usque xl dies? Senex iterum dixit: Multum est. Et adiecit dicens: Ego puto quia si ex toto corde homo penitens fuerit et non apposuerit facere iterum hoc penitere ac ex triduana penitentia suscipiat deus.

Frater quidam interrogavit abbatem pastorem dicens: Quid est illud quod scriptum est: Qui irascitur fratri suo sine causa? Et ille respondit: Omni re qua te confundere voluerit frater tuus, si irasceris adversus eum donec oculum suum dextrum eruat et dexteram precidat, sine causa irasceris ei. Si autem ab eo voluerit te separare a deo, pro hoc irascere.

Item frater quidam interrogavit eum dicens: Relicta est mihi hereditas; quid faciam ex ea? Dixit ei abbas pastor: Vade et post tres dies veni et dico tibi. Venit autem sicut prefinivit et dixit ei senex: Quid tibi habeo dicere, frater? Si dixero: Da eam clericis, faciunt convivia ex ea. Si autem dixero: Da eam parentibus tuis, non est tibi merces. Si autem dixero: Da eam pauperibus, securus es. Vade ergo quod vis facere; ego curam non habeo.

Interrogavit Abraham qui erat agathonis abbatis discipulus abbatem pastorem dicens: Quomodo me sic demones impugnant? Et dicit ei abbas pastor: Te impugnant demones? Non impugnant vobiscum demones. Quando autem voluntates vestras facitis demones fiunt et hee sunt que tribulant vos ut faciatis eas. Si autem vis scire cum quibus demones pugnant: cum abbate Moyse et similibus eius.

Pater quidam interrogavit abbatem pastorem dicens: Quid me prohibet propter quod sibi bonum facere? Dixit ei senex

non sit lectio aliqua dicam mirare facile
frater magis omnino nimium facere volo permittere et
sicut cum Deus dixit dedi vobis potestatem calcan-
di super serpentes et scorpiones et super omnem
virtutem inimici. Quia in quibusdam mundus spe non
vulnerat. Et dixit abbas Joseph ipse est ne
non sedent passiones et dixit ei senex
qui vasa ... passioni mittit sic
sicut ... sinum et discedunt

Venit quidam frater ad abbatem Silvanum
in monte Syna et videns fratres
operantes dixit seni nolite operari
cibum qui perit. Maria enim optimam partem
elegit. Et dixit senex discipulo suo Zacha-
riae da fratri codicem et mitte eum in cellam
ubi nihil est. Et cum facta esset hora nona
intendebat ad ostium si mitteretur qui
vocaret eum ad manducandum. Et cum ne-
mo vocaret eum surgens venit ad senem
et dixit ei abba hodie fratres non man-
ducaverunt. Et dixit senex etiam.
Et dixit ei frater ille et ut quid
me non vocasti. Et dixit senex tu
spiritualis es et non indiges hoc cibo.
Nos autem carnales sumus et volumus
manducare propterea operamur manibus. Tu
vero partem bonam elegisti legens totum
diem et non vis sumere carnalem cibum.
Quod cum audisset prostravit se ad poenitentiam
dicens ignosce mihi abba. Et dixit ei senex
puto opus habet omnino Maria Martha
per Martham enim Maria laudatur

Dicebat sanctus senex beatus qui
non irasci. Et dicebat venit nos
per impetum daemonis ... passioni consentimus
et dixit cum non occidat sol super
iracundiam vestram. Tu autem exspectas do-
nec totum tempus vitae tuae occidat. Nescit dicere suf-
ficit daemoni malitia sua quod odio habet
hominem quia te non nocuit nec te potest
nocere verum diabolus ... dixisse quod decet

contendunt non egerunt

Venit aliquando monachus quidam ab urbe
Roma qui in palatio magnum locum
habuit et habitavit in Scythi in vicinio ecclesiae.
Habebat autem secum unum servum qui
ministrabat ei. Videns autem presbyter ecclesiae in-
firmitatem eius et agnoscens quia de de-
liciis esset vir ille ex eo quod donabat
ei Deus vel quod in ecclesiam inferebat transmit-
tebat ei. Cum ergo fecisset xxv annos
in Scythi factus est vir contemplativus praevidens
et nominatus. Audiens autem quidam de magnis
monachis Aegyptiis opinionem eius venit
videre eum sperans quia arctiorem conversationem
plus apud eum inveniret. Ingressus ergo ad eum
salutavit eum et facientes orationem
sederunt. Videns autem eum Aegyptius ves-
titum mollibus vestimentis et mattam de papiro
et pellem stratam super ipsam et modicum
capitale sub capite eius sed et pedes
mundos habentem cum caligis scandalizatus
est intra se de eo quod in illo non esset
consuetudo talis quisquam sicut magnam duram
abstinentiam hic conveniebat. Senex
autem ille Romanus habens contemplationis
sive providentiae gratiam intellexit quod scan-
dalizatus fuisset Aegyptius monachus in eo
et dixit ministro suo fac nobis hodie
propter abbatem qui venit bonum diem et
coxit parum olerum quae habebat et surgentes
hora competenti manducaverunt. Habebat etiam
et modicum vini propter infirmitatem suam
et id biberunt. Et cum factum fuisset
vespere dixerunt xii psalmos et dormie-
runt similiter et nocte. Et surgens mane
Aegyptius dixit ora pro me et egressus
est et non est aedificatus ab eo. Et cum
paululum discessisset volens eum senex
ille Romanus salvare misit post ipsum
et revocavit eum. Et cum venisset cum
gaudio iterum suscepit eum et interro-
gavit eum dicens ex qua provincia es

Et ille dixit: peregrinus sum. Et
dixit ei: ex qua civitate? Et ille dixit: Ego
non fui in civitate ut habitarem
aliquando in civitate, sed in agro eram. Et
dixit ei: quid ergo antequam monachus esses
quid operabaris in possessione quam mane-
bas? Et respondit: custos eram agrorum.
Et dixit ei: Ubi dormiebas? In
agro. Et dixit: Habebas stratum? Et
respondit: Ego in agro unde ponerem stra-
menta in quibus dormirem? Et dixit:
Et quomodo dormiebas? Respondit: In terra
nuda. Et dixit: Quid manducabas
in agro? aut quale vinum bibebas? Et iterum
respondit: Quid potest esse in agro? panem
agrestem. Et dixit: Quomodo vivebas?
Respondit: Manducabam panem siccum et
si inveniebam aliquid de salsamentis
et bibebam. Et dixit senex: Erat in
balneum in possessione ubi lavareris?
Et ille dixit: Non, sed in flumine lava-
bar quando volebam. Cum ergo haec omnia ab
eo senex per singula interrogatione exquisis-
set et cognovisset modum prioris vitae
eius atque laboris, volens ei prodesse nar-
ravit ei suam vitam priorem quam habe-
bat cum esset in saeculo dicens: Ego miser quem
vides de magna illa civitate Roma
sum, et habui in palatio magnum locum apud
imperatorem. Et cum audisset Aegyptius
initium verborum eius, compunctus est et sollicitus
quae dicebantur audiebat. Et ille adiecit
dicens: Reliqui ergo Romam et veni in solitudi-
nem istam. Et iterum dixit: Me quem
vides habui domos magnas et pe-
cunias multas et contempsi eas et veni
in istam parvulam cellam. Iterum dixit: Me
quem vides lectos vestitos ex auro
habui, habui stragulas pretiosissimas valde,
et pro his dedit mihi Deus mattam de
papyro et hanc pellem. Sed et ves-
tes meae in pretio fuerant digne com-
paratae, et pro his utor vestibus vilibus rebus.
Et iterum dixit: In prandio meo multum
aurum expendebatur, et pro illo dedit mihi
Deus modicum olerum et parvulum calicem
vini. Erant autem et qui serviebant mihi plu-
rimi servi, et ecce pro illis istum unum senem compunxit
Deus ut ministret mihi. Pro balneo autem
confundo modicam aquam, confundo pedes
meos et caligulis utor propter infirmitatem
meam. Et rursus pro calamis et cytharis
vel aliis musicorum quae quibus delectabar,
in quiete mea dico xii psalmos in
die et xii in nocte. Et pro peccatis meis
quae ante faciebam, nunc cum quiete ex-
hibeo parvum et vile ministerium Deo. Ergo
rogo, abba, ut non scandalizeris propter
infirmitatem meam. Et haec audiens Aegyp-
tius et ad se ipsum reversus dixit:
Vae mihi, quia ego de multa tribulatione et
plurimo labore saeculi magis ad pul-
sandum in quiete cum monachis, et quod nun-
quam habui hoc nunc. Tu autem ex mul-
ta delectatione sponte voluntate tua in tribula-
tionem venisti, et ex multa gloria et divitiis
venisti in humilitatem et paupertatem. Et mul-
tum proficiens discessit, et factus est ei
amicus et saepe veniebat ad eum pro
utilitate. Erat enim vir discretionis
et repletus bono odore Spiritus sancti.

Frater sedebat in cella sua quiescens
et volebant daemones seducere eum
sub specie angelorum, et excitabant eum ut ve-
niret ad collectam et lumina ostendebant
ei. Ille autem venit ad quemdam senem. Et
dixit ei: Abba, veniunt angeli cum
lumine et excitant me ad collectam. Et
dixit ei senex: Non audias eos, fili
mi, quia daemones sunt. Sed cum venerint
excitare te, tu dic: Ego quando volo
surgo, vos autem non audio. Accipiens ergo
a sene praeceptum, reversus est in cellam
suam. Et sequenti nocte iterum daemones
secundum consuetudinem venientes excitabant
eum. Ille autem sicut ei praeceptum fuerat

respondebat eis dicens. Ego quidem valde contristor quia non audio. Et illi dixerunt ei: Malus senex falsator ille seduxit te, ad quem venit frater volens mutuare pecuniam, et non habebat mercem est se. Non fecit et non dedit eis. Ecce hodie cum aq noscite quia falsator est. Surgens vero Silvanus venit ad senem et mittit. Senex vero dicebat: Unum est quod habet et quia venit frater accipere a me mutuare et non dedi ei. Et ecce in quod si dare ei dixi, ipsius factum cognovi quod veni mandatum. Propterea decere eo quod ad venire potuisse per illo si a me primo petivisset accepisset. Sed demonem qui te seducere voluit non audiat. Et multum gratias de verbis senis abiit in cellam suam.

Venerunt aliquando tres fratres ad quendam senem in Scithi, et unus ex eis interrogavit eum dicens: Abba, commendavi vetus et novum testamentum memorie mee. Respondens senex dixit: Replesti aerem verbis. Et alius interrogavit eum dicens: Et ego vetus et novum testamentum scripsi mihi per me ipsum. Dixit autem et huic: Et tu implesti fenestras cartis. Et tercius dixit: Mihi in focularie herbe ascenderunt et evelli eas. Et respondens senex dixit ei: Et tu expulisti a te hospitalitatem.

Narraverunt quidam patrum de quodam sene magno, quia si veniebat aliquis et interrogabat eum sermonem, ille cum magna fiducia dicebat: Ecce ego suscepio personam Dei et sedeo in sede iudicii. Quid vis ut faciam tibi? Si dicis: Miserere mei, dicit tibi Deus: Si vis ut miserear tui, miserere et tu fratribus tuis, et ego miserebor tui. Et si vis ut ignoscam, ignosce et tu proximo tuo. Numquid ergo aput Deum est causa? Absit; sed in nobis est si volumus salvari.

Dicebant de quodam sene in Cellis, quia erat magnus laborator, et semel dum faceret opus suum, contigit ut quidam senex veniret ad cellam eius, et audivit eum deforis litigantem cum cogitationibus suis. Et dicere: Usque omnia illa unum verbum amisisti. Ille autem deforis putabat quia cum aliquo alio ~~lig~~ litigaret, et pulsavit ostium ut introiret et pacificaret eos. Ingressus autem et videns quia nemo alius erat intus, habens autem fiduciam apud senem dixit: Cum quo litigabas, abba? Et ille respondit: Cum cogitationibus meis, quia xiiij libros memorie mee commendavi, et unum verbum modicum audivi foris. Et cum venissem facere opus Dei, omnia illa perdidi, et hoc solum quod foris audieram venit in memoriam mihi in hora ministerii mei, et propterea litigabam cum cogitationibus meis.

Fratres de quodam monasterio venerunt in heremum et applicuerunt ad quendam heremitam, et suscepit eos cum gaudio. Et sicut est consuetudo heremitarum, videns venire eos de labore, posuit mensam extra horam, et quod habuit in cella apposuit eis et repausavit eos. Quando autem sero dixerunt xii psalmos, similiter et nocte. Cum autem senex vigilasset, audivit illos inter se loquentes et dicentes quia solitarii viri plus repausant in heremo quam nos in congregatione. Mane autem facto cum ambularent ~~ven~~ ad alium vicinum suum, dixit eis: Salutate eum pro me et dicite ei: Noli adaquare olera. Ille autem cum hoc audisset intellexit verbum, et tenuit eos usque sero laborantes ieiunos. Cum autem sero factum esset, fecit prolixius opus Dei, et propterea dixit: Differamus modicum propter vos quia de labore estis. Et dixit: Nos cotidie manducare non solemus, sed propter vos gustamus modicum. Et apposuit eis panem sicut et sal. d. Ecce fratres vos festinitate [illegible] habere. Et misit per [illegible] illius. Et surgens recessit et psallebat usque mane et dixit eis: fratres vos non possumus [illegible] regula nostra ut manducaremus, quia peregrinus est. Mane autem volebant fugere. Ille autem rogabat eos dicens: manete aliquantum tempus nobiscum similiter, ut fratres manducarent tertio die, tertiam consuetudinem homini facere nobiscum. Illi autem videntes quia non relaxaret eos, fugientes abierunt. Frater interrogavit quendam senem: si cogitat me continuum sompno et tristitia [illegible] mysterii mei cum mea [illegible] in eo [illegible] ipse opus suum. Et dixit senex: si cogitat se te vigilare, mane dormire; quando evigilans surge, claude ostium et fenestram tuam et operare opus manuum tuarum et tu cum eo et [illegible] nox. Ille autem [illegible] glorificabat deum. Frater alius interrogavit senem dicens: soror mea pauper est; si do ei eleemosynam, non est sicut unus de pauperibus? Et dixit senex: non. Et dixit: quare? Et dixit senex: quia sanguis eius trahit te modicum.

Dixit quidam senex: non est aliquid quod placeat deo sicut tibi [illegible] in gravitate tristitiae. Vide et [illegible]

Erat autem quidam vir [illegible] est [illegible] primum monachum. Bonum et loqui [illegible] ei puer. Si [illegible] verba otiosa dimitte ea. Si autem bonum facias loqui bonum. Et loquere [illegible] [illegible] non dum [illegible] hae et [illegible] quod loqui et [illegible]

Descenderunt aliqui monachi in Aegyptum de Scythi ut viderent [illegible] loci illius. Et cum vidissent eos manducare fame et de nimia abstinentia in paricte quemadmodum scandalizati sunt. Iste autem [illegible] agnoscere voluit sanare eos et ita dimitte et predicavit in [illegible] plebi dicens: Remittite et excedere abstinentiam. Quam [illegible] volebant autem Aegyptii [illegible] [illegible] venerant discedere et remittere eos. Cum autem remisisset, presbyter apposuit eis [illegible] autem eos remittere [illegible] [illegible] [illegible] remanserunt eadem et sabbato sederent manducare cum Aegyptiis cum senibus fratribus. Sed autem [illegible] Aegyptiis [illegible] de senibus tenuit [illegible] [illegible] cum discipulo manducare sicut monachi [illegible] [illegible] Aegyptiis [illegible] [illegible] dicens: quia morior tota ebdomada ut tactum [illegible]. Et dixit ei senex: Si vos in [illegible] manducantes ita defecistis, quae in fratribus scandalizati estis quia semper eo ordine ebdomadam [illegible] abstinentiam [illegible]. Illi autem [illegible] illic egerunt et aedificati in abstinentia abierunt cum gaudio.

Frater quidam [illegible] monachi accipiens statim [illegible] solitarius esse volo. Audientes autem [illegible] seniores venerunt et eiecerunt eum et fecerunt eum circuire cellas fratrum et paenitentiam coram singulis agere et dicere: ignoscite mihi quia non sum solitarius, sed [illegible] monachi nunc accepi. Dixerunt quidam seniores: si videris iuvenem volentem sua voluntate ascendentem in caelum, tene pedem eius et iace eum in terram, quia ita non expedit ei.

Dixit abbas Pastor: Saturare [illegible] nos ad implere sed magis [illegible] remutit ipsum ut facile velit [illegible] tu [illegible]. Dicebat quidam senum: [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] ad [illegible] et loqui [illegible] alios [illegible] vide eos duabus [illegible] [illegible] deorsum et sursum et [illegible] [illegible] in caelum ut ad [illegible] et in [illegible] occupari et [illegible] [illegible] in profundum.

Dixit quidam senex: Si cogitaverit te et alium simul [illegible] et [illegible] ille et non dixi [illegible] hic non esse cum eo et dicere cu dixisti quod celabat et dixit ei est dixi

Venerunt aliquando fratres duo ad abbatem Pambo et interrogavit eum unus eorum dicens Abba ego biduo ieiunio et duos paximates manduco putas salvo animam meam aut seducor Et alius dixit ego colligo de opere manuum mearum duas siliquas diurnas et paululum ex eis retineo ad victum Aliud autem expendo in elemosinas putas salvus ero aut seducor Et cum ipsi interrogarent eum ille autem non respondebat eis Post quatuor autem dies cum discessuri essent rogabant eos clerici dicentes Nolite contristari fratres Deus prestet vobis ~~mercedem~~ mercedem sic consuetudo senis huius non cito loquitur nisi ei Deus dederit quod dicat Intrantes ergo ad senem et dixerunt ei Abba ora pro nobis Et dixit eis Ambulare vultis Dixerunt etiam Et intuens eos in semetipso accipiens opera eorum scribebat in terra et dicebat Pambo biduo ieiunat et duos paximates manducat putas in hoc erit monachus Non Iterum dicebat Pambo laborat in die duas siliquas Et dat eas in elemosinam putas in hoc est monachus Nondum et paululum reticens dixit ad eos bonum quidem est opus Sed si custodias conscientiam tuam pro proximo ita salvaberis In his edificati fratres discesserunt cum gaudio

Frater dixit abbati pastori Si videro aliquid de quo ut dicam Dixit ei senex scriptum est qui respondet verbum antequam audiat stultitia est ei et obprobrium Et ei frater interrogaverat fuit de finalibus tace

Frater venit ad abbatem pastorem et dixit ei multe cogitationes veniunt in animam meam et periclitor in eis Et eiecit eum senex Sub divo et dixit ei Expande sinum tuum et apprehende ventos Et ille dixit non possum hoc facere Et dixit ei senex Si hoc non potes facere nec cogitationes prohibere potes facere ne veniant Sed tuum est resistere eis Dixit abbas pastor Et si homo peccaverit et negaverit dicens non peccavi ne increpes eum quia proicis fratrem animi eius Et si dixeris non contristeris frater sed abstine de cetero excitas animum eius ad penitentiam

Interrogavit abbas Ioseph abbatem pastorem dicens quomodo oportet ieiunare Et dixit abbas pastor Ego volo ut cotidie quis manducans sibi paululum subtrahat sibi ne satietur Et ei abbas Ioseph Ego quando iuvenis eram noctes non ieiunabam biduanas levandus Et dixit ei senex Credidi quidem et cotidianas et ebdomadas sed hec omnia probaverunt seniores ut magni et invenerunt quod bonum est cotidie manducare et per singulos dies parum sibi subtrahere Et ostenderunt nobis hanc regulam viam quia levior est et facilis

Venerunt aliquando seniores quidam in scythi otis at cum eis et abbas Theonas et dum comederent surrexit quidam presbyter vir magnus ut daret per singulos vasculum plenum ad bibendum et nemo acquievit accipere nisi solus iste iuvenis a mirari sunt autem omnes Et dixerunt ei quomodo tu cum sis omnium minimus presumpsisti ministerio viri senis et magni Dixit eis Ego quando surgo dare aquam gaudeo si omnes bibant ut mercedem acquiram propter hoc ergo ego suscepi ut frater qui surrexit reciperet mercedem ne forte contristaretur nullo suscipiente ab eo Hoc cum dixisset mirati sunt de discretione eius

Dicebat abbas Daniel quantum corpus viruerit tantum anima exsiccatur et quantum exsiccatur fuerit corpus anima tantum viruerit

Dixit aliquando Evagrius abbati Arsenio quomodo nos ex tanta erudicione sicut et scientia virtutes habemus Hii autem rustici in egypto constituti tantas virtutes possident Respondit Arsenius nos quia quanto tenditis discipulum vestrum fu[illegible] nichil habens sibi sufficere egerunt ex propriis laboribus acquisierunt [illegible]

Dixit abbas Daniel quia cum moraretur abbas Arsenius delegavit nobis ut videret ne velletis pro me agape facere quia si feci pro me ipso [illegible]

Venerunt aliqui presbyteri regionis illius ad monasterium ubi erat abbas Pastor et rogaverunt abbatem Anub et dixit ei rogemus presbyteros istos hodie accipere hic in caritate verbum dei. Ille autem stetit diu et non dixit ei responsum. Abbas vero Anub contristatus exiit. Dixerunt autem abbati Pastori qui iuxta eum sedebant quare non dedisti ei responsum. Et dixit eis abbas Pastor: ego iam non habeo, iam mortuus sum. Mortuus enim non loquitur. Non ut computet me quasi hic inter vos sum.

Dixit abbas Pastor: si quis alios docet et non facit quod docet, similis est puteo qui omnes ad se venientes satiat et diluit sordes, se ipsum autem purgare non potest, sed omnis spurcitia et immunditia in eo est.

Venerunt aliqui duo senes magni de partibus Pelusii ad abbatissam Saram et cum ambularent dicebant ad invicem: humiliemus vetulam istam. Et dixerunt ei: vide ne extollatur animus tuus et dicas quia ecce solitarii viri ad me quae mulier sum veniunt. Et dixit eis abbatissa Sara: sexu quidem sum mulier, sed non animo.

Item dixit abbatissa Sara: si petiero a deo ut omnes homines aedificentur in me, invenior ante ianuas singulorum penitentiam agere, sed magis oro ut cor meum cum omnibus purum sit.

Dixit abbas Isaac Thebeus fratribus: pueros huc non adducatis, quia propter pueros in Scithi iiij^or ecclesie heremus facte sunt.

De sobrietate

[illegible]

Dixit abbas Agathon: non debet monachus permittere conscientiam suam ut accuset eum in quacumque re. Dicebant autem de moriente abbate Agathone quod tres dies immobilis mansit apertos oculos tenens. Pulsaverunt autem eum fratres dicentes: Abba, ubi es? Et ille respondit: in conspectu divini iudicii assisto. Dicunt ei: et tu times? Et ille dixit: interim laboravi virtute qua potui in custodiendis mandatis dei, sed homo sum et nescio utrum placuerint opera mea deo. Dicunt ei fratres: et non confidis de operibus tuis que secundum deum fuerunt? Et dixit senex: non presumo nisi venero ante deum. Aliud enim est iudicium dei et aliud hominum. Cum autem vellent eum adhuc interrogare alium sermonem, dixit eis: ostendite caritatem et nolite mecum loqui quia occupatus sum. Et hec dicens consummavit spiritum cum gaudio. Videbant autem eum colligentem spiritum suum quemadmodum si quis salutet amicos suos dilectos. Habuit autem custodiam magnam in omnibus et dicebat quia sine custodia ad nullam virtutem ascendit homo.

Dixit abbas [illegible] quia filius sui [illegible] sedente senes habuit [illegible] magnam et attendit [illegible] multas et plurima frequenter ad se venientes et cum se videret quia non potest [illegible] conscientiam eas [illegible] ascendere in arbore ut salvaretur sed et ego sedeo in cella mea et attendo cogitationes multiplices super me et cum [illegible] similiter navis erat confugio quod orare ad deum et ita salvus efficitur absque dubio.

Senex quidam erat in Scithi [Iohannis] habens quidem tolerantiam corporalem non valde scrupulosus erat in memoria. Hic abiit ad abbatem Iohannem Brevem ut interrogaret eum de oblivione sua. Et audiens ab eo sermonem reversus est ad cellam suam. Et oblitus est quod dixit ei abbas Iohannes. Iterum abiit et interrogavit eum et audiens verbum ab eo sermone audito. Cumque ut pervenit ad cellam suam oblitus est quod audierat. Atque ita multociens vadens atque veniens ei dominabatur oblivio. Postea hoc vos rursus rediens seni dixit: Nosti abba quia oblitus sum iterum quod mihi dixisti, sed ne tibi molestus essem non veni. Dixit ei abbas Iohannes: Vade accende lucernam. Et accendit. Et dixit ei: Affer alias lucernas et accende ex ea. Et fecit sic. Et dixit abbas Iohannes seni: Numquid laesa est lucerna quia ex ea aliae accensae sunt? Et dixit: Non. Ita magis nec Iohannes laeditur si tota Scithi veniret ad me ut impediret me a caritate dei. Cum quotiens vis veni sine haesitatione. Abstulit deus oblivionem a sene hoc. Haec erat opera habitatorum in Scithi ut darent eos qui impugnabantur ab passionibus et extorquebant sibi laborem ut se invicem proficerent in bono.

Abiit aliquando abbas Pastor cum esset iunior ad quendam senem ut interrogaret eum de tribus cogitationibus. Cum autem pervenisset ad senem oblitus est unam de tribus sententiis quas eum interrogare volebat et reversus in cellam suam cum retendisset manum ut teneret clavem recordatus est sermonis illius quem quaerebat et oblitus et sustulit manum a clave et rediit ad senem. Senex autem dixit ei: Accelerasti venire frater. Et ille narravit ei quia cum extendisset manum tenere clavem recordatus sum sermonis quem quaerebam et non aperui cellam sed mox adveni. Erat autem longitudo viae illius multum distans. Dicit ei senex: Angelus gregis pastor notabitur cum nomine tuo in terra.

Sedente aliquando abbate [Legitur] Silvano in monte Sina volens discipulus abire ad quoddam necessarium suum dixit seni: Dimitte aquam et riga hortum. Ille autem exiens ad implendum quod iubebatur faciem suam de cuculla sua usque ad pedes suos attendens. Contigit autem ut ipsa hora quidam superveniret ad eum et videns eum a longe consideravit quid faceret. Et cum pervenisset ad eum dixit ei: Dic mihi abba ut quid cooperiebas de cuculla faciem tuam et sic adaquabas hortum. Et dixit ei senex: Ne viderent oculi mei arbores et occuparetur mens mea ab opere suo in consideratione earum.

Venit quidam senex ad alium senem et cum loquerentur dixit ei: Ego mortuus sum huic seculo. Alter vero dixit ei: Ne confidas in te donec exeas de corpore isto. Nam si tu dicis de te quia mortuus es, satanas autem mortuus non est.

Dixit autem senex: Dormienti te et surgenti et aliud quid facienti si fuerit deus ante oculos tuos in nullo te poterit inimicus terrere. Et si ista cogitatio manserit in homine, etiam dei virtus manet in eo.

Dicebatur de quodam sene quia cum ei cogitatio sua diceret: Dimitte hodie et crastino poenitebis, contradicebat ei ille: Non, sed hodie poenitebo; crastino autem fiat voluntas dei.

Dicebat senex quia tres sunt [illegible] [illegible]. Et quibus perdit hominis ista peccata: prima oblivio, secunda negligentia, tertia concupiscentia. Et cum enim si oblivio venit generat negligentiam, de negligentia concupiscentia nascitur, de concupiscentia autem cadit homo. Si enim mens ita est sobria ut oblivionem respuat, ad negligentiam non venit. Et si neglexerit concupiscentiam non incipit. Si vero concupiscentiam non incipit numquam cadet ~~[illegible]~~ cooperante gratia Christi.

Frater quidam in cellis [illegible] [illegible] cellulae suae. Et cum sedisset [illegible] dixit ei cogitatio sua ut iret ad quendam senem visitare eum. Et ipse cogitationi [illegible] dicebat: [illegible] paucos dies videam. Et dicebat ei cogitatio sua: Ecce nunc hoc moriens quid facies? Et vade modo ut loquaris [illegible]. Et ipse dixit: [illegible] non est modo tempus. Iam ut cogitavit [illegible] Et cum nocte [illegible] ad [illegible] fac tempus rursus dixit: expende palmulas istas. Et tunc vade. Rursus dixit in semetipso: Si hodie bonum actum fuit. Et surgens aliquid palmas infudit et tollens melotem suam ibat. Erat autem senex quidam vicinus ei vir prudens. Qui cum vidisset eum in impetu ambulare clamavit dicens: Captive, [illegible] ubi curris? Veni huc ad me. Qui cum venisset dixit ei senex: Revertere in cellam tuam. Ille autem frater narravit ei fluctuationes quas patiebatur in cogitationibus suis et ita reversus est in cellam suam. Et cum ingressus fuisset in cellam prostravit se et penitentiam egit. Hoc facto voces magnae spirituum demonum clamaverunt dicentes: Vicisti nos monache, vicisti nos. Et facta est matta eius sic quod iacebat velud ab igne [illegible] demones vero ut velut fumus evanuerunt et sic quod frater ille didicit versutias eorum.

Dicebatur de quodam sene quod moriebatur in Scythi et circumdederunt fratres lectum eius et vestierunt eum et ceperunt flere. Ille autem aperuit oculos suos et risit. Et adiecit iterum ridere hoc fecit [illegible] tertio. Quod cum viderent fratres rogaverunt eum dicentes: Dic nobis abba quare nobis flentibus tu rides? Et dixit eis: Primo risi quia vos timetis mortem; secundo risi quia non estis parati; tertio autem risi quia de labore ad requiem vado. Et vos ploratis. Hoc cum dixisset statim in pace moriens inclusit oculos.

Venit aliquis frater manens sive in cella ad unum de patribus et dixit ei quia cogitationes sue affligerent. Et dixit ei senex: Tu proiecisti in terra armamentum magnum quod est timor dei, et accepisti in manum ~~[illegible]~~ harundineam virgam, hoc est cogitationes malas. Accipe quod est magis ignem, quod est timor dei. Et cum appropinquat cogitatio mala velud calamus igne timoris dei cremabitur. Neque enim [illegible] malicia adversus eos qui timorem dei habent.

Dixit quidam senex quia cum capitur asinus oculi velantur et tunc circuit ad molendinum. Si autem discoopertos habuerit oculos non ambulat in circuitu mole. Sic et diabolus si occupaverit oculos alicuius in omni peccato humiliat eum. Quod si illuminati fuerint oculi eius facile se effugiet.

Dicebat senex quia in monte abbatis Antonii custodie sedebant septem tempore dactilorum et unus ex eis abigebat volucres. Erat autem senex qui in die qua cum dactilos custodire pergebat clamabat dicens: Discedite deintus male cogitationes et deforis aves.

Dixit senex: Surgens mane dic ad temetipsum: Labora corpus ut pascaris; sobria esto anima ut apprehendas hereditatem.

Fr dixit quidam

Frater dixit cuidam seni: ut pugnas video in corde meo. Et dixit ei senex: tu sic es quasi qui [illegible] portat ut quicquid desiderat mittet ubi voluerit mittet et ubi voluerit claudat et tu non ~~[illegible]~~ intelligis quod agitur intra. Si habueris ianuam et claudis seris eam et non permiseris intrare per eam cogitationes malas tunc videbis stare foris et pugnantes contra te.

Venit abbas Ammon ad abbatem Pastorem et dixit ei: si vado ad cellam vicini mei aut si ille ad me venit pro aliqua causa timemus colloqui ne incurrat aliqua ingerere fabula et aliena a proposito monachi. Et dixit ei senex: bene facis, necessariam enim habet iuventus custodiam. Dicit ei abbas Ammon: senes quid faciebant? Et dixit ei: iam senes proficientes atque firmati non habebant in se aliud quod a peregrinum in ore suo ut id loquerentur. Et ille dixit: si ergo fit necessitas cum vicino loquendi, videtur tibi ut de scripturis cum eo loquar aut de verbis aliquorum seniorum? Et dixit ei senex: si non potes tacere, bonum est magis ut de verbis seniorum loquaris quam de scripturis; periculum enim est non parvum.

Narravit abbas Cassianus de quodam sene in heremo sedente quod rogaverit Deum ut donaret ei ne dormitaret aliquando cum de spiritualibus sermo fieret; si autem detractionis aut otiosa verba ceterum statim in soporem quiesceret ut non sibi venenum aures eius caperet. Hic dicebat diabolum studiosum esse ut moveret homines ad verba otiosa et impugnatorem autem omnis doctrinae spiritualis. Ad quod etiam verba hoc etiam loquente me aliquando de utilitate animae ad quosdam fratres tam sopore perfusos occupati sunt ut nec palpebras oculorum movere possent. Ergo ut vel sic valeret demonstrare operam daemonum et otiosum verbum intuli, ad quod illi audientes statim a sopore excitati sunt. Ergo autem ingemiscens dixi: usque nunc de caelestibus rebus loquebamur et omnium vestrum oculi sopore comprimebantur; quam autem sermo otiosus motus est, omnes prompte audire coepistis. Propter quod rogo, karissimi fratres, agnoscentes maligni operam daemonis et attendite vosmetipsos custodientes vos a sopore cum aliquid de spiritualibus auditis ut facitis.

Venerunt aliqui fratres quondam [illegible] et quod non dormitabat mentem suam diffundi in cogitationibus secularibus neque loquebatur causam mundi huius. Et dicit ei [illegible] agmina deo quod nihil pluit anno isto. Et rogat, aperiuntur arbores palmarum. Et hic coepit producere ramos. Et invenit fratres qui solent manum suam operibus occupari. Dixit quoque eis abbas: ipsos sic est et quod spiritus sanctus descendit in corda sanctorum, virescunt gaudio et innovantur et proferunt folia in timore Dei.

Interrogavit aliquis abbatem Silvanum quondam dicens: sic qua conversatione operatus es ut acciperes prudentiam istam? Et ille inde dixit: nunquam permisi in corde meo cogitationem ut irritarem quod offenderem Deum. Et dixit abbas: perfectus cogitatus tua fit in regno caelorum. Et tu in hereditatem accipies illud.

Dixit senex fratri: anima pone quod domus est hominis. Et cum domus hominis quae non curatur iactat unusquisque super eam quicquid invenerit sordidum, infundit vel immunditias in immunditiam. Tu autem non negligas ut paulatim fiant quae iactantur. Ille quidem si neglexerit impletur domus sordibus et nequaquam valebis intrare in eam. Sed ab initio quae ille iactaverit cum eis paulatim. Et mundabitur domus tua per gratiam Christi. Unde

De continua oratione

Capitulum primum

Interrogaverunt fratres abbatem Agathonem dicentes: Pater, quae virtus in conversatione plus habet laboris? Et dixit eis: Ignoscite mihi, quia puto non esse alium laborem tantum quale orare Deum. Cum enim voluerit homo orare Deum suum, statim inimici daemones festinant interrumpere orationem eius, scientes quia ex nulla re impediuntur nisi per orationem fusam ad Deum. Et quidem omnem alium laborem quem homo in conversatione positus assumpserit, perseverans instanter et tollerans aliquid habet tamen et possidebit aliquam requiem. Oratio autem usque ad ultimam exalationem opus habet magni certaminis.

Narravit abbas Doulas qui fuit discipulus abbatis Bessarionis dicens: Veni aliquando in cellam abbatis mei et inveni eum stantem ad orationem, et manus eius erant intensae in caelum. Permansit autem hoc faciens usque ad quatuordecim dies. Et post haec vocavit me et dixit: Sequere me. Et exeuntes perreximus in heremum. Et cum sitirem dixi ei: Abba, sitio. Ille autem tollens melotem discessit a me quantum est iactus lapidis. Et faciens orationem attulit eam plenam aqua. Et abiimus in civitatem Lico. Et venimus ad abbatem Iohannem, et salutantes eum fecimus orationem, deinde sedentes coepimus loqui de visione quam viderat. Dixit autem abbas Bessarion: Quia exiit praeceptum a Domino ut destruantur templa. Et factum est sic et destructa sunt.

Venit abbas Loth ad abbatem Ioseph et dixit ei: Abbas Loth secundum virtutem meam modicam regulam et parvum ieiunium et orationem et meditationem et quietem et secundum virtutem meam studio purgare cogitationes meas. Quid ergo debeo de cetero facere? Exurgens senex expandit manus suas in caelum, et facti sunt digiti eius velut decem lampades ignis. Et dixit ei: Si vis efficieris totus sicut ignis.

Venerunt aliqui ad abbatem Lucium in Ennato monachi quidam qui dicebantur Euchitae, hoc est orantes. Et interrogavit eos senex dicens: Quod est opus manuum vestrarum? Et illi dixerunt: Nos non contingimus aliquod opus manuum, sed sicut dicit Apostolus: sine intermissione oramus. Dixit eis senex: Et non manducatis? Illi autem dixerunt: Etiam manducamus. Et dixit eis: Aliquis quando manducatis, quis pro vobis orat? Et item interrogavit eos dicens: Non dormitis? Et illi dixerunt: Dormimus. Et dixit eis senex: Cum dormitis, quis pro vobis orat? Et non invenerunt quid ad hoc responderent ei. Et dixit eis: Ignoscite mihi fratres, quia non facitis sicut dixistis. Ego autem ostendo vobis quia operans manibus meis sine intermissione oro. Sedeo i. maneo Deo infundens in parvas palmulas et facio ex eis placitam. Et dico: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Et dixit eis senex: Oratio est an non? Et dixerunt ei: est. Et ille dixit: Quia permanens totum diem laborans et orans facio plus minus xvj nummos et pono ex eis ad ostium duos nummos et reliquos manduco. Et qui accipit illos duos denarios orat pro me tempore quo ego manduco aut dormio, et ita per gratiam dei impletur in me quod scriptum est: Sine intermissione orate.

Venit quidam senex aliquando in montem Syna et cum recederet occurrit ei frater in via et ingemiscens dicebat seni illi: Affligimur abba propter siccitatem quia nobis non pluit. Et dixit ei senex: Quare non oratis et rogatis deum? Qui dixit: Et orationem facimus et deprecamur assidue deum et non pluit. Et dixit senex: Credo quia non attentius oratis. Vis autem scire quia ita est? Veni stemus pariter ad orationem, et extendens in celum manus oravit et statim pluvia descendit. Quod cum vidisset frater ille timuit et procidens adoravit eum. Senex autem fugit illinc.

Dixit abbas Ysaac quia presbyter Pelusii cum fieret agape et fratres in ecclesia manducarent et loquerentur sibi ad invicem increpans eos dixit: Tacete fratres. Ego enim scio unum fratrem manducantem vobiscum et oratio eius ascendit in conspectu dei velut ignis.

Frater dixit abbati Pastori: Si dedero fratri meo modicum panis aut aliud, demones polluunt illud ut videatur ad placitum hominibus fieri. Et dixit ei senex: Et si ad placitum hominibus fiat, tale opus nos tamen debemus fratribus prebere quod eget. Dixit autem ei et parabolam talem: Duo homines erant agricole habitantes in una civitate et unus ex eis seminans collegit pauca et sordida. Alius autem negligens seminare omnino nichil collegit. Cui ergo fiat fames quis duorum potest evadere? Et dixit frater ille: Qui fecit quamvis parva atque immunda. Et dixit ei senex: Ita et nos seminemus pauca et si immunda ne fame tunc moriamur.

Narraverunt fratres dicentes quia venimus aliquando ad quendam senem et cum more fratrum finissemus orationem salutavimus invicem sedimus. Et postquam locuti sumus cum discedere proposuimus ut fieret iterum oratio dixit unus illorum seniorum ad nos: Quare non oratis? Et nos diximus: Fecimus sed quando intravimus facta est oratio et ex illa hora usque modo locuti sumus. Et ille dixit: Ignoscite mihi fratres quia vobiscum sedens quidam frater et loquens centum et tres orationes fecit. Hoc cum dixisset facta oratione dimisisse tunc nos.

Dicebat quidam patrum quia sicud impossibile est ut videat quis in aqua turbida faciem suam sic et anima nisi purgata fuerit a cogitationibus alienis contemplari non potest in oratione deum.

Dixit abbas Evagrius: Cum cogitatio carnalis in corde venerit noli alia et alia pro oratione querere sed adversus eum qui te impugnat gladium lacrimarum tene.

Dicebant de abbate Sysoi quia non deponeret manus suas cum stabat ad orationem rapiebatur mens eius in superioribus. Et ergo contingebat cum eo aliquis fratrum orare, festinabat cito deponere manus suas ne raperetur mens eius et moraretur.

Dicebat aliquis senum quia assidua oratio cito corrigit mentem.

Interrogaverunt quidam abbatem Macharium dicentes: quomodo debemus orare? Dicit senex: non est opus loqui multum in oratione, sed extende manus frequenter et dic: Domine, sicut scis et sicut vis, miserere mei. Si autem instat bellum, in quo debes dicere: Domine adiuva me. Quia ipse scit quid expedit et facit misericordiam nobiscum.

De hospitalitate

[illegible]

Perrexerunt quidam de patribus in Panepho ad abbatem Joseph ut interrogarent eum de susceptione fratrum qui superveniunt ad eos, si licet illis tempore vel fiducia cum ipsis loqui vel letitia. Et ille antequam interrogarent eum dixit discipulo suo: Quod facturus sum hodie, fili, ne mireris. Et posuit duo sedilia ex quo venerunt, unum a dextris suis et unum a sinistris. Et dixit eis: sedete. Et ingressus in cellam suam induit se vestimentum corruptum et egressus transiit in medio eorum. Et ingressus iterum induit meliora que habebat de festo vestimenta et ingressus est ad eos. Iterum autem ingressus cotidiano vestimento suo vestitus venit et sedit in medio eorum. Illi autem mirati sunt et stupebant quid hoc esset. Et dixit eis senex: vidistis quod feci? Cum autem illi annuissent, dixit eis: primum vestimentum corruptum vidistis esse? Et postea aliud meliore? Dixit: numquid mutatus sum ex illo in honesto aut ex illo meliore? Dixerunt: non. Quibus senex ait: Ergo ipse sum in utrisque et pro ipsa veste mutatus non sum ut in sequenti. Sic ita debemus in fratrum susceptione facere sicut in sancto evangelio legitur: Date que sunt Cesaris Cesari et que sunt Dei Deo. Cum ergo est susceptio fratrum, cum fiducia et letitia suscipiamus eos; cum autem soli sumus, opus est ut luctus permaneat in nobis. Illi vero audientes que in cordibus suis habebant antequam quererent, glorificaverunt Deum et letati sunt.

Dixit abbas Cassianus Cassianus quia venimus de Palestina in Egyptum ad quendam patrem et cum hospitalitate suscepisset nos, interrogavimus eum: quare tempore susceptionis fratrum regulam ieiunii non custoditis sicut in Palestina fit? Et ille dixit: ieiunium mecum est semper, vos autem semper mecum habere non possum. Et ieiunium quidem commune utilis et necessaria res est, sed in nostra voluntate est; caritatis autem plenitudinem lex Dei exigit a nobis. Unum suscipiens in vobis Christum, ideo exhibere que caritatis sunt cum omni sollicitudine. Cum autem dimisero vos, regulam ieiunii possum compensare. Non enim possunt filii sponsi ieiunare quamdiu cum illis est sponsus. Cum autem ablatus est ab eis, tunc de sua potestate ieiunent.

Dixit iterum quidam senex [illegible] quia venimus ad alium senem et fecit nos gustare, et rogabat nos adhuc satiatos adhuc sumere cibum. Et cum dixissem quia iam non possum, ille respondit: Ego iam supervenientibus fratribus sexies mensam posui et cum singulis manducavi et adhuc esurio; et tu semel manducans ita satiatus es ut iam manducare non possis?

Datum est aliquando in Scythi manducarium ut remaneret illa oblata et ferie septimane. Contigit autem in ipsa ebdomada ut veniret ad abbatem moysen frater quidam ab egipto et fecit eis modicum pulmenti. Et cum vidissent vicini fumum dixerunt clericis ecce quid illic est. Ecce moyses solvit mandatum et coxit apud se pulmentum. Et cum vidissent vicini illi autem dixerunt quando venit loquimur ei nos. Facto sabbato videntes clerici magnam conversationem abbatis moysi dixerunt ei coram plebe: O abba moyses mandatum quidem hominum solvisti sed sed dei mandatum fortiter alligasti.

Frater quidam venit ad abbatem pastorem in secunda ebdomada quadragesime. Et dicit ei cogitaciones suas [illegible] eius venire pene dixit ei frater ille pre modico impeditus habui ne venirem ad te hodie. Et dicit ei senex quare. Et ille dixit metuebam ne propter xl ostium non aperiret. Et dixit abbas pastor nos non didicimus ianua lignea claudere sed magis lingue ianuam continuo claudamus hic.

Frater venit ad quendam solitarium. Et cum exiret ab eo dixit ignosce mihi abba quia impedivi regulam tuam. Et ille respondit dicens mea regula est ut recipiam te in hospitalitate et cum pace dimittam te.

Volebat quidam senex in syna quia nunquam vidit hominem habitabat et hoc opus erat ei ut [illegible] quia hora veniret mortis de heremo [illegible] fecit cum infirmitate venit quidam alius visitaturus. Et ille petebat ab eo ut gustaret. Qui cum nollet gustare dixit eo iterum contristatus senex dixit ei ne primicias panis tui obsecro ne despicias me si veni [illegible]. Ecce arbor est hic cum [illegible] genua et orari [illegible] nata fuerit ipsum sequi. ~~[illegible]~~ Inclinavit se ille solitarius genua in oratione. Et misit [illegible] flexit et senex ille qui cum eo susceperat genua et ipsam curvata est arbor illa cum ipsis. Qui cum vidissent gratias egerunt deo pro miralia facta.

Venerunt aliquando duo fratres ad quendam senem. Consuetudo autem erat seni non manducare cotidie. Et cum vidisset fratres gaudens suscepit eos et dixit ieiunium suum mercedem habet. Et iterum qui manducat propter caritatem duo mandata implet quia suam voluntatem derelinquit et mandatum implet. Refecit.

Erat quidam senex [illegible] frater habitans in egipto in deserto loco. Erat autem aliud longe ab eo manicheus et hic erat presbiter ex hiis qui ibi vocantur electi. Qui cum vellet pergere ad quendam eiusdem erroris hominem comprehendit eum nox in illo loco in quo erat vir ille sanctus et orthodoxus. Et angebatur volens pulsare et intrare et apud eum manere. Sciebat enim quod cognosceret quod esset manicheus et quod a cogitacione sua ne forte abiceret suscipere eum. Compulsus tamen necessitate pulsavit. Et aperiens senex et cognoscens suscepit eum cum hilaritate et coegit eum orare et reficiens eum collocavit. Ubi dormivit. Manicheus autem cogitans in se nocte mirabatur dicens quomodo nullam suspicionem habuit in me. Vere hic dei servus est. Et surgens mane cecidit ad pedes eius dicens ab hodie orthodoxus sum et non recedam a te. Et deinceps remansit cum eo.

Monachus quidam thebeus accepit gratiam a deo ut singulis infirmantibus indigentibus miseris ministraret. Contigit autem in quadam die ut faceret agapem. Et ecce mulier quedam venit ad eum ut acciperet induta vetustissimis vestibus. Quem cum vidisset

ita vetustis vestibus induta implevit ma-
num ut daret ei intra. Clausa autem ma-
nus eius et levavit parum. Alia vero vice venit ad
vestita vilibus et videns vestes eius miser-
tus est ut daret ei parum et aperta est
manus eius et levavit multum. Contigit
de vilissimis vestibus iterum et quaerunt qu-
are illa quae bonis vestibus vestiebatur de honestis
vestibus ad paupertatem veniat et quod
opinione naturali suorum bonis fuit ve-
stibus induta illa vero alia accipiendi
causa vestivit se de vetusta

Monachus quidam erat sive frater
cellarii pauperculus. Et quidquid labo-
rabat praebebat ei. Et quanto magis ei ille prae-
bebat tanto pauperior ille fiebat propter
quod maxime ille indignatur. Hoc quidam
senex. Senex autem dicit ei: Si vis me
audire monstrabo tibi. Praebeas ei. Et dicit
illi frater: Quidquid habui dedi tibi tantum quod non
laboro et ex eo quod laboravi praebe ei.
Et quidquid tibi attulerit accipe ab eo. Et
vobis fide pergimus ad senem pauperem
da alia et roga eos ut orent pro eo.
Ille autem frater sicut audierat fecit ita. Et
veniente ad se illo cellario fratre locu-
tus est ei quomodo dixerat senex et
ille discessit. Et cum ... die
tollens de arca minimum oleum attulit
ei. Accipiens frater eius dedit senibus
et rogavit eos ut orarent pro eo. Et
cum accepisset benedictionem reversus est in
domum suam. Alia vero attulit oleum et
tres panes et frater eius fecit sicut prius
et accepta benedictione iterum discessit. Re-
versus veniens attulit mittas ex posside
et vinum et pisces. Quod cum vidisset frater
eius miratus est et vocavit pauperes et
refecit eos. Dixit autem ille cellario fratri
suo: Nunc opus habes aliquos panes.
Et ille dixit: Domine non. Dum quod
accepisti aliquid ab eo velud ignis intra-
vit domum meam et consumebat illud.

Nunc autem quando accipio ab eo in te accipio super-
habundans et deus benedixit me. Ergo nunc
ait frater indignatur senex quod non fuit fa-
ciat senex et dicit ei senex necesse
est opus monachorum ignis est et ubique in-
ducitur consumitur. Hoc autem utile est fratri
tuo ut de labore suo misceatur et orati-
ones sanctorum accipiat et ita benedictione
accepta multiplicabitur labor eius.

Senex quidam cum aliis fratribus agebat
vitam quietam. Erat autem senex
misericors. Contigit autem ut fieret fa-
mes. Et ceperunt quidam venire ad
ostium eius ut acciperent agapem. Senex
vero omnibus venientibus ministrabat panes.
Videns autem frater quod fiebat dicit seni:
Da mihi partem de panibus. Et quod vis fa-
ce de parte tua. Senex autem divisit pa-
nes et faciebat more solito eleemosynam
de parte sua. Multi autem veniebant ad se-
nem audientes quod omnibus daret. Videns
autem deus propositum voluntatis eius benedixit
panes. Frater autem ille qui acceperat
partem suam et nulli dabat consumpsit pa-
nes suos. Et dixit seni: Quia modi-
cum est adhuc quod habeo de panibus
meis. Abba suscipe me in vita. Et
dicit senex: Quomodo vis facias. Et cepe-
runt simul esse et quoniam tunc erat
in habundancia victualium et veni-
ebant in indigentie ut acciperent
agapem. Contigit autem uno die ut
intraret frater ille et videt quod defecit
panes venit autem et pauper postu-
lans agapem. Senex autem dixit illi
fratri: Da ei panem. Et dixit: Iam non
habeo frater. Et dicit ei senex: Vade et
quaere. Et ingressus autem frater ascendit et
vidit compositorium ubi panes suos
solebat reponere plenum panibus quod cum vi-
disset timuit et tollens dedit pauperi
et ita cognoscens fidem et virtutem

senex glorificavit deum.

Solitaria quaedam habitabat in loco secreto a congregatione fratrum aliquibus temporibus. Contigit autem quosdam venire in monasterium illud ubi congregatio erat et pergentes ad solitarium illum compulerunt eum extra horam manducare. Postea vero dixerunt ei fratres: Nunquid non contristaris abba? Et ille dixit: mea tristitia est si fecero voluntatem meam.

Dicebat quidam senum quia est quidam frater iuxta eum sic [illegible] et misit ei familiarem [illegible] in [illegible] ut [illegible] qui fecit mandatum [illegible] se omnis [illegible] in [illegible] apud [illegible] qui faciebat [illegible]. Contigit ut veniret quaedam mulier vidua postulavit ab eo modicum [illegible] et dedit ei vas afferens medium et mensuravit ei et misit ei. Ille autem mensuravit ad manum modium unum dixit ei maior. Et fecit [illegible] quod videns ille. Cum vero dixisset [illegible] Et dixit abba: [illegible] mensurasti hoc [illegible]. Et ille dixit: Non [illegible]. Ego autem dixi: Et quod [illegible] donasti quod in modico [illegible] voluisti et sic vacuisti.

~~de obedientia~~ [illegible]

Dicebant de abbate Silvano quia habuit discipulum in Scythi nomine Marcum magnae obedientiae et erat scriptor antiquarius. Diligebat autem senex eum propter obedientiam suam. Habebat autem et alios undecim discipulos qui contristabantur eo quod diligeret eum plus quam ipsos. Quod cum audissent seniores quia plus eum quam ceteros discipulos suos diligeret moleste tulerunt. Venientes autem die venerunt ad eum. Quos assumens secum abbas Silvanus egressus est de cella sua et coepit singulorum cellas pulsare dicens: Frater, opus te habeo. Et nullus ex eis non est eum secutus. Venit autem ad cellam Marci et pulsavit dicens: Marce. Ille autem cum audisset vocem senis statim exivit foras et misit eum ad quoddam ministerium. Abbas quoque Silvanus dixit senibus: Ubi sunt fratres alii? Et ingressus in cellam Marci invenit quaternionem quod eadem hora inchoaverat magnam litteram O faciebat. Et audita voce non finivit ut gyraret calamum ut impleret et concluderet litteram quam in manu habebat. Et dixerunt senes: Vere abba, quem tu diligis et nos diligimus quia deus diligit eum.

Venit aliquando mater superdicti Marci ut videret eum et habebat secum plurimum obsequium. Et cum exisset senex dixit ei: Abba dic filio meo ut exeat ad me ut videam eum. Ingressus autem ad senem dixit ei: Egredere ut videat te mater tua. Ille autem vestitus erat sacco scisso et consuto pannis et caput atque facies eius tincta fumo et fuligine coquinae erat. Exiit pro obedientia abbatis egressus est quidem sed clausit oculos suos et ita salutavit matrem suam tantum eadem quae veniebat ipsa dixit: Salvi estote. Et neque novit ex eis si mater sua cognovit eum ipsa eum. Et iterum misit ad senem dicens: Abba mitte filium meum ut videam eum. Et dixit Marco: Nonne dixi tibi egredere ut videat te mater tua? Et dixit Marcus: egressus sum ut iussisti tu pater

Verumptamen rogo te ne velis in deinde ut cum me inobedientem videas tibi esse. Et confusus senex dixit illi: eius ipse est qui venit ad vos et salutamus vos de sancta ... Et consolatus est eum et ita discedere fecit.

Venit quidam ad abbatem Sisoi Thebeum volens fieri monachus. Et interrogavit eum senex si haberet aliquid in seculo. Et ille dixit: Habeo unum filium. Et dixit ei senex: Vade mitte eum in flumen et tunc efficeris monachus. Qui cum abisset proicere eum, misit senex unum de fratribus qui prohiberet eum. Et cum tenuisset iactare puerum dixit ei frater: Quiesce, quid facis? Et ille dixit: Abbas mihi dixit ut proiciam eum. Et dixit ei frater: Sed iterum abbas dixit ne proicias eum. Ille autem relinquens filium suum venit ad senem et factus est probatissimus monachus per obedientiam.

Senex quidam solitarius habitabat in spelunca ... manere in possessione. Contigit autem senem ut tardaret ne ministro deficeret necessaria sua. Et cum increvisset tempus et non veniret minister, defecerat quidem necessaria cellae suae ad victum et operabatur quod operaretur manibus suis. Et cum affligeretur non habendo quod laboraret neque unde viveret, dixit discipulo suo: Vis vadere ad possessionem illam et vocare nobis ministrum qui solet quae nobis sunt necessaria portare? Et ille dixit: Ut iubes facio. Differebat autem adhuc. Senex non praesumens mittere eum et cum sustinuisset et tribularetur non veniente ministro, sic dixit iterum senex ad discipulum suum: Vis usque ad possessionem et adducere eum? Et ille respondit: Ut vis facio. Timebat enim et dubitabat ille descendere ad possessionem ne scandalizaretur aliunde. Sed ne inobediens esset patri suo acquievit abire. Dixit autem ei senex: Vade et confide in deum patrem meum quod ... pro te ab omni temptatione. Et profectus discipulus venit ad possessionem et quaesivit ubi maneret minister ille et invenit hospitium eius. Et congregati erant cum suis omnibus et ad mortuum quendam sepeliendum extra possessionem venerunt, excepta una filia eius. Quae cum pulsasset frater ostium illa audiens venit ad ostium et aperuit ei. Et cum interrogaret eam de patre suo illa hortata est eum ut intraret hospitium suum ... et ille non acquiescebat intrare. Illa autem cum videret eum cepit trahere eum et adducere ad se. Et complexa est eum et cepit eum illicitare ad commixtionem corporis sui. Ille autem videns se trahi ad luxuriam et cogitationibus confusus ingemuisset clamavit ad dominum dicens: Domine, per orationes patris mei libera me in ista hora. Et cum hoc dixisset subito inventus est ad flumen prope monasterium et reversus est illesus ad ...

Duo fratres venerunt Abbatem Silv... habitare in monasterio quondam, ex quibus unus erat perfectae continentiae, alter vero obedientiae magnae. Cui dicebat pater: Fac hoc, et faciebat; fac illud, et faciebat. De qua re murmuratio in monasterio habebatur quod in obedientia consistebat ... pater ... et ille ... adduxit eum et dixit in ... si haec obedientia ... ad patrem monasterii. Dicit ei: Dimitte me et fratrem meum ut eamus alicubi. Et dimisit eos abbas abire. Et ascendentibus eis ille frater abstinentiae voluit temptare eum. Et cum venissent ad flumen ubi erat multitudo crocodillorum dixit: Ascende ad flumen et transi. Et ille mox descendit. Venerunt crocodilli et lingebant corpus eius in nullo laedentes eum. Quod cum vidisset fratri cuius dixit ei ascende de flumine et in eo agens invenies corpus inhumatum iacens in via. Qui dixit abstineas ille ad fratrem suum. Cui habitans ad verbum ut iactaret super corpus eius ydeo. Et vidit ille obediens frater dixit magister oremus et fecimus et consurgens. Et stante ad orationem iuste surrexit mortuus. Et fratre gloriante cum ille abstinente frater dixit quia genua mea super terram et mortuus surrexit. Sed ait hic renunciavit deus abbati monasterii corpus et quem reparavit fratrem suum de cathedrille et quo surrexerat e mortuus ille. Et cum venissent in monasterium dixit abbas abstinenti illo sic nichil fecisti frater meo. Erant per abstinentiam eius surrexit mortuus ille.

Alter quidam secularis vite habens tres filios renunciavit seculo et venit ad monasterium relinquens filios suos in civitate. Et cum sedisset tres annos in monasterio reperitur ei cogitationes sue filios ad monasterium adducere. Frequenter et contristabatur pro eis valde. Precepit cum diceret abbati se filios habere. Videns autem abbas eum tristem dixit ei quod habes quia tristis es. Et narravit ei quod tres filios habet in civitate et quod vellet eos ad monasterium suum adducere. Et recepit quod abbas ut adduceret eos. Qui cum pergeret ad civitatem invenit duos ex eis iam fuisse defunctos unum autem solummodo remansisse. Quem assumens venit ad monasterium. Et inveniens abbatem non cum illic interrogavit ad fratres ubi esset abbas. Et illi dixerunt ad pistrinum pergit. Ille vero tollens filium suum quem adduxerat abiit in pistrinum. Et videns eum abbas venientem salutavit et tenens infantem quem adduxerat amplexatus est eum et osculabatur. Iterum patri eius ait amas eum. Et ille dixit etiam. Et rursus dixit ei ita diligis eum. Dixit etiam. Hec cum audisset abbas dixit ei tolle quoque si amas et mitte in furnum sic mox dum ardet. Pater vero tenens ipsum eum per se iactavit eum in furnum ardentem. Statim factus est furnus velud ros. Ex quo accepit sunt gloriam in tempore illo quemadmodum Abraham patriarcha.

Dixit quidam senex: Frater qui ad obedientiam patris spiritualis seipsum dedit maiorem mercedem habet quam ille qui in heremum solus recessit. Dicebat autem quia narravit aliquis patrum se vidisse quatuor ordines in celo. Quorum primus erat homo in infirmitate et gratias agens deo. Secundus autem qui hospitalitatem sectatur et stat ministrans. Tertius in solitudine conversans et non videns hominem. Quartus autem qui ad obedientiam spiritualibus patribus se subicit propter deum. Habebat autem ordo obedientium torquem auream et maiorem quam alii gloriam habebat. Ego autem dixi ei qui mihi ostendebat ea: Hoc quomodo iste ordo qui minor est maiorem gloriam habet quam alii? Et ille respondens dixit mihi: Quia qui hospitalitatem sectatur propria voluntate id operatur. Similiter et qui in heremo se religavit arbitrio suo de seculo recessit. Hic autem ordo qui se ad obedientiam dedit omnes voluntates suas abiciens pendet ad deum et ad iussionem spiritualis patris propterea et maiorem gloriam accepit quam hii. Ideo o fili bona obedientia que propter deum fit. Intendite filii virtutes hunc aliquis capere vestigium. Obedientia salus est omnium fidelium. Obedientia genitrix est omnium virtutum. Obedientia inventrix est regni celorum. Obedientia est que aperit celos et homines de terra levat. Obedientia est cohabitatrix angelorum. Obedientia cibus est omnium sanctorum. Ex hac enim lactati sunt et per hanc ad perfectionem pervenerunt.

Narrat quidam de senioribus vadens ad messem applicuit ad quendam senem magnum et dixit ei: Da mihi abba quod faciam. Respondit: Ad me venisti? Dixit ei senex: Et tibi dico acquiescere mihi. Respondit ei frater: Ecce obedio. Et dixit ei senex: Et [illegible] surge et vade et dimitte messionem hanc et ego dico tibi quod facies. Ille autem frater dimisit messem et venit ad senem. Dixit autem ei senex: Vade in cellam tuam et fac xl dies ieiunium ut semel comedas in die panem cum sale et in diebus [illegible] aliam rem. Et fecit sic et iterum venit ad senem. Senex autem sciens qui vir operarius esset dixit ei quomodo operaretur cum esset in cella sua. Et descendens frater ille in cellam suam prostravit se prius in terra viginti dies et noctes plorans in conspectu dei. Post hec vero cum diceret ei cogitationes sue: Ecce exaltatus es et magnus factus es, et ipse respuens omnes cogitationes suas humilitatis commemorabat culpas suas in conspectu suo dicens: Et ubi sunt omnia illa peccata mea que feci? Et ita cum in cogitationes eius ascendebat quomodo tu neglexeras de mandatis dei, dicebat: Et ipse nunc [illegible] primum sicut deo meo et credo quod faciet mecum misericordiam suam. Hoc modo vincens spiritum nequitie cogitationum tamen postea apparuit ei visibiliter demones dicentes: conturbati sumus a te. Et dixit: Quare? Et dixerunt ei: Si te exaltamus currens ad humilitatem. Et si vero nos te humiliamus tu te erigis in altum.

Dicitur alius frater iunior de Scythi ad abbatem [illegible] vestitus pelliceis tunicis et [illegible] [illegible] alius non petere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut possidebat [illegible] ac habebat [illegible] [illegible] de [illegible] vero dicebat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] seniorum. Audiens autem abbas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] possidet [illegible] voluntate propria [illegible] [illegible] [illegible] ac voluntate [illegible] [illegible] voluntatis sue sine fecit [illegible] cum [illegible] confessione [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible]

Dixit sancta Syncletica: Quia in congregatione manentes obedientiam magis proponimus quam continentiam, arrogantia hic, obedientia autem humilitatem pollicetur.

Dixit iterum: Quam oportet nos cum discretione animas gubernare et in congregatione manentes non que nostra sunt querere neque sumus proprie voluntatis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fide patri [illegible] secularibus alienati [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] illuc cum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Ecce dicebat quia si sit quis in aliquo fidem et dixerit ei ad subversionem non debet attendere in mandatis dei si prior suus spiritualem [illegible] voluntate sua [illegible] quia [illegible] obediret non [illegible] [illegible]

Narratur de beato Iohanne [illegible] quod perrexit ad quendam senem Thebeum commorantem in Scythi qui sedebat in heremo. Tollens abbas eius lignum siccum plantavit et dixit ei per singulos dies mitte ei ad pedem cum lagena aque donec fructum faciat. Erat autem longe ab eis aqua ita ut a sero proficisceretur mane veniret. Post autem annos tres vixit lignum illud et fructum fecit. Senex autem ex fructu eius sumens attulit ad ecclesiam et dixit fratribus: accipite et manducate fructum obedientie.

Dixit abbas Ypericius quia thesaurus monachi est obedientia quam qui possidet quis poterit exaudiri et cum fiducia crucifixo astabit. Etenim sic dominus venit ad crucem factus obediens usque ad mortem.

De humilitate

capitulum quintum decimum · quinta decima pe

Referebant seni quod dedit quidam aliquando in Scithi fratribus paucas caricas et pro hoc quod pauce erant non transmiserunt ex eis abbati Arsenio ne velud in iniuria poneretur. Ille autem cum hec audisset non est ingressus more ad opus dei cum fratribus celebrandum dicens: Excommunicastis me ut non daretis mihi eulogiam quam transmisit dominus fratribus quia ego non fui dignus accipere. Quod cum audissent edificati sunt omnes in humilitate senis. Et vadens presbyter portavit ei de caricis ille et adduxit eum in congregationem gaudentem. Dicebat autem de eo quia nemo poterat comprehendere modum conversationis eius.

Dicebant abbates Thebei quia abbas Anub et abbas pastor et ceteri fratres eorum ex uno utero monachi erant in Scithi et quia illuc venerunt Mazici et desolaverunt locum primum discesserunt illinc in locum qui vocatur Therenuthi donec deliberarent ubi habitare deberent. Manserunt autem illic in templo quodam antiquo paucos dies. Dixit autem abbas Anub abbati pastori: Unde caritatem tu et fratres mei et singuli seorsum sedeamus et non videamus nos invicem ebdomada hac. Et dixit abbas pastor: faciamus sicut vis. Et fecerunt sic. Erat autem in templo statua lapidea et surgebat mane abbas Anub et faciem statue illius lapidabat. Vespere autem dicebat: ignosce mihi. Et tota ebdomada ita fecit. Die autem sabbati convenerunt sibi invicem et dixit abbas pastor abbati Anub: vidi te abba ebdomada ista lapidantem faciem statue huius et iterum penitentiam agere apud eam. Fidelis autem homo hoc non facit. Et respondit senex: hoc ego feci propter vos. Quando me vidistis lapidantem faciem statue huius numquid locuta est aut irata? Et dixit abbas pastor: non. Et dixit abbas Anub: iterum quando apud eam penitentiam egi numquid conturbata est et dixit: non ignosco? Et dixit abbas pastor: non. Et ille dixit: ergo et nos qui sumus septem fratres si vultis ut maneamus simul efficiamur velud statua hec que contumeliis affecta non turbatur. Si autem non vultis ita, sunt enim quattuor porte in isto templo, sic unusquisque quo vult exeat et quo vult vadat. Illi autem prostraverunt se in terra et dixerunt abbati Anub: Quo iubes nos pater ita fiat, obediemus quod dixeris nobis. Post hec dixit nobis abbas pastor quia mansimus simul omne tempus vite nostre operantes et facientes omnia secundum verbum senis quod dixisset nobis. Dispensatorem quoque quod nobis apposuisset manducabamus. Impossibile enim erat ut diceret aliquis ex nobis: affer aliud, aut diceret: volo istud manducare. Sic transivimus omne tempus vite nostre in pace et quiete.

Referebant de abbate Simone quia venerunt quidam petentes ut iudicaret inter eos. Veniebat autem dissimulabat

Et ecce quedam mulier ad aliam mulierem se stante dicebat mulieri: Ecce eius ipsum quem videtis senex est. Audiuit autem eam senex. Et vocauit illam ad se dixit ei: quantos putas labores sustinui in solitudinibus diuersis ut acquirerem silentium istam et tu per te hodie eam perdidisti [illegible]

Narrauerunt de Apollonio quod [illegible] anachoreta nomine [illegible] quia cum esset monachus multis diebus exercitauit vitam suam. Et cum frater fuisset tunc voluit quadam vice [illegible] in ciuitate qua in seculo habitarat et non preualebat propter quod [illegible] se in oratione in conspectu domini dicens: [illegible] me domine [illegible] a me gratia tua. Et [illegible] eam quia non [illegible] quoniam solitudo erat et [illegible] non [illegible] hos dies [illegible] in [illegible] eo ubi homines audiantur [illegible]

Dixit abbas Daniel quod erat in Babilonia filia cuiusdam primarii demonium habens. Pater autem diligebat quendam monachum qui dixit ei: Nemo potest curare filiam tuam nisi quidam solitarii quos ego noui et si precaueris ad eos et rogaueris eos non acquiescunt hoc facere propter humilitatem. Et hoc faciamus cum venerint ad forum vendere [illegible] dicite vos emere velle quod [illegible] et cum venerint in domum ut accipiant precium dicamus eis ut faciant orationem et credo quod saluabitur filia tua. Exeuntes autem in plateam inuenerunt unum discipulum senum sedentem et vendentem sportellas suas et tulerunt eum cum sportellis in domum ut quasi precium sportarum acciperet. Et cum ingressus esset monachus in domum venit puella illa que a demonio vexabatur et maxillam dedit alapam monacho illi. Ille autem ut quidem ei et alteram maxillam secundum diuinum preceptum. Demon autem coactus clamauit: O violentia mandatum Iesu Christi expellit me hinc. Et statim mundata est puella illa. Cum autem venissent ad senes narrauerunt illis quod factum fuerat et glorificauerunt deum et dixerunt: Consuetudo est diabolice superbie humiliari mandatis Iesu Christi corruere.

Dixit abbas Serapion quia multos labores corporales plus quam filius meus Zacharias feci et non perueni ad mensuram humilitatis et taciturnitatis eius.

Abbas Moyses dixit fratri Zacharie: Dic mihi quid faciam. Ille autem hoc audiens iactauit se super terram ad pedes eius dicens: Tu me interrogas pater? Dixit autem ei senex: Crede mihi fili Zacharia quia vidi spiritum sanctum descendere in te et propterea compellor interrogare te. Tunc tollens Zacharias cucullam suam de capite misit illam sub pedibus suis et conculcans dixit: Nisi ita conculcatus fuerit homo non potest esse monachus.

Dixit abbas Pastor quia interrogauit abbas Moyses fratrem Zachariam tempore quo moriebatur dicens: Quid vides? Et ille dixit ei: Nihil melius quam tacere pater. Et dixit ei: Verum est fili mi, tace. Tempore autem mortis eius sedens abbas Ysidorus inspexit in celum et dixit: Letare Zacharia fili mi quia aperte sunt tibi ianue regni celorum.

Dicebant de abbate Theodoro cum frater fuisset diaconus in Scythi non acquiescebat ministrare ad hoc sed illud fugiebat et iterum senes adducebant eum dicentes: Non derelinque ministerium tuum. Dixit autem eis abbas Theodorus: Dimittite me et deprecabor deum et si dixerit mihi quod debeo stare in loco ministerii ad fratrem et dixit de patre suo dicebat Si voluntas mea est domine ut sedeam in loco isto demonstra mihi. Et ostensa est ei columpna ignea a terra usque ad celum et vox in sonuit dicens: Si potes fieri sicut hec vade [illegible]. Ille autem audiens statim fecit et apud se nullam tamen desiderium. Quod cum venisset ad eum [illegible] egressus apud eum dicentes si non sit misericors ut talem tenet et non desiderat, si me non [illegible] discedo de loco isto. Et ita recessit ab eo.

Quondam fuerunt aliqui fratres qui habitabant in Scithi et repertus est unus frater qui de [illegible] sacerdote oblitus autem fuit [illegible] quotidie [illegible] ac [illegible] interrogaverunt de eadem quoque. Ille autem videns omnes ad se venire dixit: [illegible] Hec audientes fratres fugierunt singuli ad cellas suas.

Frequentavi abbas monachus [illegible] in Scithi iratus dixit: Cum essem iuvenis et sederem in cella mea in Egypto [illegible] me clericum in vico et cum nollem acquiescere ad ministerium suum fugi ad alium locum. Et venit ad me quidam [illegible] vita religiosus et tollebat a me [illegible] quod fecisse manibus meis et misit in [illegible] erat. Contigit ut deprehenderet diabolus ut [illegible] virgo quedam in vico illo violata a quodam [illegible] sua fuisset. Et cum in vico habebat [illegible] interrogata de quo [illegible] illa dicebat quia hic solitarius est qui mecum dormivit. Exeuntes autem de vico illo comprehenderunt me et adduxerunt ad vicum et appenderunt in collo meo cacabos et ollas et ansas vasorum. Et miserunt me [illegible] in vico illo per vias cedentes me et dicentes: Hic monachus corrupit filiam nostram, tollite tollite eum. Et ceciderunt me pene usque ad mortem.

Superveniens autem quidam senum dixit: Quousque ceditis istum monachum peregrinum? Ille autem qui mihi solebat ministrare [illegible] sequebatur retro me verecundia. Et cum essent ipsum contumeliis multis afficientes dicentes: Ecce solitarius monachus cui tu testimonium [illegible] quid fecit. Et dixerunt parentes puelle illius: quia non dimittimus eum donec fidei iussorem prebeat quod pascat eam. Et dixi illi qui mihi ministrare solebat et fidem iussum dedit et reversus sum in cellam meam. Et dedi ei sportas quas habui [illegible] dicens: vende eas et da illi mulieri mee ut manducet. Dicebam autem in animo meo: Ecce invenisti mulierem; oportet te amplius laborare amplius ut pascas eam. Et operabar non solum die sed etiam in nocte et transmittebam ei. Cum autem venisset tempus in quo pareret [illegible] plurimis diebus in doloribus et non pariebat. Dicunt autem ei: Quid est hoc? Et illa dixit: Scio quia [illegible] dei. Et interrogata de quibus [illegible] quia illi monacho calumpniam imposui et falsa [illegible] eum ipse non habeat causam, sed iuvenis ille talis qui mecum dormivit. Et hoc fecit. Audiens autem qui mihi [illegible] hec [illegible] gaudens venit ad me et dixit mihi: quia non potuit parere puella illa donec confiteretur quia tu nullam causam in eam [illegible] habuisses et mentita est de te. Et ecce omnes habitatores vici illius volunt venire huc ad cellam tuam [illegible] apud te agere. Ego autem audiens hec ne homines me affligerent me nocte surrexi et fugi huc in Scithi. Et hec est principium cause propter quam hic habitare.

Narraverunt aliqui patrum quia abbas macarius a palude ad cellam suam rediens portabat paludes. Et ecce occurrit ei diabolus in via cum falce messoria, voluit ac ferire illum cum falce illa et non potuit et dixit ei

multas violencias pacior a te macharia
quia non possum adversus te prevalere. ecce enim
quicquid tu facis Et ego facio. ieiunas
et ego penitus non manduco. vigilas
tu et ego omnino non dormio. unum est
ad quod me superas. Et dixit ei ab-
bas macharius: quid est illud? Et ille dya-
bolus dixit: humilitas tua propter quam non
prevaleo adversus te.

Dicebatur de abbate moyse quia factus est
clericus. Et imposuerunt ei superhu-
merale. Et dixit ei archiepiscopus: ecce
factus es candidatus abba moyses. Et
ille dixit: putas a foris domine papa
an et intus? Volens autem episcopus probare eum
dixit clericis suis: cum intrat abba moyses
ad altare expellite eum et sequimini eum
ut audiatis quid dicat. Cum autem expul-
sus fuisset cum iniuria, dicebant: exi fo-
ras ethiops. Ille vero egrediens dice-
bat sibi: bene fecerunt tibi cinerose caca-
bare. quia cum homo non sis quare te in me-
dio hominum dare presumpsisti.

Abbas Orsisius dixit: si figura
lutee cruda regule in fundamento
mittatur ubi iuxta sit fluminis non
sustinet unum diem. Cocta autem perma-
net velud lapis. Ita est homo qui carna-
lem sapienciam habet. Et non temptacionum
igne decoctus sicut et Joseph homines
ducens cum verbo dei solvitur. quia certe in
terra fecerit multas temptaciones. In medio
hominum agentibus bonum est ut quis no-
verit suas mensuras et declinet ingenio
pondus ferre. Qui autem in fide immobiles
sunt ut de ipso Ioseph sicut si velit
aliquis loqui dicet quia non terrenus erat.
Quanti temptatus est et in provincia ubi
nec vestigium erat dei cultus. Sed
deus patrum eius cum eo erat qui eripuit
eum ex omni tribulacione et nunc est cum
patribus suis in regno celorum. Et nos

quo agnoscentes mensuras nostras fu-
giamus bellum cum nos possumus effugere iudi-

Ypericius abbas dixit: sicut dei
arbor vite est in excelso et ascen-
dit ad eam humilitas.

Dixit abbas noster pastor quia
sedentibus senibus ad manducandum
stabat abbas Alonius et ministrabat eis
et videntes eum laudaverunt. Ille autem
omnino nichil respondit. Dixit quidam ei in secreto:
quare non respondisti senibus lauda-
tibus te? Et dixit alonius: quia si respondissem
eis invenirer delectari laudibus meis.

Narravit abbas Joseph quia sede-
ntibus aliquibus nobis cum abbate pastore
nominavit abbatem agathonem. Et diximus
ei: iuvenis est; quare appellas eum abbatem?
Et dixit abbas pastor: quia os eius fecit
eum appellari abbatem.

Dicebatur de abbate pastore quia num-
quam voluisset sermonem facere super ser-
monem senis sed magis super laudavit quod
ille dixisset.

Narravit frater peregrinus primus fra-
tribus solitariis ad abbatem Sisoy ha-
bitantem in insula clismatis. Et cum roga-
remus eum ut diceret nobis aliquid ille in-
quit: Ignoscite mihi quia ydeota homo sum.
Sed veni ego aliquando ad abbatem hor et
ad abbatem arrem et erat in infirmitate
abbas hor decem et octo annos et cepi suppli-
care eos ut dicerent mihi aliquod verbum.
Et dixit abbas hor: quid est quod di-
cam vobis? quod videtis facite. deus cum illis
est qui sibi vim faciunt et extorquent
et violenciam faciunt ad omnia. Hii autem duo
non erant de una provincia. Hor enim est
abbas hor et abbas Arre fuit et
tamen magna caritas donec exierunt a
corpore. Abbas enim Arre summe
obediens erat. Erat abbas vero hor

mitate humilitatis fieri quod pauce dicerent apud eos in vestigias veniret corpus et videre mirabile quod quod fecit abbas Ares. Attendat cum esse [illegible] unum piscem modicum et voluit eum facere abbas Ares. Sumpsit autem illum hoc posuerat quod abbas Ares cultellum ut incideret piscem illum. Et vocavit abbas [illegible] ante ante. Ille ille hoc statim dimisit cultellum in medio piscis et non praecidit sed currebat ad eum. Et mirati sunt super tanta obedientia eius quod non dixit: Expecto donec incidam piscem. Dixit autem abbati Ares: Ubi invenisti obedientem hunc? Et ille respondit: Non est meus sed fratris istius senis est et iussit me. Et veni et vide obedientiam eius. Et coxit quod modicum piscis male ita ut prius eum valuerat et exposuit eum seni. Et ille manducavit nil loquens. Et dixit ei: Bonum est senex? Ille respondit: Bonum valde. Postea attulit ei illum modicum nimis bene coctum et dixit: Ecce istud perdidi senex et male illud coxi. Et ille respondit: Etiam fili male coxisti. Et quasi ad me abbas Ares dixit: Vides quod fidelis istius senis est. Et exivi ab eis et quod vidi hoc feci [illegible] mea. Hoc dixit fratribus meis abbas Sysois. [illegible] autem coram nobis ~~rogatis~~ rogavit quod unde ~~[illegible]~~ [illegible] et dicit nobis et [illegible] Symone. Et dicit: Quid habes ipse in [illegible] est in sua perfecte eum se[illegible] [illegible] et vobis dixit ei: Quid est peccatum? Et ille respondit: [illegible] et in [illegible] venit ~~[illegible]~~ dicit: Non habeo [illegible] et hec peccata.

Dixit abbas Ypericius: Imitare publicanum illum ne cum phariseo dampneris et elige mansuetudinem Moysi ut siccitatem cordis tui convertas in fontem aquarum.

Senex quidam erat solitarius valde in heremo et dicebat in semetipso quia perfectus esset in virtutibus. Et oravit Deum dicens: Ostende mihi quid deest ad perfectionem meam. Et facere volens Deus humiliare cogitationem eius dixit ei: Vade ad illum archimandritam. Et quicquid tibi dixerit facito. Revelavit autem Deus archimandritae antequam ille ad illum veniret: Ecce ille solitarius venit ad te, et dic quod ei ut tollat flagellum et vadat et pascat tibi porcos. Veniens ergo senex et pulsavit ostium et ingressus ad archimandritam illum et salutaverunt se et cum sedissent dixit ei solitarius: Quid faciam ut salvus fiam? Et ille dixit: Facies quaecumque dixero tibi? Et respondit: Etiam. Et dixit ei: Ecce tolle flagellum et vade pasce porcos. Hi autem qui eum noverant et audierant de eo cum vidissent quod porcos pasceret dicebant: Vidistis illum magnum solitarium de quo audiebamus? Ecce stupuit cor eius et demonio vexatur et pascit porcos. Videns autem Deus humilitatem eius quia ita patienter sustinebat obprobrium hominum precepit ei iterum redire ad locum suum.

Interrogatus est senex quid est humilitas. Et ille respondit: Si fratri peccanti in te ignoveris antequam ipse penitentiam agat. Dixit senex: In omni temptatione ne culpes hominem sed te ipsum tantum dicens quia peccata mea hec mihi venerunt. Dixit senex: Numquam preterii ordinem meum ut altius ambularem neque turbatus sum aliquando in humilitate positus. Omnis enim cogitatio mea in hoc erat ut deprecarer Deum quatenus expoliaret veterem.

Frater quidam interrogavit senem quid est humilitas. Et respondit senex: Ut benefacias his qui tibi male faciunt. Et dixit frater: Et si non pervenerit homo ad eandem mensuram, quid faciet? Dicit ei senex: fugiat elegans ingenium carnalitatem.

Frater aliquis interrogavit senem dicens: Quid est opus peregrinationis? Et ille dixit: Scio fratrem peregrinantem, qui cum esset fuisse in ecclesia et contigisset agape, sedit ad mensam ut manducaret cum fratribus. Dixerunt autem quidam ipsum videntes: Quis introduxit istum huc? Et dicunt ei: Surge, vade hinc foras. Qui surrexit et abiit. Illi vero contristati de expulsione eius egressi sunt et revocaverunt eum. Postea interrogaverunt eum quid diceres: cogitasti in corde tuo quod expulsus es et revocatus? Et ille dixit: Posui in corde meo quod equalis cani sum, qui quando fugatur egreditur, quando vocatur ingreditur.

Veniebat quidam in Thebaida ad quendam senem habentem donum, qui demone vexabatur, ut curaretur ab illo sene. Senex vero cum diu rogaretur dixit demoni: Exi de factura Dei. Et ille dixit: Exeo, sed interrogo te unum verbum ut dicas mihi: qui sunt hedi et qui sunt agni? Et dixit senex: Hedi quidem sunt tales sicut ego, agnos vero Deus scit. Et audiens demon clamavit voce magna dicens: Ecce propter humilitatem tuam exeo. Et exiit eadem hora.

Dixit senex quidam: Quando cogitatio superbie aut elationis invenerit te, scrutare conscientiam tuam si omnia mandata custodis, si inimicos diligis, si gaudes in adversarii tui glorificatione et contristaris in miseriis eius. Et si agnoscis te ipsum esse inutilem servum Dei et omni peccatore deteriorem. Et tunc ita de te sencias quasi omnia correxeris, sciens quia hec cogitatio tua omnia solvet bona.

Interrogatus est quidam senex quid est humilitas. Et dixit: Humilitas magnum opus est. Opera humilitatis hec sunt: ut labores corporales assumi debeant et assidue se ipsum homo peccatorem et ponat se subiectum omnibus. Et dixit frater: Quid est subiectum esse? Dixit senex: Hec est esse subiectum omnibus, ut non attendat peccata aliena, sed sua semper aspiciat et deprecetur sine intermissione Deum.

Beate memorie Synclitica dixit: Sicut impossibile est navem fabricari sine clavis, ita impossibile est hominem salvari sine humilitate.

Dixit senex quidam: Non habeas notitiam cum abbate, neque frequenter adiungas te ei, quia ex hoc fiduciam sumes et desiderabis magis preesse ut teneas esse ipse primatum. Senex dixit quod presumptio est insania et dampnum patientur fratres per esse salvi.

Narratur de quodam sene qui perseveraverat ieiunans septuaginta ebdomadas, semel in ebdomada comedens. Hic autem postulavit a Deo de quodam sermone scripturarum sanctarum, et non revelavit ei Deus. Dixit ergo intra semet ipsum: Ecce tantum laborem assumpsi et nichil profeci. Vadam ergo ad fratrem meum et interrogabo eum. Et cum egressus clausisset ostium suum ut abiret, missus est angelus Domini ad eum dicens: Septuaginta ebdomade quas ieiunasti non te fecerunt proximum Deo. Nunc vero quia ita humiliatus es ut ad fratrem tuum pergeres, missus sum indicare tibi sermonem. Et aperiens ei de re eadem quod querebat indicavit ei et recessit ab eo.

Frater quidam erat in congregatione et de panibus quos fratribus ministrabat ipse furabatur, ita ut esset in scandalo accusaretur. Quidam autem fratres ignorantes actus eius ceperunt [illegible] adusque cum diceret quam male fecit sic et non apparuit. Abbas autem presens qui aspiciebat dixit fratribus magis [illegible] sola una marcula ipsius cum [illegible] est omnes vinee cum sepibus. Et ut dicimus [illegible] ex dei iudicio quilibet ex fratribus ille. Simul ille omnia que operantur fuerat illi fratres et marta eius de quo operabat et accendit ignem et iactabatur incendium et consumpta sunt omnia opera illorum. Marta autem illius fuit illesa per miraculum. Hoc autem videntes fratres timuerunt cum [illegible] omnia illo egerunt gratias cum demeruisset ut patet.

Quidam fratri apparuit dyabolus transfiguratus in angelum lucis et dixit ei: ego sum Gabriel et missus sum ad te. Ille vero dixit ei: vide ne ad alium missus sis; ego enim non sum dignus ut angelus mittatur ad me. Dyabolus autem statim non apparuit.

Dicebat senex quod si sibi per veritatem angelus apparet noli suscipere facile, sed humilia te ipsum dicens: non sum dignus angelum videre vivens in peccatis.

Narrabant de quodam sene qui sedebat in cella sua et sustinebat temptationes; videbat demones manifeste et contempnebat eos. Sed ut dyabolus videt se vinci a sene, venit et ostendit se ei: ego sum Christus. Videns autem eum senex clausit oculos suos. Et dixit ei dyabolus: ego sum Christus, quare clausisti oculos tuos? Et respondens senex dixit ei: Ego Christum hic nolo videre, sed in illa vita. Audiens autem hoc dyabolus non apparuit.

Alium senem volentes seducere demones dixerunt ei: vis videre Christum? Anathema vobis et de quo

credit

dicitis. Ego autem credo Christo meo dicenti: Si quis vobis dixerit ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. Quo dicto statim non apparuerunt.

Pater aliquis quidam contristabatur adusque alium fratrem, quod audiens ille venit satisfacere ei. Ille autem non aperuit ei ostium celle sue. Pergit autem ille ad quendam senem et dixit ei causam. Et audiens ei senex: vide ne quid in causa habeas apud temetipsum in corde tuo, ut culpans fratrem tuum et illum condempnes et te ipsum iustifices, et propterea non tangit deus cor eius ut aperiat tibi. Verumptamen hoc est quod dico tibi, ut vadas: si ille peccavit, ut ponas in corde tuo quod tu in illo peccasti, et fratrem tuum iustifices, et tunc deus in corde illius dat gratiam dare tecum. Et narravit ei exemplum de duobus qui erant seculares [illegible] et [illegible] facti sunt monachi [illegible] cum [illegible] evangelice [illegible] non [illegible] [illegible] per regnum celorum. Audiens autem hoc archiepiscopus excommunicavit eos. Illi autem [illegible] cum dicerent: nos propter regnum celorum [illegible] et hic excommunicavit nos. Eamus et [illegible] cum adusque thesalonicensem archiepiscopum. Abeuntes quoque indicaverunt ei omnia. Et dixit archiepiscopus thesalonicensis: Et ego vos excommunico ex quo [illegible] abierunt ad archiepiscopum et dixerunt ei omnia que facta sunt et ille [illegible] excommunicavit eos. Et dixerunt ad se ipsos: eamus ad patriarcham et ipse nos absolvet de vinculis istis. Abeuntes quoque ad summum archiepiscopum romane civitatis suggesserunt ei quod fecerat eis iniuriam archiepiscopus dicentes: Venimus ad te quia tu es caput omnium. Dixit autem eis: Et ipse et ego vos excommunico et separati estis. Fratres autem fecerunt excommunicationem et dixerunt ad semetipsos: Isti qui sibi invicem consensum fecerunt et consenserunt quod in synodis congregati sunt. Eamus ad illum virum dei sanctum Epiphanium episcopum de Cypro quia propheta est et personam hominis non accipit. Cum autem appropinquarent civitati eius, revelatum est ei de ipsis et mittens in occursum eorum dixit: Ne intretis in civitatem istam. Dixerunt illi in semetipsis: Quia in veritate nos culpabiles sumus, ut quid nos ipsos iustificamus? Et si nos illi iniuste excommunicaverunt, numquid et iste propheta? Ecce enim deus revelavit ei de nobis. Et reprehenderunt semetipsos valde de culpa quam fecerunt. Videns vero deus qui corda novit quia se in veritate de culpa culpabiles fecerunt, revelavit episcopo Epiphanio, et vocavit et adduxit eos et consolatus eos suscepit in communionem et scripsit de his archiepiscopo Alexandrie: Suscipe filios tuos qui in veritate penitentiam egerunt. Et addidit senex: Quia hoc exceptum narraverat, hec est sanitas et hoc est quod deus vult, ut homo culpam imputet sibi. Hec cum audisset frater, fecit secundum verbum senis et pergens pulsavit ostium fratris. Ille autem mox ut sensit eum, prius illum deintus videt penitentiam gessisse, aperuit ei prior ostium et amplexati se invicem ex anima, et facta est inter eos pax magna.

Duo monachi qui erant carnales fratres habitabant simul et volebat diabolus separare eos. Et semel [illegible] qui erat minor etate et accendit lucernam et posuit eam super candelabrum. Fecit autem operatione sua demon et evertit candelabrum. Et quia cecidit, percussit eum maior frater eius iratus. Ille autem penitentiam egit dicens ei: Habe patientiam in me, frater, et iterum accendo eam. Et ecce virtus domini venit et torquebat demonem illum usque mane. Demon autem nuntiavit principi suo quod factum fuerat, et audivit eum quod dicebat sacerdos idolorum, et ingressus factus est monachus, et ab initio conversionis sue tenuit humilitatem dicens: Humilitas solvit omnem virtutem inimici, sicut ego audivi eos loquentes dicentes quia: Quando perturbamus monachos, convertitur unus ex eis et agit penitentiam, deponit omnem virtutem nostram.

Habebat Antonius [illegible] virtute [illegible] de [illegible] in [illegible] presidentes artis medicorum dei populavit de [illegible] alii per [illegible] velut de sanitate venit senectute et [illegible] quidam [illegible] per alia autem facultatibus dilatatur et eius in Egypto [illegible] per ipsum deo [illegible] pauperibus [illegible]. Et venit ei vox: Antoni, de [illegible] hic cum mediocri dei [illegible] et sanctus.

Cum interrogaret quendam [illegible] abbas Arsenius quendam senem Egyptium de cogitationibus suis, alius videns eum dixit ei: Abba Arseni, quomodo tu qui tantam eruditionem in latina et greca lingua habes, istum rusticum de cogitationibus tuis interrogas? Et ille quidem dixit: Latinam quidem et grecam eruditionem scio, alphabetum vero istius rustici needum discere potui.

Venit quidam frater ad abbatem

sessionem in monte abbatis antonii et lo-
quebatur ei dicebat abbas sysoi: non
adhuc non pervenisti ad mensuram
abbatis antonii pater. Respondit ei senex:
ergo si haberem unam cogitationem abba-
tis antonii efficerer totus velud ignis.
[illegible] ipso sene quod cum labore fer-
ret cogitationes suas.

Erat quidam qui contristavit cum fratre illo
putans sibi per se [illegible] sathanas
[illegible] et dixit ei abbas sysois: non
[illegible] quia ipse eius assumpsit et liberavit

Cum abbas pastor in egipto [illegible]
[illegible] audiret de abbate nescie-
rone desideravit eum videre et noluit se-
nex abbati eius ut videret. Tunc ad-
ipsum quod cum nollet eum solum videre
non dimisit eum sed [illegible] per-
[illegible] dicens ut dispensator mo-
nasterii rogaret abbatem ut permitteret
eum ire ad abbatem pastorem. Et
dixit ei cogitationes suas. Abbas
autem eum non dimisit eum. Dixit ei
cogitationes suas tolle et fratrem tuum
[illegible] quia de ipso mandavit
ei senex et non presumeret eum solum
dimittere dispensator vero non. Cum ergo
venisset dispensator ad abbatem
pastorem locutus est ei de cogitatio-
nibus suis. Et ille sanavit eum
[illegible] post hec ad me rogavit
senex fratrem nesteronem dicens: abbas
nesteron, quomodo adquisisti virtutem hanc
ut quando exigit tribulatio aliqua in
monasterio non loqueris neque te medium
facias. Ille autem nichil loquebatur et cum
multum rogaretur a sene dixit ei: Ignosce
mihi abbas quia intrans primo in congre-
gationem dixi animo meo: Tu et asinus unum
estote. Sicut asinus vapulat et non
loquitur iniuriam patitur et non respondit
sic et tu. Sicut et [illegible] in psalmo legitur:
ut iumentum factus sum apud te et ego semper.

Dixit senex: [illegible] humili[illegible] terra
[illegible] quam vita cum superbia valde magis.

Dixit senex: non contempnas [illegible] simi-
litudinem tibi quia necesse est [illegible] in
die sic spiritus dei [illegible] in illo assistentis
aut dicas quod magister est tuus.

Dicebat senex quia qui non reputa-
verit se magis humilem quia
deus sciens infirmitatem [illegible] pri-
[illegible] ad gloriam [illegible] auferre
a nobis [illegible] sua et [illegible]

Sedente aliquando abbate arsenio in
inferioribus partibus egipti [illegible] illic
importunitatem patrum visum est ei
ut derelinqueret cellam suam et nichil ex
ea secum tollens dixit discipulis suis
alexandro et zoilo: Tu alexander ascen-
de navem et tu zoile veni mecum usque
ad flumen et quere navem navigantem in a-
lexandriam et navigabis. Et ita
[illegible] navigavit ad fratrem suum [illegible]
[illegible] in illo [illegible] et [illegible]
dimisit [illegible] descendit ad se-
nex [illegible] alexandrie et infirmatus est
infirmitate magna. Discipuli autem eius dice-
bant ad invicem: putasne aliquis nostrum
contristavit eum et propterea dimisit nos
et non inveniebat in se ingratitudi-
nem [illegible] ei aliquis fuis-
set. Cum sanus factus fuisset senex dixit
ad semetipsum: Vadam ad fratres meos et
ita navigans venit in locum qui dicitur pe-
tra ubi erat [illegible] ministri eius.
Cum vero esset iuxta flumen venit puella quedam
ethiopissa [illegible] et tangit me-
lotem eius. Senex autem increpabat eam.
Illa vero dixit: si monachus es vade in
montem. Compunctus vero in hoc verbo se-
nex dicebat ad semetipsum: Arse-
ni si monachus es vade in montem

et nunc hec acrius ut ei alexander
et zoilus discipuli eius. Et cum accessissent ad
pedes eius proiecit se esse senex in terra et
flebat. Et dixit ei senex non audi-
stis quia cassianus dixerit ei esse audi-
mus. Et ille dixit quod non venisset
secundum me. Et dixit alexander quia di-
visio tua nobis non fuit tollerabilis
quoniam et multa congregavi sunt quia eum dimittere
inobedientes fuissemus senis nescimus seipsos
passi ab eis. Et dixit eis senex
et ego quidem quia hoc dicitur sed mi-
hi dixi sunt hoc quia non invenie
columba requiem pedibus suis reversa est
ad noe in archam. In hoc verbo curati
sunt discipuli eius et manserunt cum
ipso usque ad obitum suum. Item ipsius
Cum autem moreretur turbati sunt valde et
dixit eis ille nondum venit hora
cum autem venerit dico vobis iudicate
ut hec nobiscum ante tribunal dei si
permiseritis cuiquam de corpore meo illud
fieri. Et illi dixerunt quid ergo faciemus
quia nescimus morientem sepelire ut
decet. Dixit eis senex nescitis
mittere funem in pede meum et trahe me
in montem. Cum autem moriturus esset quidam
videbant eum flentem et dicunt
ei: In veritate et tu times mor-
tem. Et dixit eis in veritate timor
qui in hac hora est mecum semper fuit in
me ex quo factus sum monachus et timeo
valde. Atque ita in pace obdor-
mivit. Ille autem sive semper in ore suo
nis fuit. Arsenii hoc quod posui loqui
me sepe penituit tacere nunquam. Cum
autem vidisset abbas pemen quia transiit
dixit beatus es abbas arseni quia te
ipsum in hoc seculo planxisti. Qui enim hic
se non planxerit ille in perpetuum luge-
bit. Aut hic ergo ex voluntate aut

alibi per tormenta ipso seculo et hic non

Narravit abbas Daniel pharanitas
de abbate arsenio quia nunquam vo-
luit loqui de quacumque questione scrip-
ture cum posset mirifice loqui si
vellet. Sed neque cito epistolam scribe-
bat alicui. Cum autem ad ecclesiam per ali-
quod tempus veniebat post columpnam
sedebat ne quis faciem eius videret
et ne ipse attenderet ad alios. Erat
autem visio eius angelica sicut iacob
canus corpore elegans corpore siccus
habebat autem barbam prolixam que
attingeret usque ad ventrem eius. pal-
pebre oculorum eius nimio fletu ceci-
derunt. Longus autem erat sed senio in-
curvatus. Moritur autem annorum
xcv. Hic fecit in palacio divine
memorie theodosii maioris qui fuit pater
archadii et honorii annos xl. In sithi
fecit annos xl et decem annos
in loco qui dicitur troen super babiloniam
contra civitatem memphis et tres annos in
canapo alexandrie et alios duos
annos rediit iterum in troen fecit et
ibidem dormivit consummans in pace et
timore dei cursum suum quia erat vir bonus
et plenus spiritu sancto et fide

Dixit felix abbas non appone
cor tuum divitiis seculi tuum d.
quia magis in illo sabbatis et gene-
ratore et intelligentiam sed secundum
gratiam dei in spiritu paupertatis et caritatem
tuam non ficta nec spiritu exaltatione
elatus perdas laborem tuum et esto
spirituali sale conditus in christo

Venerunt aliqui senes ad abbatem
antonium et erat cum eis abbas
Joseph. Volens autem abbas antonius
probare eos proposuit sermonem de scriptura

scripture sancte et coepit interrogare minores quid esset hoc et ipsum verbum et singuli illorum dicebant prout poterant. Ille autem dixit nondum invenistis. Post hec vero dixit abbati Joseph: Tu quid dicis verbum hoc? Et ille respondit: Nescio. Et dixit abbas Anthonius de abbate Joseph: Joseph solus invenit viam quia se nescire respondit.

Venerunt quidam fratres ad abbatem Sysoy ut audirent ab eo verbum et nichil loquebatur eis sed dicebat: Ignoscite mihi. Videntes autem sportellas eius dixerunt discipulo eius Abraham: Quid facitis sportellas istas? Et respondit ille: Hic et illuc expendimus eas. Hoc audiens senex dixit: Sysoi hinc manducat. Illi autem audientes edificati sunt valde in humilitate eius et abierunt cum gaudio recedentes.

Venit ad quendam senem solitarium homo qui a demone vexabatur et sicut spumabat percussit in maxillam eius senex vero prebuit ei aliam maxillam. Demon vero non ferens incendium humilitatis mox exsiluit ab eo et factus est sanus.

Dixit senex quia si quis dicat alteri ignosce in humilitate comburit demones reprobos.

Interrogatus est senex quidam qui dicebatur se videre semper angelos. Et ille respondit: Beatus est qui peccatum suum semper videt.

De caritate capitulum xvii

Venit aliquando abbas Hylarion de Palestina ad abbatem Anthonium in monte et dicit ei abbas Anthonius: Bene venisti lucifer qui mane oriris. Et dixit ei abbas Hylarion: Pax tibi columpna lucis que sustines orbem terrarum.

Dixit abbas Marcus abbati Arsenio: Quare nos fugis? Et dicit ei senex: Scit deus quia diligo vos sed non possum esse cum deo et hominibus. Superiores cum virtutes milia et millium milia unam voluntatem habent homines autem multas habent voluntates. Non possum ego dimittere deum et venire et esse cum hominibus.

Dixit abbas Agathon: Ego numquam voluntate mea dormivi rancorem habens adversus quemquam, neque dimisi alium dormire habentem adversus me aliquid.

Duo quidam in Egipto antequam veniret illuc abbas Pastor. Ille autem habebat nomen bonum et multum honorem. Cum autem ascendisset abbas Pastor de Scythi cum suis dimiserunt homines illum senem et venerunt ad abbatem Pastorem. Invidia autem tactus senex male loquebatur de eis. Hoc audiens abbas Pastor contristabatur et dicit fratribus suis: Quid faciemus de sene isto magno quia nos in tribulationem miserunt homines derelinquentes senem et ad nos qui nichil sumus attendentes. Quomodo possumus sanare eum? Et dixit eis: Facite cum aliquos gustus et tollite vasculum vini et eamus ad eum et gustemus simul; fortassis per hoc possumus sanare animum eius. Et ambulaverunt quoque pariter cibos et perrexerunt ad eum. Et cum pulsaret ad ostium, audiens discipulus eius dixit: Qui estis? Et illi responderunt: Dic abbati quia Pastor est et desiderat benedici per te. Hoc autem renuncians ei discipulus eius, ille mandavit dicens: Vade quia non mihi vacat. Illi autem permanentes in caumate dixerunt: Non discedimus nisi meruerimus benedici a sene. Videns autem perseverantiam eorum et humilitatem, compunctus aperuit eis et intrantes gustaverunt cum eo. Cum autem manducaret dixit senex: In veritate non tantum que audivi de vobis sed centuplum cum quod vides in opere tuo frater est gratia eius quoniam. Ex illa die

Narratur de abbate pastore quia cum fratribus in partes Egipti fuisset. Et vidit quendam secularem sedentem, dicit eis surgere et salutare et osculatum me eo ut audiatur frequenter cum eum deo loquitur et sic sit ora corp

Dicebatur de abbate pafnucio quia non erat bibere vinum. Ambulans autem aliquando invenit se in quendam latronum et invenit eos bibentes. Cognovit autem eum quidam princeps latronum et sciebat quia non bibit vinum, videns quia eum de multo labore impletum calicem vini. Et in alia manu tenuit gladium evaginatum. Et dixit seni: Si non biberis occidam te. Senex vero sciens quia mandatum dei vult facere et volens eum lucrari accepit et bibit. Ille vero princeps latronum penitens egit apud eum et ignosce mihi abba quia contristavi te. Et dixit ei senex: Credo in deo meo quia pro hoc calice faciet tecum misericordiam et in hoc seculo et in futuro. Et dixit princeps latronum: Et ego credo in deo quia ex hoc aliquid cuiquam mali non faciam. Et lucratus est senex collegium illorum latronum pro eo quod se propter deum amisit sponte lucrati corp

Abbas antonius dixit: ego iam non timeo deum sed amo quia amor foras mittit timorem. Idem dixit quia de proximo est vita et mors. Si enim lucrabimur fratrem lucrabimur deum. Si autem scandalizamus fratrem in Christum peccamus.

Quidam frater erat in cellis. Venit autem ad eum senex et rogavit illum quomodo esset. Et dixit manens sit frater, et ille dixit ei: ego peior sum et non possum invenire requiem abba. Ille autem rogabat eum dicens ut possimus. Erat enim senex ille mundus et volebat audire quod moechia haberet in cogitatione fornicationis. Et dixit ei frater: Dimitte me. Vade obsecro et tunc loqui veniet gratia quod perpetravit in mente ille. Et volens probare senem dicebat in magna contradictione: Ecce deo ista abba propter quod cum presbitero quodam in uno loco in mulierem. Et dixit ei senex: Numquid est pura? Et dixit frater: Est pura. Senex autem dixit: Ego tecum porto meditationem peccati huius. Tunc dixit frater: Ille non scio quod possit fieri. Et manifestavit sibi usque ad deo.

Dicebatur de quodam fratre in cellis quia cum fecisset sportellas et posuisset eis ansas audivit vicinum suum dicentem: Quid faciam quia prope est mercatus et non habeo ansas quas ponam sportellis meis. Ille vero audiens resolvit ansas quas posuerat sportellis suis et attulit eas fratri suo dicens: Ecce istae superfluae habeo, tolle et pone in sportellis tuis. Et fecit opus fratris sui perfici, suum autem opus remansit imperfectum.

Dicebatur de quodam sene in Scithi quia egrotavit et volebat manducare modicum panis recentis. Hoc audiens quidam frater tulit melotem suam et misit in ea panem siccum et vadens in Egiptum mutavit illud ad panem recentem ad attulit seni. Et cum vidissent fratres illos recentes panes mirati sunt. Senex autem noluit gustare dicens quia sanguis fratris est. Et rogaverunt senem ne dispiceret propter deum, quiesce ne forte fiat sacrificium fratris istius. Atque sic ita rogatus comedit.

Frater interrogavit quendam senem dicens: Sunt duo fratres quorum unus sedet in cella sua per sex dies et multum sibi laborem imponit. Alius vero egrotantibus desinit ea opera magis acceptum est deo. Respondit senex: Si frater ille qui sex diebus ieiunat suspenderit se per nares, non potest esse equalis illi qui infirmantibus deservit.

Preterierunt aliquando tres fratres simul ad messem et susceperunt conducti partem lx modiorum ad metendum. Unus autem ex eis prima ipsa die infirmari cepit et reversus est ad cellam suam. Duo autem conversi unus alteri dixit: Ecce frater vides quia incidit in egritudinem frater noster; compelle animum tuum paululum. Et credamus in deo quod per orationes eius implebimus nos duo opera eius et metemus partem ipsius. Cum quoque complessent messem totius loci illius quem susceperant, venerunt accipere mercedem suam et vocaverunt fratrem illum dicentes: Frater, veni accipe laborem tuum. Et ille dixit eis: Quale laborem accipiam qui non messui? Et illi dixerunt ei: Oratione tua consummata est messis. Veni ergo accipe mercedem tuam. Frater e contra quanto plenius contendebat dicens hoc, tanto ille sibi dicere: Non accipio quia laboravi. Illi vero non acquiescentes omnibus in tempore propter pro sua ab[illegible] tenetur quo ad iudicium magni senis eos duxit. Et dixit ei ille: Frater, processimus nos tres ut meteremus magni campum ad mercedem. Cum autem venissemus ad locum quem messuri eramus, ipsa prima die in egritudinem incidi et reversus sum in cellam meam ut una die metere potuissem cum eis. Et nunc cogunt me illi fratres dicentes: Veni accipe mercedem, ubi non laborasti. Dixerunt autem illi fratres: Revera tres simul accessimus et processimus metere et suscepimus partem lx modiorum quos meteremus. Et si fuissemus tres cum pari labore vix potuissemus explicare illud cum omnibus; ac fratris huius orationes duos velocius quam tres potuimus et demessuimus agrum. Et dicimus ei: Veni accipe mercedem tuam, et non vult. Hoc audiens senex miratus est et dixit ut veniret de monachis suis pulsare signum in cella fratrum ut congregarentur hic omnes. Qui cum venissent, dixit eis: Venite fratres et audite hodie iustum iudicium. Et narravit eis omnia senex, et adiudicaverunt fratrem illum ut acciperet mercedem suam et faceret ex ea quod ipse vellet. Et discessit frater ille contristatus plorans, et se preiudicatum fuisse dicebat.

Dicebat quidam senex quod frater unus in congregatione habitaverat qui venire ad cellas nonnullorum fratrum qui solitarii conversari volebant, et visitabat eos. Et quos corripi a demonibus etiam videret et a cogitationibus suis ledebantur, et significando aliquem eorum veniebat et secum adducebat cum ad ecclesiam. Et ponebat pelvim cum aqua et faciebat orationem pro eo qui temptationibus laborabat, et lavabat accepto fratres manus suas in pelvim. Et perfundebat aquam illam super fratrem qui impugnabatur, et ita sanabatur a temptationibus.

Duo senes multis annis conversati sunt simul et numquam inter se litem habuerunt. Dixit quoque unus alteri: Faciamus et nos vel unam litem sicut ceteri faciunt. Et ille respondit: Frater, nescio qualiter fiat lis. Ait ille: Ecce pono in medio laterculum et ego dico: Meum est hoc. Tu autem dic: Non, sed meum est. Et sic fiet lis. Cumque posuissent laterculum in medio sui, et dixit unus: Lapis meus est hoc. Et alter dixit: Non, sed meum est. Et ille respondit: Est tuum; tolle et vade. Et discesserunt nec contendere potuerunt.

Quidam frater erat infirmus diu

dam patrem Longinum ut vulnus fieret in corpore senis et sanies multa ex eo cum fetore effluxit. Dicebat autem in cogitatione sua frater ille qui ei deserviebat: Discede hinc quia non potes sustinere fetorem putredinis huius. Ille vero frater ut reprimeret hanc cogitacionem suam tulit vas aque et abluit vulnera senis illius et recollegit ipsam aquam in vas. Et quando siciebat ex ipsa bibebat. Cepit autem in ipsum cogitatio sua iterum sollicitare dicens: Si non vis fugere, vel non bibas fetorem huius. Frater autem ille laborabat et tollerabat et bibebat lavaturam vulnerum illius. Et cum ita multis sensus vidit deus laborem caritatis eius et illam lavaturam vulnerum in aquam mundissimam vertit et senem invisibili medicamento sanavit. Frater aliquis interrogavit senem quendam dicens: Si video fratrem de quo audivi aliquam culpam, non possum suadere animo meo ut introducam eum in cellam meam. Si autem video bonum fratrem, ipsum libenter suscipio. Et dixit ei senex: Si facis bonum bono fratri parum, illi alteri duplum impende, ipse est enim qui infirmatur.

Dixit abbas pastor: Lonare secundum voluntatem nil nisi animo facere malum et tamen suadere cottidie ei eum hominem ipsum dixit: Plus est magis aliquis dilectionis ut animam suam ponat quis pro proximo. Etenim si quis audierit sermonem asperum et possit et ipse idem facere et sustineat et non contradicat ei vel etiam si verberatus fuerit in re aliqua paciencius sustineat non retribuens contristari aliquem, secundum hoc hic animam suam ponit pro proximo.

Dixit quidam patrum: Si quis suo petierit te aliquam rem et violenter praestas ei, sit voluntas animi tui in id quod das, sicut scriptum est quia si quis te angariaverit mille passus, vade cum eo duos. Hoc autem est ut si quis non portet onus alicuius, dicat ei ex animo et sponte.

Interrogavit senem quidam frater: Quid est quod laboramus in conversatione et non accipimus gratiam sicut antiqui? Dixit ei senex: Quia tunc caritas erat et unusquisque proximum suum trahebat sursum; nunc autem refrigescente caritate unusquisque proximum suum deorsum trahit, et propterea gratiam non meremur accipere.

De providencia capitulum primum

Illa autem surgens quasi languida debiles temptans firmare gressus magnopere illum sequi volebat sed nullo modo poterat. Erat enim afflicta. Tangens autem angelus domini eam confortavit et valide currens precedens ad complendum iter quod ante dixerat eam suasit. Euntes vero longius invenerunt stagnum amplum valde et tempestuosum cuius fluctus assurgentes non permittebant videre celum. Inerat etiam ibi plurima nimis bestiarum terribilium que mugientes nichil aliud postulabant nisi ut animas devorarent. Per latum vero eius pons multum angustus erat et longus nimis. Longitudo enim per duo miliaria tendebat. Latitudo eius ipsius unius pedis mensura. Longior itaque erat et angustior quam pons ille de quo supra diximus. Erat etiam ista tabula insita clavis ferreis acutissimis qui omnium transeuntium pedes penetrare ut nullus posset si eum semel tangeret posset evadere illesus. Omnes quoque bestie conveniebant ad pontem ut de cibo sumerent illas scilicet animas que transire non poterant. Erant autem bestie tante magnitudinis ut magnis turribus terre assimilari valerent. Ignis etiam de ore ipsarum exibat ita ut et stagnum bullire a cruciantibus putaretur. Videbat enim in ipso ponte animam unam valde plorantem et se multis criminibus accusantem. Erat enim magno pondere manipulorum frumenti onusta et hunc cogebatur pontem transire. Sed licet plantas nimis doleret cadere tamen in lacum igneum ubi bestiarum patentia ora videbat magis timebat. Anima vero videns imminere periculum dixit ad angelum: Heu domine si placet vellem scire cur cogitur ista anima sub tali pondere pontem transire quare et

solebat

sit ista pena specialiter anime. Et ille prudens dixit ad eam: Ista pena specialiter
tibi condigna est et cunctis similibus furta perpetrantibus, licet multum fuerit vel mo- furtu
dicum, sed non eodem modo patiuntur qui in minimis delinquunt et qui in magnis, nisi
forte illud modicum fuerit sacrilegium. Et ait anima: Quid vocas sacrilegium? Respondit
angelus: Qui sacratum sive de sacrato aliquid furatur, hic sacrilegii reus iudicatur.
Maxime vero qui delinquunt sub tegumento religionis, nisi per penitentiam se emenda-
verint, rei iudicantur nimis maioribus. Et his dictis subiunxit: Festinemus, quia
istum pontem transire debemus. At illa: Quid, inquit, per divina ait potentiam tu scis potes
me quoque ultra tecum traducere, nequaquam valebis. Angelus: Non, inquit, tecum transi-
bo, sed tu sola transibis et vaccam tu scis non poteris. Nam vaccam quam domino tuo co-

Hic est de vacca
indomitas per pon

tecum traducere et illesam michi ultra pontem reddere. Tunc anima plorans amare
flevit et ad angelum dixit: Ve michi, quare me deus creavit ut talia paterer?
Et quomodo ego misera potero traducere, cum ego ipsa in tali periculo, nisi divina subve-
niret misericordia, non possum omnino stare? Tunc angelus: Reduc, inquit, ad memo-
riam quod tu in tempore fuerat vacca compatris tui furata erat. At illa: Nonne, inquit, domine,
eandem vaccam de qua est sermo proprio reddidi possessori? Cui angelus: Reddi-
disti, sed quando sub te abscondere non potuisti. Et ideo non patieris plenum supplicium, quia
minimus est malum velle quam perficere, licet utrumque malum sit ante deum. His cum respondisset,
angelus ad animam ostendit ei indomitam vaccam: Ecce, inquit, vaccam quam debes
traducere. Anima vero cum vidisset se devitare non posse debitam penam, plo-
rans coactu tenuit vaccam et quibuscumque potuit minis instigare conabatur ad
pontem. Bestie vero ubi ingredientes veniebant et cibum suum quem videbant in ponte pro-
pe expectabant. Anima vero cum cepisset iter agere, vacca nolebat cum ea ire. Quid ad
plura moramur? Cum stabat anima, cadebat vacca, et vacca stabat, anima cadebat,
et sic versa vice modo stabant, modo cadebant, usque dum medium pontis venerunt. Et

Hic fuit obviaue
cum manipul

cum usque illuc pervenissent, viderunt illum obviam qui manipulos portabat, illum
dico non de his de quibus dicitur: Venientes autem venient cum exultatione por-
tantes manipulos suos, quibus alibi scriptura minatur: Ve vobis qui ridetis,
nunc quia plorabitis et flebitis. Sic eum flentes et plorantes obviaverunt sibi. Non
tamen quia sicut misericordia et veritas, neque sicut iustitia et pax, que osculate sunt se. Illa cum
vacca, que cum manipulis veniebat. Rogabat istam ne sibi pontem precomparaverit, et
ista que cum manipulis veniebat rogabat illam ne sibi iter quod cum
tanto labore compleverat prohiberet. Nec tamen illam nec istum diu retro. Et
ne retrospicere poterant. Et sic dolentes stabant et pontem plantarum sanguine
cruentabant. Et usque diutius starent et ~~tertium~~ minime transire ibi plangerent, nesciebant
quomodo, sed utraque altera pertransisse cogitabat. Anima autem dum transisset, an-
gelum suum quem retro reliquerat videns eadem allocuitur verbis: Bene inquit
venias, de vacca ultra non timeas, quia eam amplius non debes. Sed cum ostendit curret

ei pedes et conquassata est, et amplius non posse pergere. Respondit: Meminisse debes quam veloces tui pedes ad effundendum sanguinem et scelus continuo et felicitatis in vobis nunc esset, nisi tibi misericordia omnipotentis subvenisset. Et cum hec dixisset, tangens eam et sanavit, et sic processit. Quid vero cum diceret: quomodo imus? Respondit angelus: Quidam tortor teterrimus nos expectat adventum tuum, nomen est Phristinus, cuius hospitium nullo preterire possumus. Cuius hospitium licet semper hospitibus sit plenum, hospes tamen venire desiderat hospites ad supplicium et ~~[illegible]~~

Cum autem irent per loca tenebrosa atque arida, apparuit domus aperta. Domus autem ipsa quam viderunt erat maxima ut ardens mons pre nimia magnitudine. Rotunda vero erat quasi furnus ubi panes solent coqui. Flamma quoque inde exiebat que per mille passus quascumque inveniebat animas comburebat. Sed illa anima que cum pre simile tormentum didicerat accedere propius non valebat. Unde angelo dicebat: Quid ergo faciam misera? Ecce appropinquamus ad portam mortis, quis me liberabit? Respondens angelus dixit: Ab ista quidem exteriori flamma liberaberis, ipsam vero domum unde procedit intrabis. Et cum propius accederent, viderunt carnifices cum securibus et cultris et cum sarmentis et cum bis acutis dolabris et terebris et falcibus acutissimis, cum vangis et fossoriis et cum ceteris tormentis quibus animas excoriare vel truncare vel decollare poterant, ante portas in medio flammarum stantes, et sub manibus eorum multitudinem animarum omnia que prediximus sustinentium. Cumque vidisset anima quod cum hec omnibus penis quas ante viderat multo maior, dixit ad angelum: Obsecro domine mi, si placeret, ab hoc solo liberes me supplicio, et ceteris que post hoc occurrerint me tradi concedo. Cui angelus: Istud, ait, supplicium maius est omnibus que adhuc vidisti. Tamen videbis unum excellens omnia que tormenta tot que videre vel cogitare potuisti. Intra, inquit, supplicium istud, quia canes rabidi intus expectant adventum. Anima vero tota tremens et pre angustia deficiens quibuscumque poterat rogabat precibus ut hanc penam evaderet et non impetravit. Demones autem videntes ipsam sibi concessam circumdederunt eam et magnis eam comprobrantes et supradictis instrumentis in frusta dissipaverunt et dissipatam ignibus tradiderunt. Quid dicam de his que intus erant in hac domo Phristini? Nam luctus et tristicia, dolor et gemitus et stridor dentium, letus ignis foris, intus vero vastus continebatur ardor. Fames inexplebilis semper inerat ibi nec aliquando saciari poterat. Genitalia nimietate doloribus quoque verecundorum locorum cruciabantur quam maxime. Sed et pudenda ipsa putredine corrupta scaturire videbantur vermibus, et in ipsa pudenda virorum ac mulierum non solum secularium verum etiam quorumlibet, et quod non sine magno dolore ~~diffiteri~~ dicere possum, sub religionis habitu quiescentium. Quod dicere mirabar, bestie ita ut ex omni parte cruciantibus et fessis mille sufficere viros ad tollendum possent. Nullus sexus nulla conditio diminuta evadit ab his plagis. Et quod dicere verebar ipsa me cogit veritas, quod monasticus ille habitus viros ac mulieres his cruciatibus inferatur. Et hii qui sanctiores videbantur professionis digni iudicantur pene maioris. His et aliis

illa vero incredibilibus cruciatibus longe tollerabilius a semetipsa reversa reatum suum se esse
ac dignam ostendebat tormentis. Sed quando domino nimirum complacuit nescio quo
ordine sicut diximus se ex tormentis esse sensit. Sedebat tamen in tenebris et in umbra
mortis. Cumque non diu ibi sederet vidit lumen vite quod eam ante conduxerat. Illa vero a-
maritudine et tristicia multum repleta dixit ad eum: Utquid ergo domine talia ac tanta
passus sum tormenta? Et quid est quod nobis dixerunt sapientes misericordia domini plena est terra? Ubi
est misericordia et pietas? Respondit angelus dicens: Heu o filia quam multos decepit illa
sententia minus intelligentes. Deus enim quamvis misericors est tamen et iustus. Iusticia enim
reddit unicuique secundum meritum suum. Clementia plurima pro criminibus digna condonat. Dilecta
Et tu quidem tuis exigentibus meritis iuste patereris ista supplicia. Sed tui actus omnes
quam videbis quod per misericordiam condonaverit tormenta. Item si deus cuncta dimitteret
cur homo iustus esset? Et si supplicia non pertimesceret quare homo peccare preteriret? Et
quid opus esset ut confessi penitentiam agerent si deum non timerent? Igitur deus cuncta disponens
sic iusticia temperavit misericordiam et misericordia temperavit iusticiam ut neutra
sit sine altera. Ista et si in corpore penitentibus peccata non agentibus parcitur misericor-
diter hic tamen pro suis meritis dictante iusticia digna patiuntur. Et licet multi
pro suis excessibus temporale quomodo iuste a corporibus decedentibus tollitur bona sine
fine manentia dum corpora coruit misericorditer largiuntur. In hoc quoque misericordia eius superat
iusticiam ut nullum bonum opus ab eo sit irremunerabile. Multa enim mala opera
condonat ipse. Nec enim liberi sunt a presenti neque iusti omnino nocentes. Multi enim liberandi
a presenti pena ut non tangat eos umbra mortis. Sed illa assumptis viribus dixit ad
angelum: Domine si placet quia de iustis sermo est qui non meruerunt intrare por-
tis cum ducerentur ad iustos. Respondens angelus dixit: Si te hoc movet cur ius-
ti qui penas non patiuntur ad videndas illas ducantur. Ideo fit ut visis illis tor-
mentis a quibus liberantur per divinam graciam ardentius in laudem sui creatoris fer-
veant et amorem. Sic econtrario autem peccatores qui digni eternis suppliciis iudicantur
prius ad sanctorum gloriam perducuntur ut visis premiis que sponte deseruerunt cum
ad penas venerint magis doleant et ipsam gloriam quam ante potuissent acquirere
in memoriam revocent ad augmentationem pene. Nulla enim tam gravis est delictis supplicio
sicut sequestratum esse a consortio divine maiestatis et societate angelorum. Et propterea si
per quem pontem potuerunt transire sancti videbantur ducti sunt ad supplicia ut visis penis
ardentius ardeant in amore illius qui eos ad gloriam vocavit. Felices namque sunt
iuvenes et prudentes et ideo accipient coronam vite quam repromisit deus diligenti-
bus se. Quem non dum omnia nulla vidimus condidit tibi ut ad ea videnda que non vidis-
tis convertemur. At illa: Si in quo quomodo redire debeam ad gloriam. Rogo ut
quatenus me reducas ad penam

Procedentes igitur cum angelo viderunt bestiam omnibus quas umquam viderant bestiis
valde dissimilem duos pedes et duas alas habentem longissimum quoque collum et rostrum
ferreum ungulas etiam habebat ferreas per cuius os flamma eructuabat inex-
tinguibilis. Que bestia sedebat super stagnum glacie congelatum. Devorabat
autem bestia quascumque convenire poterat animas et cum in ventre eius per supplicia redigerentur
ad nichilum pariebat eas super stagnum glacie coagulatum ibique renovabantur ad tormenta
illud. Impregnabantur anime omnes tam virorum quam mulierum que descendebant in stagnum
et ita gravide prestolabantur tempus quo eis conveniebat ad partum. Intus vero mordebantur
more vipereo a prole concepta sicut vexabantur misere in unda fetida maris mortui glacie
congelata. Cumque tempus esset ut parerent clamantes replebant infernos ululatibus
serpentes pariebant. Pariebant non solum femine sed etiam viri non tantum per ipsa membra
que natura constituit tali officio convenientia verum per brachia simul et pectora exibant
erumpentes per cuncta membra. Habebant vero ipse que pariebantur bestie capita ar-
dentia ferrea et rostra acutissima quibus ipsa unde exibant corpora dilaniabant. In
caudis autem suis eedem bestie multos habebant aculeos qui quasi hami retro retorti
ipsas e quibus exibant pungebant animas. Bestie enim cum [illegible] volentes ad caudas
sicut non possent trahere de ipsa unde exibant corpora ardentia rostra ferrea retorquebant
donec ea usque ad nervos et ossa arida consumerent. Et sic clamantes stridore planctuum [illegible]
[illegible] et ululatus animarum sufferentium et mugitus bestiarum exeuncium procedebat de celo. Ita
ut et ipsi demones si in eis ulla esset scintilla pietatis merito moverentur ad misericordiam compas-
sionis. Erant enim in omnibus membris et digitis eiusdemque capita bestiarum que ipsa membra
mordebant usque ad nervos et ossa. Habebant linguas in modum aspidum qui totum palatum
et guttur consumebant usque ad pulmones. Verenda quoque virorum ipsarum ac mulierum erant
in similitudinem serpentium que inferiores partes ventris lacerantes et ipsa viscera trahebant inde ab-
strahere. Tunc dixit anima: Dic michi queso quid male operati sunt isti aut quibus operibus pre
incomparabilis que umquam vidimus penis. Et ipse inquid: Dixi tibi quod hii qui sanctiores sunt
[illegible] si erraverint duriora supplicia sicut e contrario maiorem consequuntur gloriam si non
incidunt ista per culpam. Ista est inquit pena Monachorum Canonicorum sanctimonialium ceterorumque
ecclesiasticorum ordinum qui deo sunt per habitum sunt per tonsuram mentiri noscuntur. Et ideo
eorum membra diversis penis consumuntur quia ea non castigaverunt a prohibitis. Laxa-
bant enim linguas suas sicut serpentes et ideo eas pariuntur ardentes. Verenda que
non castigaverunt a contrariis prohibitis luxurie vel in ipsa immittuntur vel ipsa consumuntur
bestie feroces accumulatione pene. De istis satis diximus licet ista pena spectet
ipsorum esse debeat qui dicunt se religiosos esse et non sunt. Tamen qui se in modestia [illegible] ma-
culant ista sustinebunt. Et ideo tu non potes evadere quia tu [illegible] sacris commenda-
te non vetabant [illegible]. Et post hec dicta venientes cum impetu demones rapuerunt
animam et dederunt bestie ad devorandum. Devorata autem anima quod ulterius passa fuit vel
in stagno fetido quod quam autem diximus repetere non debemus. Post ergo perpessa tormenta [illegible]
[illegible] affuit prius lux ac ea blande consolans alloquitur dicens vero amica mea
filia non amplius pacieris ista. Et tangens eam iuvabat et ad reliquum iter se parare precepit

Hic venit ad
[illegible]
bestiam etc.

Erat quia longe processit anima, nesciebat quo ibat preter fulgorem eiusdem spiritus vite, nullum prospiciebat eum per loca terribilia et multa. Lumen habebant et hic venit ad vallem fabrorum

Precedentibus diutius erat quippe via valde angusta et quanto de minime montis precipitium semper descendebat. Et quanto plus descendebant tanto magis anima reditum ad vitam desperabat. Dixit ergo: Rogo cur tot mala que vidimus quod non pertransivimus peiora non dico video sed nec cogitare quomodo iter istud ab eis tam longum ducat in principio. Respondit ei angelus: Ista via ducit ad mortem. Et anima: Cur magis ista via sit angustissima et durissima et neminem preter nos vidimus, vere quod ewangelium dicit: lata et spaciosa est via que ducit ad mortem et multi intrant per eam. Non de ista ait angelus tunc loquebatur ewangelium sed de illicita et impudica secularium vita. Nam per ipsam perveniunt ad istam. Ergo euntes longius et multum laborantes venerunt in vallem. Ibique viderunt fabricas fabrorum multas in quibus audiebatur luctus. Dixit anima: Audis, domine mi, ista que ego audio? Respondit angelus: Audio et scio. Et anima: Quod nomen habet hoc supplicium? Iste tortor, ait angelus, vocatur Vulcanus, per cuius ingenium corruerunt plurimi et corruentes cruciati sunt ab ipso. Et anima: Numquid, domine mi, ego debeo eius pati supplicium? At ille: Debes, inquit. Et hoc dicto precedebat eam. Illa vero sequebatur cum ~~cum~~ plorans. Appropinquantes autem occurrerunt eis tortores cum igneis forcipibus et ab angelo nichil dicente receperunt eam et proiecerunt eam in caminum ignis ardentem et follibus sufflantes sicut solet conflari ferrum ita cremabatur donec ad nichilum redigebatur, id est cum ibi cruciabatur. Sicque liquefierent ut nichil aliud quam aqua appareret, iugulabantur tridentibus ferreis et postea sic in unum et percutiebantur malleis donec vicene vel tricene anime in una massa redigerentur. Et tamen, quod gravius est, non ita perderentur quod desiderabant mortem et penam non poterant. Loquebantur enim tortores ad invicem dicentes: Nonne sufficit? Et alii in alia domo illudentes dicebant: Proicite nobis et videamus si sufficit. Et proicientes alii rapiebant eas forcipibus ferreis antequam terram tangerent et sicut primi ita et illi eas ignibus tradiderunt. Sic quoque miserorum modo huc modo illuc anime proiciebantur. Caro ubique patiebatur et comburebantur donec pelles simul carnes et ossa in favillam redigerentur. Omnia vero dum diu vexaretur in talibus suppliciis affuit ei suus adiutor et more solito eam apprehendens de medio favillarum et tam dulcibus verbis illexerat ut post tot et tanta dixit: Quo valet? Numquid fuerunt et tantum debeo sustinere tormenta. Illa autem cum vix loqui non poterat quia vires ad loquendum post tot supplicia non habebat. Angelus igitur domini cum eam vidisset nimis afflictam blande alloquens dixit: Confortare, quia dominus est deducens ad inferos et reducens. Tu ergo esto fortis, quia licet sint mala que adhuc passa es, maiora tamen sunt ea a quibus liberaberis si volueris. Misericordia fuit redemptoris. Ipse non desiderat mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat. Et post hec dixit: Omnes quos vidisti superius iudicium dei expectant, sed hii quos adhuc visuri sumus iam iudicati sunt. Adhuc namque non pervenisti ad conspectum confusionis. Et apprehendens eam more solito confortavit. Et reliquum iter incipere iussit.

Cumque sic pergerent et ad invicem sermocinarentur, ecce subito et fetor intollerabilis fetori ~~[illegible]~~ cum crepitus et tenebre prioribus tribulacione et angustia peiores nascuntur, ita ut omnia fundamenta orbis terre viderentur contremiscere. Et angelus compellens dixit:

anton

Heu me domine quid est quod solito minus stare possim. Illam enim turbatam sentiens quod stare ad longum tempus non possim, diu quoque stando prestolatur angeli reversionem. Non enim poterat se movere pre nimia formidine. Ab oculis eius angelus cito disparuit et eum amplius videre non potuit. Videns igitur misera longe se inferiorem esse quam antea videbat prioribus et suo duce ac solacio desolatam, quid aliud quam dei misericordiam sperare potuit. Non enim ut ait Salomon sapiencia aut sciencia est apud inferos et ideo non habebat consilium quod sibi de ceteris dei ante illud. Facta itaque mora diu et sola in tantis penis audivit clamores et ululatus immensos multitudinibus et tonitrua ita horribilia ut nec putabat nec possit tempore nec lingua cuius ut fatebatur valeat enarrare etc.

Hic venerunt ad fossam inferni inferiorem

Appropinquans igitur si quomodo videre potuisset omnia que sibi advenerant vidit fossam quadrangularem quasi cisternam quam puteus putida flamma et fumi exiens tenebrosa columpna quasi columpna usque ad celos extendebatur. Erat enim in ipsa flamma multitudo animarum scilicet et demonum que ascendebant more favillarum cum flamma ascendencium et ad nichilum redacto fumo iterum recidebant in fornacem cum demonibus usque ad profundum. Viso hoc magno spectaculo volebat anima se retro retrahere sed non valebat pedem de terra levare. Sed cum hoc sepius pavore suadente temptaret facere et sic quod volebat fieri non posset, pre nimio furore repleta in semetipsam coarctavit et genas suas propriis unguibus lacerans clamavit: Ve mihi ut quid ego non morior. Quare ego misera sacris scripturis credere nolui. Quare me demencia decepit. Audientes hec demones qui cum flamma ascendebant illico cum instrumentis [illegible] quibus miserorum animas rapiunt et crudeles ad tormenta circumdederunt eam ut apes et coarctaverunt eam sicud ignis in spinis. Et cum una voce omnes dicentes: O misera anima penis et cruciatibus digna, en huc venisti. Ignara penarum non diu cogitasti. O misera anima penas adhuc videbis dignum operibus tuis tormentum. Hic contire non poteris nec in eo perire valebis, sed semper in eo vivens ardebis. Nulla consolacio, nullum refugium invenire poteris, a lumine videbis nullum auxilium, nullam misericordiam amplius sperare valebis. Appropinquasti porte mortis et inferioribus infernis sine modo putabas. Quis te huc duxit? Ipse te decepit. Liberet te de manibus nostris si potest. Non enim eum amplius videbis. Dole misera, dole, clama, plora et ulula. Lugebis enim cum lugentibus et flebis cum flentibus et cremata ardebis cum ardentibus. Et adiunxerunt loquentes dicentes: Non est qui te velit et possit liberare de manibus nostris. Ut quid amplius moramur? Trahamus istam et ostendamus ei crudelitatem nostram, demusque eam lucifero devorandam. Et sic arma vibrantes minabantur sibi mortem perpetuam. Ipsi autem erant spiritus nigri sicud carbones, oculi vero eorum sicud lampades ignis ardentis, dentes erant eorum nive candidiores, et caudas habebant ut scorpiones, ungulas quasi ferreas et valde acutas, et ut voltures habebant alas. Cum igitur se traherent quod illam raperent et flenti mortis cruciatum inferrent, affuit splendor lucis et fugatis spiritibus tenebrarum. Et blandis eam consolabatur verbis dicens: Gaude et letare filia lucis, misericordiam enim consequeris et non iudicium.

Hic ostenditur sibi lucifer

Veni inquit ostendam tibi principem humani generis adversarium et precedebat ad portas inferni et duxit ei: vade et vide. Licet tu scito quod lumine lux quod hic deputatum minime lucet. Tu autem illos videbis, ipsi autem te videre non valebunt. Et appropians vidit profundum inferni et quanta et qualia et quam inaudita ibi vidit tormenta, si centum capita et unoquoque capite centum linguas haberet, recitare non posset. Pauca tamen que ipse nobis retulit pretermittere utile non est.

Vidit ergo ipsum principem tenebrarum inimicum humani generis diabolum qui magnitudine precellebat universas quas ante viderat bestias. Cuius quantitati corporis nec ipsa que viderat comparabat aliquid nec nos quod ab ore eius non audivimus presumere non valemus. Sed hanc narrationem qualem audivimus pretermittere non debemus. Erat namque prefata bestia nigerrima sicut corvus habens humani corporis formam a capite usque ad pedes excepto quod illa plurimas habebat manus et caudam.

Igitur idem horribile animal habebat non minus centum manibus. Et unaqueque manus longitudine centenas palmas. Et in grossitudine ungulas lanceis multo longiores et ipsas ferreas et in pedibus totidem et habet rostrum longum nimis et grossum. Caudam et asperrimam et ad nocendum animabus aculeis acutissimis repletam. Iacet itaque idem horribile animal prostratum super cratem ferream suppositis carbonibus ab innumerabili multitudine demonum ardentibus follibus sufflantibus. Circumdederat autem ipsum tanta multitudo animarum et demonum quod nulli est credibile quod mundus genuerit tot animas a principio. Ligatum vero prefatum humani generis hostem per singula membra et per omnes iuncturas membrorum cathenis ferreis et ereis igneis et valde grossis. Sic autem versatur in carbonibus et undique uritur nimia ira succensus vertit se de uno latere in aliud et omnes manus suas in illam animarum multitudinem extendit et quasi replens omnibus constringit ut sitiens rusticus racemos exprimit ita ut nulla anima que non divisa aut capite vel pedibus manibus ve privata evadere posset illesa. Tunc enim quasi suspirans sufflat et spargit omnes animas in diversas gehenne partes. Et statim eructuat puteus de quo ante diximus fetidam flammam. Et cum retrahit anhelitum prefata bestia revocat ad se omnes animas quas ante sparserat et cum sulphure et fumo in os eius incidentes devorat. Et quecumque manus eius effugerit cum cauda percutit et tormenta animabus inferens in tormentis cruciatur.

Videns hec anima dixit ad angelum: Obsecro domine mi illud monstrum quod nomen habet? Respondens angelus dixit: Illa quam vides bestia vocatur Lucifer et ipsa est initium creature dei que extitit in deliciis paradisi. Et tam si absoluta fuerit celum sic et terram et usque ad fundum inferni turbabit. Hec autem multitudo pars angelorum est tenebrarum et ministrorum Sathane. Pars vero de filiis Ade qui non confidunt in misericordia dei. Hii itaque sunt qui nec misericordiam speraverunt nec in ipsum crediderunt. Et ideo cum ipso principe tenebrarum patiuntur tormenta sine fine merito quia deum glorie qui eis sine fine bona tribuet verbis et operibus adherere noluerunt. Isti sunt enim qui iam iudicati sunt et multos alios expectant qui committunt quod huiusmodi facilis autem negatur. Talia mala sustinebunt qui vel ipsum negant vel negatoria opera faciunt sicut sunt adulteri homicide fures et latrones superbi penitentiam non agentes. Parantur primitus ea que anima videbas modica. Et tunc ducentur ad ista de quibus qui semel intraverit amplius exire non poterit. Sic quoque potentes sic et illi qui desideraverunt preesse non ut prodessent sed ut preessent patiuntur sine fine. Item potestatem suam ad regendos vel ad corrigendos subditos datam non exercuerunt a deo sibi concessam et ideo non prout debuerunt concessa sibi potentia usi sunt. Unde scriptura clamat: potentes potenter tormenta patientur. Et anima: Cum inquit omnis potestas a deo sibi data sit cur patiuntur propter illam? Et angelus: Potentia que a deo est mala non est sed male utentes abutuntur illa. Et anima: Quare omnipotens deus non semper bonis tribuit potestatem ut subditos suos erudiant et possint eis prodesse? Respondit angelus: Aliquando bonis potestas subtrahitur subditorum culpis exigentibus quia non merentur mali bonos habere rectores. Aliquando etiam propter ipsos bonos ut serventur sue salutis custodiant animas. Et anima: Vellem inquit scire ob quam causam illud monstrum princeps

vocatur tenebrarum cum inveniri possit defendere nec se ipsum valeat liberare. Et angelus
princeps iste ait non Christus potentia nominatur sed Christi plasmatio que tenetur in tenebris. Licet enim
plurimas autem videras penas tamen quasi nichilo reputande ad huius immani supplicio comparantur.
Et anima: Et ego indubitanter audio. Nam videre locum istud horribile me magis gravabat et fetorem
eius sustinere plus me gravat quam omnia que antea patiebar. Unde rogo si fieri potest ut me sub-
trahas et cruciatus amplius non permittas. Video namque in tormento cognatos et sodales et
notos quos in mundo consortio gaudebam habere socios quorum consortium valde abhorresco. Et scio
quod nisi divina michi subveniat gratia meis meritis exigentibus non minus ego quam ipsi
patiar ista. Et angelus: Veni inquit o felix anima convertere in requiem tuam quia dominus benefecit
tibi. Non enim patieris ista amplius neque videbis nisi promerueris huc usque cum [illegible]
dei [illegible]. Ammodo amicorum eius videbis gloriam. ~~Sed ergo~~ Hic anima perdidit fetorem

Cumque ipsa anima sequeretur angelum se precedentem, et non longe pergentes
fetor evanuit et destructis tenebris lumen apparuit fugatoque timore ad se-
curitatem rediit. Et deposita tristicia preterita anima repleta est gaudio et leticia
ita ~~ita~~ ut semetipsam tam cito mutatam miraretur dicens: Domine mi obsecro
indica michi quid est quod tam cito mutata sum. Etenim nunc ceca et modo video, tristis et modo leta, pas-
sa per totam viam intollerabilem fetorem nunc vero sentio odorem iocundum et formidolosa fui nunc autem
gaudens et secura sum. Cui angelus dixit: Benedicta sis, non mireris, hoc est namque
mutatio dextere excelsi. Per aliam enim viam debemus redire in regionem nostram. Tunc ergo videbit
[illegible] et sequere me. Euntes autem viderunt murum nimis altum et infra murum ex illa parte qua ipsi
venerant erat plurima multitudo virorum ac mulierum pluviam et ventum sustinentium. Et illi erant
valde tristes famem et sitim sustinentes, lumen tamen habebant et fetorem non sentiebant. Interrogavit
autem anima: qui sunt isti qui in tali morantur requie? Respondit angelus: Isti
sunt mali sed non valde mali; honeste quidem se observare studuerunt, sed bona temporalia
que debuerunt pauperibus largiri non sic. Et ideo per aliquos annos pluviam merentur
et postea ducentur ad requiem bonam. Hic venit ad campum odoriferum

Euntes autem paululum venerunt ad portam que sponte aperta est eis, quam cum intrassent viderunt campum pulchrum odoriferum
floribus insitum lucidum et satis amenum in quo multitudo animarum quam dinumerare nemo
poterat. Et erat illa multitudo virorum ac mulierum exultantium et nox ibi non erat
neque sol occidit ibi et ibi fons aque vive. Anima vero post talem tantamque magnam amaritudinem
quam antea sustinuerat modo specie campi nimium delectata dulcedine talem prorupit in vo-
cem: Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum, qui de porta mortis liberavit me, [illegible]
[illegible] consortio sortis sanctorum. Nunc ego cognosco veraciter
[illegible] misericordiam [illegible] quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascen-
dit verba sacre scripture que oculus non vidit [illegible]. Adiecit quare rogo anima et respondit
que preparavit deus diligentibus se. Et [illegible] dixit: Hii non valde boni qui de
et fons iste quod nomen habet? Respondit angelus et dixit ei: [illegible]
[illegible] ex ipsa non sunt [illegible] gloriam sanctorum [illegible] que vides vo-
catur vivens. Anima quam biberit ex hac aqua vivet in eternum nec sitiet ultra. Hic vidit duos reges satis notos

Et procedentes paululum viderunt notos sibi satis inter quos Cantu et Thomas
et Donachus reges. Quos cum vidisset ille admirans ait: Quid est domine quod video?
Isti duo viri dum vita essent valde crudeles et inter se discordes inimici. Et quo

i. fidata

videbo hic venire. Anima quomodo sic. Respondens angelus dixit: Hii ante mortem penituerunt in morte tamen, ideo ad culpam non imputatur eis. Ille enim rex Conchobar diu languit et votum vovit quod si evaderet monachus fieret. Alter autem per multos annos reliquum vinculis omnia quecumque habuit dedit pauperibus. Et ideo iusticia eius manet in seculum seculi. Sed cum caritatibus omnia hec vincentibus ~~et progressi~~

Hic vidit regem Cormachum

Cum autem modicum procederent viderunt domum mirabiliter ornatam, cuius parietes et omnis structura ex auro et argento erant et ex omnium lapidum preciosorum generibus. Fenestre ibi non erant nec ostium, sed tamen omnes qui intrare volebant intrabant. Erat enim domus intus tam splendida ut si ibi non unus sol sed multi soles splenderent. Erat ipsa domus satis ampla nimis et rotunda multisque columpnis nitens fulta. Et cum auro et lapidibus preciosis totum eius vestibulum erat stratum. Sed illa anima talibus delectata edificiis circumspiciens vidit unum sedile aureum cum gemmis et sericis omnibus ornamentis ornatum et vidit dominum regem Cormachum in ipso throno sedentem vestitum talibus vestimentis qualibus nec ipse nec aliquis regum terre unquam vestiri potuit. Cum igitur ipse admirans aliquantulum staret, venerunt plurimi in illam domum cum muneribus ad regem et offerebant ei singuli munera sua cum gaudio. Et cum diutius ante regem dominum suum starent, venerunt multi sacerdotes levite vestiti solempniter parati ad missam cum sacris vasculis et indumentis aliis valde bonis. Et ornabatur undique domus regia mirabili ornamento. Ponebant enim cyphos et calices aureos et argenteos et eburneas pixides super parapsides et tabulas. Et sic domus ornabatur

Ita ut si maior gloria in regno dei non esset illa sufficere posset. Omnes ergo qui ministrabant veniebant ante regem et flectebant genua sua coram eo dicentes: Labores manuum tuarum quia manducabis etc. Tunc anima dixit ad angelum: Miror mi domine unde huic domino meo tot ministri circa nos, nec unum de suis dum esset in corpore possim cognoscere. Non sic isti, ait angelus, de eius familia quam habebat dum esset in corpore. Nonne audis, ait, quomodo isti clamant dicentes: Labores manuum tuarum quia manducabis.

Isti sunt enim omnes quos vides ipsi pauperes et peregrini quibus rex largiebatur bona temporalia dum esset in corpore, et ideo per manus eorum retribuitur ei merces eterna sine fine. Vellem enim scire, ait ipsa, dux meus, iste non est unquam passus tormenta postquam exiit de corpore? Respondit angelus: Passus est et cotidie patitur et adhuc patietur. Et adduxit per spacium paululum: Et videbimus eius tormentum. Et cum non diu expectarent, obscurata est domus et omnes habitatores illius contristati sunt et conturbati, et rex flevit et surrexit et exivit. Atque illa anima sequebatur eum, vidit hanc multitudinem quam intus videbat antea expansis manibus in celum devotissime deprecantem deum dicentes: Domine deus omnipotens, sicut vis et scis miserere servitui tuo. Et respiciens vidit ipsum regem in igne usque ad umbilicum et ab umbilico sursum cilicio indutum. Ait autem anima ad angelum: Quandiu iste animus hoc patietur? Et angelus: Cotidie per tres horas patietur et per spacium viginti et unius horarum requiescit. Anima: Quare hoc et non aliis dignus iudicatur suppliciis? Angelus respondit: Ideo igne patitur usque ad umbilicum quia legitimum coniugii sacramentum maculavit. Et ab umbilico sursum patitur cilicium quia iussit interfici comitem iuxta sanctum Patricium et periurium est in similiter

Receptis hiis duobus autem cuius dimissa sunt crimina. Et post hec ait: Ascendamus, inquit. Cum paululum processissent viderunt murum altum valde et preclarum.

Erat enim murus argenteus et splendidus valde atque decorus. Et quod ibi nulla in eo apparebat porta nescientes tamen quo duce eam introducti potentia intrant. Intus aspiciens vidit choros sanctorum consonantium et dicentium: gloria tibi deus pater, gloria tibi fili, gloria tibi spiritus sancte. Hii vero qui cantabant viri et femine erant vestiti candidis vestimentis et preciosissimis. Erant pulcherrimi sine ulla macula et ruga, iocundi et hilares, gaudentes semper et exultantes et in laude sancte semper trinitatis perseverantes. Candor autem vestimentorum erat sicut nix recens perfusus radio solis. Voces vero diverse consonantes quasi musicum melos reddebant sonos. Claritas, iocunditas, amenitas, hilaritas, pulchritudo, honestas, sanitas, eternitas, unanimitas omnibus erat equalis et mutua. De odore illius campi quid dicam, cui quicquid comparabat cunctorum odoramentorum et aromatum species, ille dulcissimus et odorabilis odor. Nox ibi non erat. Tristicia aberat et dilectione mutua serviebant. Tunc ait anima: Placeat, domine, ut cum hiis maneam, obsecro. Respondit angelus: Deus sit tibi licet ista sint magna, videbis tamen maiora sicut prima. Et anima: Domine, ait, quales sunt ista omnia? Ad quam angelus dixit: Hii sunt coniugati illorum videlicet et illarum qui maritalem thorum illicita adulterii macula non coinquinaverunt, sed familias suas bene regebant. Et bona sua temporalia pauperibus et peregrinis et ecclesiis tribuebant. Hii merebuntur audire vocem dominicam dicentem: Venite benedicti patris mei percipite regnum et cetera. Esurivi et dedistis michi manducare et cetera. Hii expectantes illam beatam spem et adventum glorie magni dei et salvatoris nostri Ihesu Christi consolantur. Utile regnum gaudebit sine fine et adiungit magnitudinem et legitimum coniugii sacramentum. Et bene qui fruatur illud utile regnum gaudebit sine fine. Et adiunxit: Oportet nos adhuc ascendere et illa que superius sunt videre. Et anima: Domine, inquit, si convenientem graciam donaveris tuis, fac me cum ista requie permanere. Nolo enim aliquid si tua fuerit voluntas ascendere. Sed cum ipsis transitum mecum permanere. Non quero nec opto nec melius hic desidero. Et post hec dictum conspecti non modicum laboraverunt. Videbatur namque magnus labor et quos hunc de omnibus terminis pertransibant declinans capitibus et letis vultibus cum summo gaudio anime occurrebat. Et eadem ipso nomine vocantes salutabant et quod eum gubernaverat glorificabant. Et cetera. Hic venit ad altiorem murum

Cum ergo hec plurimos pertransissent apparuit eis alius murus non altus ut prior, de auro purissimo ita ut magis delectaretur anima de solo nitore metalli quam de universa que ante viderat gloria. Sed cum simul ipsum processissent illum ut primum apparuerunt eis plurima sedilia de auro et gemmis et universis preciosis lapidibus gradibus constructa et preciosissimis sericis coopta. In quibus sedebant viri et femine vestiti sericis et stolis albis et universis ornamentis qualia nec oculus vidit nec auris cognoscere potest. Erat enim facies eorum singulorum splendida ut sol et capillos habebant aureos et coronas in capitibus habebant aureas gemmis ornatas. Sed et lectoralia coram eis erant posita quibus erant libri suppositi cum aureis litteris scripti et cantabant duo alleluia in tali cantu ut ceterorum obliviscerentur precedentium. Steterunt igitur in loco ubi hec audiebat delectata. Tunc ait angelus: Isti sunt sancti qui pro testamento dei. Isti sunt monachi qui per aliquod tempus carnis desideria persolverunt reliqua vite temporalis in fine dei sine martirium patientes seipsos cum viciis crucifigebant. Sobrie iuste et pie devicerunt et ideo coronas triumphales habere meruerunt.

Vlterius vero anima curiosius circumspiciens vidit quam castra et papiliones plurimas purpura et bysso, auro quoque et argento et serico mira varietate consertas, in quibus cordas et organa et tympana quoque et citharas cum organistis et cymbalis canentes reddere quoque omnia ~~[illegible]~~mentorum genera suavissimum sonum l' instru audiebat. Anima ait ad angelum: Ista tentoria et papiliones quare sunt animarum? Et angelus: Ista sunt monachorum inquit et sanctimonialium rectos qui commissam obedientiam suis prelatis hilares impenderunt, atque devoti qui magis sub esse gaudebant quam preesse, qui pro[illegible]tate propriam relinquentes alicuius voluntati obtemperarunt, ut veraciter dicere valeant: Imposuisti homines super capita nostra, transivimus per ignem. Qui celestia dona sunt corporum casta pure et prohibuerunt linguas a malo, ut domino dicere valeant: Obmutuimus et humiliati sumus et siluimus alicuius et auditu auris audivimus. Hii sine defectione deo omnium bonorum largitori laudes decantant. Et anima: Sicut placet volo prius intrare et illa que intus sunt videre. Et angelus ait: Complacet quod ut videas et audias ipsos, sed non intrabis ad eos. Isti namque vivunt coram trinitate sancta. Et si quis est qui ad eos intraverit, omnium immemor preteritorum, obtinebit, non disiungetur a consortio sanctorum. Inspicere virgo fuit et quasi meatum chorus angelorum. Et accedentes propius viderunt usque sanctos monachos qui angelis assimilabantur, quorum vocis suavitatem et dulcedinem omnium musicorum superabant. Et licet omnes anime quas in aliis locis viderat fulgore choruscabant nimio, splendor hic ipsorum et odor universam gloriam superabat. Porro firmamentum cum quod super caput eorum erat multum splendebat, de quo pendebant cathene auree virgulis intermixte argenteis pulcherrima varietate contexte. De quo pendebant cyphi et phiale, cymbala et tintinabula et campanule auree, inter quas maxima versabatur multitudo angelorum volantium et aureas alas habentium, qui levi volatu inter eas ad lectos volantes dulcissimum et suavissimum reddebant sonum.

Cum igitur anima hiis delectata visionibus vellet ibi stare, dixit angelus ei: Respice. Et respiciens vidit unam arborem latissimam et maximam frondibus et floribus viridissimam, omnique frugum generibus fertilissimam. In cuius frondibus aves multe diversorum colorum et diversarum vocum cantantes et organizantes morabantur. Sub cuius ramis etiam lilia et rose multe nimis et cetere species odoriferi generis oriebantur. Erant autem sub eadem arbore multi viri et femine in cellis aureis et eburneis et ipsi sine cessatione laudabant deum pro universis donis et beneficiis suis. Et habebat unusquisque auream coronam in capite suo mirabiliter ornatam et sceptrum aureum in manu sua tenebat, et erat vestitus talibus vestimentis qualibus induti monachi ante fuerant. Anima autem conversa ad angelum ait: Que est ista arbor et qui sub ea sunt anime? Quid boni agebant dum in corpore erant? Et angelus: Hec arbor typus est sancte ecclesie, et isti qui sub ipsa sedent viri et femine, qui constructores extiterunt et defensores status ecclesiastice, pro bonis que sanctis largiebantur ecclesiis ipsarum fraternitati coniuncti sunt, et per illorum admonitionem secularem hominem deposuerunt, sobrie et iuste et pie vivere in hoc seculo expectantes beatam spem, que ut scis eos non confundit. Et addidit: Compensavimus.

Cum processissent viderunt murum altitudine pulchritudine dissimilem aliis et splendore. Erat namque ex omni lapidum preciosorum genere constructus variis coloribus metallis interpositis, ita ut mirum videretur. Hec pro tegmento lapides autem eius erant cristallus et crisolitus, berillus et iaspis, iacinctus, smaragdus, saphirus, topazius et cetera huiusmodi. Filii hominis miris splendentibus lapidibus multo in sui amore videntium mentes provocabantur. Ascendentes igitur mira videre ibi que prorsus dubio oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Videre namque ibi novem ordines beatorum spirituum, videlicet angelos, archangelos, virtutes, principatus, potestates, dominaciones, thronos, cherubin et seraphin. Audierunt enim verba ineffabilia que non licet homini loqui. Tunc dixit angelus ad animam: Audi filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui et concupiscet rex speciem tuam. Quibus dictis cunctis patet qualia amenitatis, consolationis, dignitatis, sublimitatis sit interesse choris sanctorum angelorum, prophetarum, patriarcharum, eterne laudabilem numerum. Beata vero candidatum chorum virginum audire novum canticum, felicissimum aspicere prophetarum choros, confessorum mereri consortium, et quod precellit omne gaudium eum qui panis est angelorum et vita omnium sentire clementem et pium. Ab illo ergo loco de quo tunc stabant non solum omnem quam ante viderant gloriam, verum etiam predictorum supplicia penarum, et quod magis mirandum, orbem terrarum quasi sub uno solis radio videre valebant. visum Non enim valebat quidquam creature obumbrare cui semel concessum est creatorem omnium videre. Et miro modo eos circumstantes de eodem loco non se revertentes de aliam partem stantes in eodem loco et ante et retro positos videbant. Non solum autem visus, sed etiam sciencia dabatur insolita, ita ut non foret opus eis interrogare amplius. Sed ea omnia sciebat aperte et intelligeret quecumque volebat.

Cum autem sic esset, affuit ei sanctus Ruadanus confessor cum magna leticia salutans eum et amplectens intime caritatis visceribus aiebat: Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc nunc et usque in seculum. Ego sum Ruadanus patronus tuus cui nunc debitor es sepulture. Et cum hec dixisset subsistit et nichil dicens amplius.

Illa vero respiciens vidit sanctum Patricium Hyberniensem apostolum cum magna turba episcoporum, inter quos quatuor notos sibi vidit episcopos, videlicet Celestinum Ardmacanum archiepiscopum, cum predicto viro successit, et Malachiam archiepiscopum, qui Rome tempore Innocencii pape veniens ab ipso legatus et archiepiscopus constitutus est. Qui omnia quecumque habere potuerit sanctis cenobiis et pauperibus tribuebat. Hic construxit quinquaginta quatuor congregationes monachorum, canonicorum, sanctimonialium, quibus omnia necessaria tribuebat, nichil sibi reservans. Ibi etiam vidit Christianum Lismorensem episcopum, fratrem ipsius Malachie, virum mire continentie vite et voluntarie paupertatis amatorem, et Nehemiam Cluanensis civitatis antistitem, virum simplicem et modestum, sapientia quoque et castitate pre ceteris fulgentem. Hos quatuor cognovit episcopos. Erat quoque inter illos unum sedile mirabiliter ornatum in quo nemo sedebat. Dixit autem anima: Cuius est istud sedile aut quare sic vacat? Respondit ei Malachias: ista est sella cuiusdam de fratribus nostris qui nondum migravit a seculo. Et cum migraverit, de tali sedebit.

Cum igitur in hiis omnibus anima esset delectata nimium Affuit ei ange-
lus qui eam antecedebat et blande alloquens eam dicebat Vidisti hec
omnia Illa dixit ait vidi domine Obsecro sine me hic esse Et ange-
lus debes modo ad corpus redire Et omnia que vidisti ad utilitatem pro-
ximorum memoriter retinere Quod cum anima audisset quod ad corpus oporteret eam
redire Cum magna lacrima et fletu Respondit Ait domine quid tantum mali egi vere
ut ad corpus meum relicta tanta gloria iterum redire debeam Iterum Ait Ange-
lus non merentur intrare gloriam nisi virgines qui corpus suum a tactu mulierum
concupiscencie custodiunt et adiunt nunc quam coniugalia temporis concupiscencie voluptatibus
malunt Tu vero non iussis scripturis credere verbis et ideo hic non potes manere Redi te
ad corpus tuum unde venerat et stude abstinere ab hiis que ante faciebas Consilium nos-
trum fit et auxilium tibi non deerunt sed fideliter manebunt Et cum hec dixisset ange-
lus quesita est anima et cum more cunctantium se sensit cum se mole corporis gravia-
tam Nullum enim intervallum nec unius temporis sensit inter momentum Et
in eo quo tempore primum celestibus loquebatur ad angelum et intra se
sensit induerit corpus suum Tunc debilis corporalibus aperuit oculos et suspiravit
intellexit quod circum Respexit circumspiciens Sumens ergo corpus dominicum cum
gratiarum actione omnia que habuit pauperibus tribuit et signum sancte crucis
suis vestimentis quibus vestiebatur supponi iussit Multa vero que viderat nobis
postmodum recitavit Et bonam vitam nos ducere monuit verbumque dei quod ante
nesciverat cum magna devocione et humilitate predicabat Sed nos quia vitam
ipsius imitare non possumus hec saltem ad utilitatem legendo scribere studuimus
Unde nos virgo o preclara et humilima ac devotissima pietate precamur clemencia
ut michi licet indigno memoriam in vestris habeatis oracionibus quatinus illi
placeamus qui semper est nunciis que ante dominum Ihesum Christo domino nostro
Cui est honor et gloria in secula seculorum Amen

~~Explicit visio tungdali~~ Deo laus honor et gloria Amen Etc.

Ego frater Alfonsus boni hominis hyspanus hunc libellum antiquissimum qui nuper
casu devenit ad manus meas (fuerat enim tot temporibus occultatus) nova trans-
latione de arabico in latinum per me interpretatum prius vobis [illegible] transmitto.
Arabes autem et qui inter iudeos multum florentur illi qui arabicam optinent peri-
tiam linguae. Tamen quia ille liber fuit antiquorum philosophorum scientiis copiosus. Tamen quia [illegible]
exponit paucas iudeis [illegible] paucioribus capitulis nostris scribunt continuis semper [illegible] vo-
luerunt aliqua omittere. Quia etiam et tamen ut estimo iste iudeus licet [illegible] auctor huius
libri ipsum non hebraice scripserit sed in hebraico annotavit. Sed oportet quod tamen vel aliqua
[illegible] revelentur. Nam ipse [illegible] salvatoris. Ego vero in transferendo ipsum auctoritates biblie ab isto
iudeo inductas scripsi de verbo ad verbum de arabico prius et latino non ut habetur in nostra translatione ut
habetur secundum beatum Iheronimum. Sed prout iste iudeus scripsit et composuit istud opus
et hoc feci ne aliquis michi imponeret quod ego in textu presumpserim aliquid addere vel minuere
aut etiam diminuere. Et semper erunt omnes qui sciunt arabicum michi testes. Ego hoc dico quod iste
iudeus multas translationes non sequitur ut processu videbitur. Hic autem ut modo oportuit
ipsum exponere in latino prout ipse loquitur in arabico cuius modum loquendi quantum potui ~~posse~~
[illegible] observando. Aliud non [illegible] cuius sed corruptori libri sui nullo possem [illegible]
[illegible] si viderint istum librum in utraque lingua scriptum totum [illegible] si viderint quod
auctoritates in latino ab eo descripte in arabico discordarent. In nomine domini nostri [illegible] quo-
[illegible]. Incipit epistola de arabico translata in latinum per fratrem ~~Alfonsum boni~~ hominis hyspanum
ordinis sancti Augustini que epistola [illegible] et ad quod [illegible] eius et narratio
[illegible] plenius declarabimus in titulo qui est. Epistola quam scripsit magister Samuel is-
raelita [illegible] de Feth civitate [illegible] marrochitana ~~ad rabi ysaac~~ magistrum synagoge que
est sub dicione in regno predicto. ~~Custodiat te deus~~

Capitulum primum

Custodiat te deus o frater ~~et~~ permaneat te faciat quousque terminetur captivitas
ista nostra et appropinquat spes nostra et congregetur ista dispersio nostra. Et significet
deus [illegible] super [illegible] nostra ~~[illegible]~~ Nam cupidus sum quod plus certitudinis
[illegible] et tu [illegible] nostra spes certificationem de dubiis legis
scientie nostre temporis [illegible] et [illegible] principii doctrine hic copiosam
[illegible] rationibus [illegible]. Super quibus sum cupidior [illegible] timor
[illegible] cordis mei super illa que legis [illegible] et prophetarum. Super quibus [illegible] volo
[illegible] ad [illegible] sapientia tua et mitto [illegible] libellum [illegible] deo volente
[illegible] et de dubiis declarari ~~[illegible]~~

Capitulum secundum

Desidero domine mi certissime quod tu cum tu scientia legis et prophetarum. Quare nos iudei
Electos igitur equos adduci continuo et obsequium regale et ydoneum precedere eum imperavit quocumque vellet procedere permisit. Diligenter precipiens ministris eius ut nichil fedum in occursu eius venire sinerent. Sed omne bonum et iocundum sibi demonstrarent et choros plaudentes in viis et omnem generis musicorum eum antecedere et varia delectacionis spectacula facerent. Et ut in hiis mentis eius venerat et iocunditas. Igitur sic frequentans processiones regis filius contigit quadam die obviam ministris duos viros quorum unus leprosus alter cecus erat. Quos videns contristatus est animo et dixit his qui secum erant: Qui sunt isti et qualis eorum aspectus? Famuli illi non valentes quod videbat occultare dixerunt: Passiones iste sunt humane que ex materia corrupta et corporis mala complexione hominibus solent accidere. Et ait adolescens: Numquid ista omnibus hominibus solent accidere? Dicunt illi: Non omnibus sed quibusdam subvertitur sanitas ex humorum malorum habundantia. [illegible] ergo [illegible] cognovit conver- Ergo non est quos apprehensura sunt illa mala aut indefinite et improvise superveniunt? Dicunt illi: Et quis hominum cognoscere futura valet? Quievit quia hoc enim naturam superexcedit humanam. [illegible] enim dies [illegible] interrogationibus et cessavit penitus interrogare. Ergo hoc autem quod videbat doluit et mutata est facies vultus eius propter inconsuetudinem rei. Post multos vero dies iterum egrediens reperit senem antiquum dierum multorum rugatam habentem faciem, dissolutis cruribus et dorsum inclinatum, toto capite canum, carentem dentibus et balbutiendo loquentem. Stupefactus igitur assistit ei et prope adducens interrogat visionis miraculum. Comites autem dixerunt: Iste iam existit plenus dierum et paulatimque diminuta sibi virtute et deficientibus membris ad hanc quam vides pervenit miseriam. Et quis est, inquit, huius finis? Dixerunt: Mors eum suscipiet. Et ait: Numquid et nec omnibus hominibus an quibusdam tantum [illegible] n mors [illegible] hinc homines [illegible] improvise et succedentibus annis non venire ad istum statum experientia dixit ille. Igitur in quot annis supervenit hec et si penitus mors advenit vel non est ars hanc evadendi qui ad hanc pervenerit miseriam? Dicunt ei: In octoginta vel in centum annis ad hanc senectutem deveniunt homines, deinde moriuntur, nec aliter fieri potest. Ingemiscebat igitur de profundo corde et ait: Amara est vita ista et omni dolore et amaritudine plena si hec ita se habent. Quomodo securus esse poterit aliquis mortem incertam postulando cuius adventus non solum ignorabilis sed certus est sicut dicitis. Et abiit intra se ista semper volvens et incessanter cogitans et frequenter habens in memoriam et ob hoc in doloribus et tristitiis [illegible] habebat [illegible]. Dicebat enim in semetipso: Ergo me mors aliquando apprehendet et quis erit memoria mei futuris temporibus oblivioni omnia tradente? Et si moriens in nichilum dissolvar? Aut est aliqua alia vita aliusque mundus? Hec et his similia cogitans pallidus tabescebat. In presentia tamen patris si quando ad eum veniebat hilaritatem fingebat et latenter desiderabat autem et estuabat aliquem qui posset cor eius certificare et sermonem bonum auribus eius infundere. Et ipse super hoc pedagogum prefatum consulit dicens: Si quem talem cognosceret. Iste inquit: Dixi tibi iam quomodo pater tuus sapientes et heremitas illos qui contemplantur de talibus alios interemit alios persecutus est et non cognosco talem quemquam in hac regione remansisse. Ille aut super hiis istius astabat. Videns quod magnum thesaurum amiserat et ad eius conquisitionem totam mentem convertit. Capitulum

De adventu Barlaam ad eum sub umbra negotiatoris

Fuit eo tempore quidam monachus divina sapiens vita et sermone ornatus, qui deserte terre Senaar cellam sibi fecerat, et huic Barlaam nomen erat. Hic vero revelatione divinitus sibi facta cognovit que circa regis filium agebantur. Cum egressus de heremo ad seculum descendit et mutato habitu suo vestimentis secularibus indutus ascendit navem ad partes Indie perveniens. Et negotiatorem esse se fingens applicuit ad civitatem in qua regis filius palacium habebat. Ubique dum commoratus inquirebat diligenter de eo et de sibi ministrantibus. Ut autem didicit predictum pedagogum ceteris ei familiariorem esse, accedens ad eum seorsum ait illi: Cognoscere te volo, domine mi, quoniam ego negotiator sum et de remota regione valde huc veni, et est mihi lapis preciosus cui similis ~~alicubi non alicubi~~ alicubi inveniri non possit. Rogo ut me introducas ad filium regis et dabo illum illi. Valet quippe et cecis corde lumen visionis sapientie largiri, Surdis aures aperire, mutis vocem reddere et sanitatem infirmantibus exhibere, Stultis sapientiam dare, demones effugare et omne quod bonum est et amabile largiri se possidenti. Et hunc dixit ad eum pedagogus: lapides eximios et preciosas margaritas usque nunc enarrare possum quot viderim habentes, verum tales virtutes quales dixisti neque vidi neque audivi. Tamen ostende mihi ipsum, et si est sermonibus tuis conformis, mox inferam hunc ad filium regis et honores quam maximos et munera suscipies ab eo. Barlaam vero ait: Lapis iste preter prefatis operationibus et virtutibus adhuc et istam habet virtutem: non valet eum contemplari fortuito qui sanam non habet oculorum visionem et integram castitatem corporis et nullis coinquinatum viciis. Si quis ista duo non bene habet, temerarie respiciens lapidem preciosum istum et ipsam quam habet visibilem virtutem et mentem perdet. Considero autem oculos non sanos esse et vereor ne visum quem habes amittas. Et ego tibi sum medicinalis cognitor existens. Filium autem regis vitam audivi ducere pudicam et oculos pulchros et sanos et clare videntes habere. Unde et apportavi illi thesaurum istum ostendere confisus sum. Tu ergo non negligens de hoc dispicias neque re tali dominum tuum prives. Ille autem dixit: Si sic ista se habent, noli mihi lapidem ostendere, in peccatis multis vita mea sordidit neque visu incolume fruor sicut dixisti. Et ingressus diligenter omnia filio regis nunciavit. Ille autem cum hec audivit leticia quadam spirituali sensit cor suum affici et anima illius divinitus illustrata est. Iussit autem statim introduci virum. Qui cum ingressus salutavit eum, Tunc precepit eum sedere et pedagogum abscedere. Quo recedente dixit Iosaphat: Ostende mihi lapidem de quo quedam magnifica te dicere meus narravit pedagogus. Ad quem Barlaam: Nisi prius experimentum tue capiam prudentie, non congruum est tibi hoc misterium revelare. Ait enim dominus

Exiit qui seminat seminare. Et cum seminat alia quidem ceciderunt circa viam et venerunt volucres et comederunt. Si ergo terram invenero certe fructiferam et bonam non tardabo in divinum seminare semen et magnum misterium tibi revelare. Dixit quidem ad eum Josaphat: Ego quidem venerande senex desiderio quodam et amore incomprehensibili queso sermonem audire novum et bonum quia ignis in corde meo exardescit fortiter me incitans ad discendas quasdam magnas questiones. Nondum hactenus hominem inveni qui de hiis mihi posset ministrare. Et si invenero sapientem aliquem et audiero ab eo verbum salutis neque volucribus celi escam sive bestiis dabo neque petrosa neque spinosa terra apparebo sed suscipiam et servabo sapienter. Tu vero si tale quid nosti non abscondas a me. Et indica mihi. Nam postquam audivi te de terra longinqua venisse sensit anima mea et bone spei factus sum quia per te quod diu desideravi assequar et statim mox ingredi feci te ad me libenterque suscepi quasi aliquem de familiaribus meis et coetaneis. Si tamen non de spe mea fallar. C so

Narratio eius de rege humiliante contra reprehensorem indignantem

Tunc Barlaam ait: Hoc bene fecisti dignumque te ostendens magnificentie quod non apparentibus sed in abscondito fixus es spei. Nam quidam rex fuit magnus et gloriosus et factum est procedente illo in curru deaurato cum regali obsequio obviasse illi duos viros attritis et sordidis indutos vestibus attenuatos macie et pallidas facies habentes. Ut ergo rex vidit illos desiliens confestim de curru et in terram procidens adoravit. Et surgens amplexatus est eos et affectuose osculatus. Magnates vero illius ac proceres de hoc indignati sunt indecens arbitrantes eum fecisse indignum regali gloria. Non tamen ausi in faciem illum reprehendere germano fratri eius suggesserunt ut ei loqueretur ne excellencie diadematis tantam inferret contumeliam. Cum autem frater ista dixisset et eius humiliationem reprehendisset, ei rex responsum dedit quod tunc ille non intellexit. Consuetudo autem illi regi erat ut quando mortis sententiam dictabat preconem suum ante ianuam illius cum tuba huic officio deputata mitteret. Cuius voce cognoscebant omnes mortis reum illum esse. Vespere ergo veniente misit rex buccinam mortis tubicinare ante ianuam fratris sui. Quam cum audisset ille de salute desperans tota nocte sua disposuit et summo diluculo nigris ac lugubribus indutus vestibus cum uxore et filiis pergit ad fores palatii flens et lugens. Quem rex ad se ingredi fecit et videns eum lugentem ait: O stulte et insipiens, si tu sic timuisti preconem germani fratris tui adversus quem te nichil deliquisse cognoscis, quomodo me in reprehensionem induxisti quia in humilitate salutavi et osculatus sum precones dei mei sonorabilius tuba mihi mortem significantes et terribilem domini occursum, cui multa et magna meipsum peccasse conscius sum. Ecce denique tuam arguens insipientiam isto usus sum ingenio, nunc vero et illorum qui te ad mei sumiserunt reprehensionem arguere curabo et ita eum instructum domum remisit. Precepit autem fieri de lignis quatuor arcellas et duas quidem undique auro cooperiens ossaque mortuorum putencia mittens in eis aureis obfirmavit seris. Alias vero duas pice et bitumine liniens implevit lapidibus preciosis et inestimabilibus margaritis et omni unguentorum odoribus funiculisque ciliciniis constrinxit astrinxit. Demum accersiri fecit reprehensores suos magnates scilicet illos et querentes et posuit ante eos illas quatuor arcellas ut estimarent quanto quidem iste quanti vero ille precio sit digne. Illi namque deauratas magni precii iudicaverunt. Expedit enim continere in ipsis diademata regalia et zonas. Que vero illite pice et bitumine essent vili quidem et exili precio ~~sunt digne~~ dignas dixerunt. Rex autem dixit ad illos: Sciebam et ego talia vos dicturos: exterioribus enim oculis exteriora cernitis et tamen non ita oportet facere. Sed interioribus oculis interiora recondita expedit videre sine honorem sine contumelia. Et mox precepit ut aperirentur arcelle deaurate. Ex quibus reseratis dirus fetor exhalavit et fetidissimus visus est aspectus. Dixit ergo rex: Iste typus est eorum qui splendidis quidem et gloriosis induuntur vestimentis et potencia elati sunt. Sed intrinsecus mortuis ac fetentibus malignisque operibus repleti sunt. Deinde piceatas et bituminatas precepit dissolvi et aperiri. Cunctos qui aderant letificavit eorum que intus erant splendore et odore. Tunc ait ad eos: Ceteris quibus similia sunt ista humilibus illis qui vilibus operti sunt cautis vestimentis, quorum vos exteriore attendentes habitu contumeliam putastis meam cum faciem eorum in terram ad orationem. Ego vero interioribus oculis intelligenciam illorum et decorem considerans maxime glorificatus sum quod horum tactu omnique corona et regali omni sua purpura preciosiores istos existimavi. Illos igitur confundens docuit ne errarent in hiis que foris apparent, sed interiora attenderent. Similiter itaque ita pium et sapientem regem tu quoque fecisti bone suscipiens me, quod te non decipiet, sicut ego estimo. C||

Instructus Iosaphat de cultu veri dei

Dixit ad eum Iosaphat: Hec omnia bene dixisti. Sed volo scire quis est deus tuus, quem de fere illo dixisse asseruisti. Cui Barlaam: Si vis dominum meum agnoscere, ipse est unigenitus dei filius, Rex regum et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem, cum patre et spiritu sancto glorificandus. Non enim ego de illorum sum numero qui multos istos deos inanimatos et surdos colunt. Sed unum cognosco et confiteor esse deum in tribus personis glorificandum, patre scilicet et filio et spiritu sancto, una natura et gloria et regno indiviso, qui cuncta visibilia et invisibilia fecit de nichilo. Tunc incepit seriem sacre historie narrare ei, qualiter deus creavit mundum et qualiter diabolus hominem invidia seduxit ad ymaginem dei factum et qualiter crescente malitia hominum deus induxit super terram diluvium qualiter etiam homines post diluvium multiplicati et deum obliti sunt et in omnes corruptiones et errorem dispersi sunt. Alii namque posuerunt cuncta sponte sua fieri et sine gubernatore regi. Alii fortune imputaverunt totum fato concedentes. Alii plures deos coluerunt ancropos ut haberent eos auctores suorum actores quorum etiam formas figurantes statuas erexerunt et concludentes in templis ~~adorav~~ adoraverunt. Abraham vero solus in illa generatione inventus est qui sensu creatorem deum per creaturas agnovit quem etiam deus sibi familiarem fecit. Eiusque progeniem multiplicans et populum sibi peculiarem nominans de servitute egyptiaca per multa signa et prodigia liberavit. Dataque lege per moysen in terram bonam quam abrahe promiserat introduxit multaque magnalia gloriosa atque prodigia eis ostendit propter que omnia ad studium fiunt ut ab omni execrabili ydolorum servitute et actione genus hominum abstraheret et ad antiquum statum reduceret. Sed adhuc regnavit in hominibus mors tyrannide dyaboli condempnatoris inferni omnia transmittentis. In tali ergo miseria constitutos deus qui de nichilo nos creavit non despexit sed per voluntatem unigenitus misericors condescendens de virgine natus est et .xxx. annis cum hominibus conversatus multisque miraculis glorificatus crucem et mortem passus est ut nos a passionibus liberaret. Tercia vero die resurgens corporaliter post xl dies celos ascendit ubi sedet ad dexteram patris inde venturus est iudicare vivos et mortuos et unicuique reddere secundum opera eius. Postquam vero ascendit spiritum paraclitum misit super discipulos qui ex inde gratia illius in omnes gentes dispersi sunt et fidem orthodoxam predicaverunt baptizantes et mandata salvatoris observare docentes. Nam sciens igitur hostis antiquus delatoris suam bella movet nos excitat suadens salutis adhuc sequi ydolatriam. Ecce tibi dominum meum per manus notificavi quem per factum cognosces si gratia eius susceperis et finis illius factus fueris. Hiis auditis filius regis surgens de throno suo cum gaudio amplexatus est Barlaam et dixit. Fortis iste est lapis ille preciosissimus quem in misterio continens non omni cum volenti ostendes sed quibus sani sunt cordis sensus. Ecce enim ut hec verba suscepi lumen dulcissimum cor meum ingressum est et istud grave tristicie velamen quod diu meo cordi suppositum statim ablatum est. Docuit igitur Josaphat de regno celorum et vitam morientes in nichilum dissolvantur et huius similia Barlaam plenius disserere cepit. De iudicio futuro et dei iudicio de remuneratione quoque iustorum et perdicione impiorum.

¶ Fabula de philomena contra cultores ydolorum

Quibus auditis Josaphat vehementer compunctus totusque lacrimis perfusus ait. Quid me oportet facere ut evadam penas impiorum et inveniam gaudio perfrui iustorum. Bar-

Barlaam respondit: Ante omnia attende ad eum qui vocavit te de morte ad vitam et de tenebris ad lucem visibilium et invisibilium creaturarum noticiam. Nam ignorantia dei pariter cum morte et tenebris et ydolis simul in quibus eras omni soliditate deceptus esse videbatur. Vir sapientissimus quidam similes sunt ydolorum adoratores sagittario qui comprehendit unam e minimis avibus philomena vocatam. Deprehendens igitur cultellum ut occideret eam et comederet, data est philomene vox articulata et ait ad sagittarium: Quid tibi o homo prodest mea perditio? Non enim de me tuum implere ventrem poteris. Sed si me a vinculis liberaveris, tria mandata tibi dabo que si custodieris ex hiis magnam per totam vitam tuam utilitatem consequeris. Ille vero stupefactus illius loquele promisit quod si quid novum audiret ab ipsa mox eam liberaret. Conversa illa ad hominem dixit: Nunquam aliquid coneris apprehendere quod apprehendi non potest. Et ne doleas de re perdita quam recuperare non potes. Et verbum incredibile ne credideris unquam. Hec tria mandata custodi et bene erit tibi. Admiratus autem vir proprium verborum intelligentiam solvens eam a vinculis dimisit liberam avolare. Illa autem volens probare si recognovit vir dictorum verborum virtutem et fructum fecit ex ipsis utilitate, aera volitando dicit ad eum: Ve tibi quam malum consilium hodie habuisti et qualem thesaurum hodie perdidisti. Etenim in visceribus meis margaritam quod struthionis ovum sua vincit magnitudine. Quod audiens ille contristatus est valde penitens quod evasisset philomena de manu sua. Et denuo temptavit illam apprehendere dicens: Veni ad domum meam et omnem humanitatem tibi exhibebo et deinde honorifice te dimittam. Cui philomena dixit: Nunc cognosco stultissime te esse factum, suscipiens namque que dicta fuerunt a me compte et libenter audiens nullum ex eis profectum assecutus es. Dixi tibi ne doleas de re perdita irrecuperabili et ne temptaveris apprehendere impossibilia tibi, et temptasti me apprehendere cum non valeas pergere itinere meo. Insuper dixi ne verbum incredibile credideris, et ecce credidisti in visceribus esse margaritam superantem mensuram ventris mei et non valuisti intelligere quod ego tota non possum pertingere ad magnitudinem ovi struthionis. Sic ergo stulti sunt et illi qui confidunt in ydolis. Operantur enim manibus et adorant que fecerunt digiti dicentes: Isti sunt qui plasmaverunt nos. Quomodo ergo plasmatores suos ab ipsis plasmatos et factos existimant? Sed et servantes eos in custodia ne a furibus rapiantur custodes vocant sue salutis. Ex hac ergo mala generatione et infideli vocavit te dominus dicens tibi: Exi de medio eorum et separa te et immundum ne tetigeris, si salva te de generatione ista. Surge et vade quia non est tibi requies in ea. Si ergo credideris et baptizatus fueris salvus eris; si vero non credideris condempnaveris cum ista que cum his hodie et in quibus credidisti, id est gloria, divicie et delicie et omnibus vite seducte cito transeunt. Et [illegible]

et hunc nolentem et corpus ipse
gaudens pro monumento solum
derelictum omnique destitutum amico-
rum et cognatorum affectu. Dilabe-
entur vero delectationes mundi et infra
foeditatis et putredinis corruptionis
compti decore et bono odore in-
duce. Etiam vero tua mittitur in con-
dempnationem aeternam nisi usque ad
ultimum diem in intimis qui cum ter-
ra suo corrupto corpore exiet
a facie dei et deditur igni ge-
henne sine fine cruciandum. Dixit
ad eum Josaphat: Omnia verba tua
bona et commendabilia sunt quae credidi
et credo omnes quidem idolorum sa-
cramenta ex corde etiam prius ex-
ecratus ad me quasi timidus et dubi-
tantis erga ista sunt se cum me.
Nunc vero perfecto odio odivi dis-
tentus a te claritate illorum et ip-
sorum eorum qui sunt illis. De-
sidero nunc vere filius dei fieri
si tamen non repulerit me indig-
num propter meas iniquitates. Sed
confido quia dimittet in peni-
tentia quia benignus et misericors
est sicut dicis. Etiam ergo pater
sanctum baptismum suscipiam et omnia
quaecumque dixeris michi custodiam.
Quid ergo oportet me facere
post susceptum baptismum et si hoc
solum sufficit credere et bapti-
zari an aliqua alia oportet sa-
tagere manifesta.

Capitulum 7 admonitio facta Josaphat de perseverantia in fide

Tunc respondit ad eum
Barlaam: Sub omni quidem pro-
posito te abstine et edifica
super fundamentum petre fidei veri-
tatem operationum quia fides sine
operibus mortua est sicut et
opera sine fide. Si autem post accep-
tam veritatis cognitionem operibus iu-
stis mortua apprehenderimus opera
ut sicut canis ad vomitum reversi sumus
contingit nobis quod a domino dictum
est: Cum enim immundus spiritus exierit
ab homine per arida videlicet loca am-
bulabat ~~ambulabat~~ per loca magno
aestu et quaerens requiem non invenit, non
ferens autem dimicans sine domo
et sine tecto ... dicit: Revertar
in domum meam unde exivi. Tunc
assumit septem spiritus nequiores se
et ingressi habitant ibi et fiunt novis-
sima hominis illius peiora prioribus.
Dicit ei Josaphat: Igitur quantum ex hac
dominatu subtilitate perpendere valeo
si hanc mundam conservationem post bap-
tismum ... duorum ... transgressione
mandatorum istorum violare me con-
tigerit ab omni mea conversa-
tione et omnis spes mea irrita
fiet. Respondit Barlaam: Noli sic
ista perpendere nam pro salvatione ge-
neris nostri homo factus deus ...
sciens infirmitatem naturae nostrae non i-
bar parte dimisit nos sine medi-
cina languescere. Sed sicut peri-
tissimus medicus libere voluntati nostrae
immiscuit antidotum penitentiae praedicans
istam in remissione peccatorum. Baptismus
... fons lacrimarum; sed magna
donum sed labore et dolore indiget
ubique vero per sanctas vitas omne commune
distinctus et omnia praecepta et parabolas
domini nostri Jhesu Christi. Ex tunc enim coe-
pit Jhesus docere et dicere: Penitentiam
agite, appropinquabit enim regnum caelorum.
Sed et parabola filii prodigi intrat
qui accepta paterna substantia et abiit in re-
gionem longinquam ibique dissipavit totam

luxuriose vivendo. Deinde fame in illa regione facta abiit et adhesit uni malignorum civium regionis illius qui misit illum ut pasceret porcos. Hoc ergo immundum et abhominabile sive notus spiritum. Multum enim tribulatus et ad extrema deveniens inopiam in tantum ut nec de siliquis quas porci comedebant posset ipse(?) ventrem implere. Tandem ad se reversus sua fecit confusione lamentansque dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus etc. Et accurrens pater cecidit super collum eius et osculatus est eum et in priorem restituens honorem fecit solempnitatem in reditionibus eius omnibus vitulum pascualem. Ecce hanc parabolam de penitentibus nobis insinuavit. Insuper de pastore qui habuit centum oves dicit quod una perdita dimisit xcix in deserto et exiit ut perditam quereret et quod inventam in humeris suis levavit et alios qui non erraverunt convocavit amicos et vicinos suos ad epulas in eius inventione. Ecce inquit Salvator maius gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente quam super xcix qui non indigent penitentia. Oportet igitur quod post acceptam notitiam veritatis gustum dulcorem omni virtute observare ne revertamur. Nam valde non expedit. stanti Quoniam multi qui ita corruerunt resurgere non potuerunt. Alii vero iam incipientes et nimis vadentes ulterius ad priorem reverti nequiverunt. Alii vero morte preventi et non ... quomodo priores sordes penitentiis abluere condempnati sunt. Propterea oportet ... Et si contigerit statim consilio oportet et confiteri in bono statu stantem. David propheta dixit: Beatus igitur qui custodiet semper post baptismum mundum ab omni peccato. Nam sic restat penitentia delinquentibus in tunc in labore et fletu et planctu que non frequentius fecerunt. Et ideo mallem ut quod tu custodiens diligenter precepta dei et non declinare ab eis. Ne post indulgentiam peccatorum malorum ... dilectissime domine mi in deum.

Capitulum de exhortatione ad eundem de vita perfectiori

Tunc Barlaam dixit: Audivisti domine mi rex ... desiderabile est sed laboriosum est et valde impossibile ... ignem ... et non firmiter. Difficile ... et nimis ... secularibus ... negotiis et curis ... et in deliciis et divitiis ... mandatorum dei ... et se mundo conformare. Dixit enim Dominus: Nemo potest duobus dominis servire. Et defecerunt patres nostri apostoli ... intrans ... oportet nos ... celorum ... et aliud addiderunt baptismum per sanguinem dico et martirium ... et dominus pro nobis suscipiens baptismum ... imitatores facti ... discipuli et apostoli deinde et omnibus ... cum ... et tyrannis ... Christi nomine ... sustinuerunt crudeles bestiis ... et ignibus exusti atque gladiis interempti ... non ... et sanguis ... omni sanctitate sunt plena

Demones namque potestate eiciunt, insanabilibus vero languoribus sanitatem cum fide accedentibus restituunt. Postquam vero crudeles illi tyranni quieverunt et persecutio quievit, regesque fideles per universum orbem regnare ceperunt, suspirantes filii et imitatores zeli illorum et desiderium divinum habentes, quidam vitam peregrinam et sibimet solitariam ducere studuerunt, et secundum dominicam vocem omnia derelinquentes quasi quidam fugitivi deserta adierunt. Egentes, angustiati et afflicti, quibus dignus non erat mundus. Alii quidem sub divo atque tecto carentes solis estu et rigoribus frigoris et imbribus et turbinibus ventorum affligebantur. Alii vero tuguria figentes, alii speluncis, alii antris latitantes sibi degebant. Sancti ergo viri virtutibus rutilantes omni carnali consolationi et concupiscentie penitus abrenuntiantes erant. Oleribus quoque crudis et herbis ac glandibus cum pane arido et valde sicco sustentabant dietam. Alia tamen de vilibus cibis et aliter fruebantur estibus ut potius vivere possent. Quidam vero totam ebdomadam ieiunantes dominica die cibum sumebant. Alii vero bis in ebdomada [illegible] memoriam habebant. Alii autem post duos dies vespere edebant tantum modicum gustando, orationibus et vigiliis vacabant, angelorum vitam imitantes. Habent ac cellula sua. Alii quidem in omnimodo recessu et solitudine agone pertrahentes, elongantes se ab hominum conversatione toto tempore vite

sue deo appropinquant. Quidam longe ab hominibus cellas habentes diurnis diebus ad ecclesiam una conveniunt et divina misteria percipiunt. Alii vero cenobialem ducunt vitam, qui in pluribus simul congregati sub uno prelato ab omnibus divite degunt, omnem voluntatem suam obedientie gladio occidentes, et quasi servos emptitios se voluntarie comprimentes, non sibimet ipsis vivunt, sed tamen auctori Christi amore se propositis subdiderunt. Familiaris [illegible] ante magis secundum dictum apostoli non vivunt sibi, vivit vero in eis Christus qui pro se passus est, et omnia deserentes. Hec enim mundi secessio voluntarium odium et nature negatio corporis quem propter naturam sunt considerationem. Hos enim mirabiles et sanctos viros et nos despicabiles et indigni imitari satagimus. Et secundum veritatem odibit mundus iste et abhominabitur, et inimicus est enim amicorum suorum et hostis omnium qui faciunt eius voluntatem. Discerpit crudeliter mordentes super se et amat illos qui confidunt in eo. Federis posuit in conspirationibus et promissiones falsas eis polliceatur. Est ad hoc tantum ut trahat eos ad se. Illis sibi amministrantibus magister et fallax monstrator nichil eorum compensat. Hodie namque epulis delectabilibus eorum gulam allicit, cras dimittit totos denudatos. Hodie regem aliquem constituit et cras servitutis iugo supponit. Hodie multis affluentem bonis cras mendicantem reddit. Amabilem hunc omnibus efficit, cras post facit odibilem. Hodie letificat et cras fletibus afficit. Finalem vero habens et finem conpunctionem amaritudinis gehenne delectationes suos proficit miserrime atque credentes hic lamentantur neque remanentem miserie

Capitulum 15 De unicorne contra seculi amatores

Itaque qui tali fruuntur dulci et maligno domino et a bono et benigno mente prodita semetipsos elongant et presentibus inhiant negotiis et eis tenentur astricti nullam futurorum habent memoriam sed corporis delectationes semper desiderant animas suas dimittentes fame tabescere et innumeris affici malis similes eos arbitror homini fugienti a facie furentis unicornis qui non ferens sonitum vocis illius et terribilem mugitum fortiter fugiebat ne devoraretur ab eo. Dum ergo velociter curreret in magnum quoddam cecidit baratrum. Dum autem caderet manibus extensis arbusculam quandam apprehendit et fortiter tenuit et basem quandam pedibus impressit visumque est sibi in pace deinceps fore et stabilitate. Respiciens ergo vidit duos mures unum album et alterum nigrum continue rodentes radicem arbuscule et iam prope erant ut eam abscinderent. Conspiciens etiam ipsius baratri fundum vidit draconem aspectu terribilem ignem spirantem et crudelibus oculis aspicientem ore terribiliter aperto et devorandum eum cupientem. Intuens vero rursus basem illam pedibus eius suppositam contemplatus est iiii aspidum capita de pariete prodeuntia ubi consistebat. Elevans autem sursum oculos vidit de ramis arbuscule modicum mel distillans. Dimittens ergo considerare que circumdabant eum mala quomodo scilicet foris unicornis eum quereret devorandum deorsum sit dracone inhiantem et arbusculam cito excidendam et pedes super lubricam basem et infidelem posuerat tantorum ac talium malorum oblitus se totum illius mellis modici dulcedini tradidit. Hec similitudo eorum est qui seductioni presentis seculi adherent cuius expositionem tibi dicam. Unicornis mortis figuram tenet que semper persequi et comprehendere vult genus humanum. Baratrum vero mundus est iste cunctis plenus et malis mortiferis. Arbuscula que a duobus muribus incessanter rodebatur quam apprehendimus vite nostre mensura est que consumitur et diminuitur per horas diei et noctis. Quatuor vero aspides de quatuor fragilibus et instabilibus elementis constitutionem humani corporis significant quibus inordinatis et conturbatis corporis compago dissolvitur. Cum hoc crudelissimus draco terribilem inferni ventrem significat cupientem suscipere eos qui presentes delectationes futuris preponunt bonis. Stilla vero mellis significat dulcedinem mundi per quam seductor suos amicos non sinit propriam videre salutem. Hanc suscipiens libenter parabolam dixit Josaphat: Verissimus est iste sermo et quam bene compositus. Ne queso pigriteris tales nobis typos prorogare ut sciam qualiter presens vita misera et quorum malorum animabus suis actor est. C 16

Parabola de tribus amicis contra eosdem

Senex vero dixit: Rursum similes sunt amatores seculi in delectamentis que habent dulcedine illaqueati atque futuris et stabilibus fluida et fragilia preferunt homini qui tres amicos habuit, quorum quidem duos preordinabat et affectuose honorabat ac vehementer eorum amicitie afficiebatur usque ad mortem pro ipsis agonizans et periculum desiderans. Adversus tertium vero multo fruebatur despectu neque honorem neque decentem ei aliquando exhibuit dilectionem, sed quandam modicam simulans ad eum amicitiam. Venerunt igitur terribiles quidam et formidabiles milites accelerantes hunc ad regem ducere rationem redditurum pro debito .x. talentorum. Coartatus vero ille querebat adiutorem ad subveniendum sibi in terribili rationis redditionis positione apud regem. Currens igitur ad primum et pre omnibus carum amicum dixit ei: Nosti, o amice, quod etiam animam meam semper pro te posui. Nunc autem indigeo auxilio tuo in die ista vehementer me urgente. Quomodo ergo promittis mihi nunc auxiliari et que apud te reposita mihi est spes, dilectissime? Respondens ergo ille ait: Non sum amicus tuus, o homo, nec scio quis sis. Habeo enim alios amicos cum quibus oportet hodie me letari, et amicos istos amodo possideo. Prebeo tamen ecce tibi ciliciola duo ut habeas ea in via qua ambulas, que tibi nichil proficient, et nullam aliam spem a me prestoleris. Hec audiens ille et desperans de auxilio quod speraverat ab eo, abscedens venit ad secundum amicum. Cui et ait: Recordaris, amice, quantum recepisti a me honoris; hodie vero occurrens in tribulationem et adversitatem auxiliatore opus habeo. Quantum vero vales mihi subvenire, nunc indica mihi. Ille vero ait: Non vacat mihi nunc tecum subire agonem. Curis enim et sollicitudinibus circumdor et in tribulatione sum. Modicum tamen tecum pergam quamvis tibi non sit profuturum, et statim domum reversus propriis vacabo negotiis. Vacuis ergo manibus homo inde rediens, undique destitutus, lamentabatur seipsum ~~seipsum~~ de vana spe ingratorum amicorum et de inutilibus laboribus quos pro eorum sustinuit dilectione. Abiit ergo ad tertium amicum de quo numquam curam habuit nec vocavit leticie partem eum adduxerat. Et ait ad eum confuso et in terram vultu demisso: Non habeo os loqui ad te. Cognosco enim diligenter quod numquam tibi benefeci nec amicabiliter cum te habui me. Sed quia adversitas apprehendit me durissima et nullam spem salutis in ceteris amicis meis reperi, veni ad te rogans: si est tibi possibile quodlibet auxilium vel modicum prebere, ne tardes meorum ignorantie mee. Tunc ille respondit ei hilari et placido vultu: Certe amicum meum carissimum confiteor te esse, et modici illius tui beneficii non immemor cum usura retribuam tibi. Ne timeas ergo neque formides. Ego enim precedam te. Ego interveniam pro te apud regem et non tradam te in manibus inimicorum tuorum. Confide ergo, dilectissime, et noli contristari. Tunc compunctus ille dicebat cum lacrimis: Heu mihi, quid primo lamentabor? an quid prius plangam? vanum affectum meum reprehendam quod falsis exhibui ingratis dilectionem? amentiam meam plangam quod huic vero et germano amico nullam ostendi familiaritatem? Primus amicus ergo est divitiarum possessio et amor pecuniarum pro quibus homo subiacet multis periculis et multas sustinet miserias veniente quoque ultimo termino mortis nichil ex omnibus illis nisi que ad sepulturam pertinent inutiles accipit panniculos. Secundus autem uxor et filii et cognati et alii amici quorum affinitatem adherentes inseparabiliter tenentur corpori et magis propter illorum coniunctionem amore. Sed ex eis nullam aliquis consecutus est utilitatem in hora mortis nisi quod ad monumentum secum perduxerunt deinde revertentes suis curis vacaverunt non minus ~~oblivione~~ oblivioni memoriam quam corpus operientes sepulture. Tertius vero tenuis despectus et ignotus non familiaris sed exosus iustorum operum chorus scilicet videlicet spes, caritas et fides, elemosina, humanitas et cetera virtutum congregatio que potest precedere nos cum exiimus de corpore et pro nobis apud deum intercedere et de inimicis liberare. Iste est tertius amicus qui opus nostrum bonum in memoria servat et cum usura restituit.

Capitulum xl. Ad idem. De rege qui sortem exilii sui divinitus prevenit

Nota Civitatem quandam audivi fuisse magnam cuius cives hanc consuetudinem antiquitus habebant ut assumerent extraneum aliquem et ignotum virum nichil legum civitatis sue vel consuetudinum scientem. Et hunc sibi regem constituebant qui omnem potestatem accipiebat et quarum voluntatum faciendarum facultatem habebat usque ad completionem unius anni. Deinde eo in omni securitate manente deliciisque atque luxuriantibus absque formidine et regnum sibi perpetuum fore existimante repente insurgentes cives illi contra eum regali ablata stola nudum per totam civitatem exulem transmittebant et ad magnam et longius remotam insulam ubi nec cibum nec vestimentum inveniens fame et nuditate male attenuabatur preter spem ingressis sibi deliciis et gaudio in tristiciam versis preter spem omnem et expectationem transmutatis. [illegible] Ordinatur scilicet quidam vir in regno qui non exiguo mentis intellectu vigebat quod tanta ex improviso accideret sibi habundantia non est dissolutus nec ab ea raptus neque eorum qui ante eum regnaverant et eiecti miserrime fuerant incuriam secutus est. Sed sollicitudine gerebat et laborabat ~~que~~ quomodo ipse se et sua disponeret. Diu quoque assidua meditatione diligentius ista tractaret cognovit per consilia sapientissimi consiliarii sui consuetudinem civium et longum perhennis exilii. Et quomodo semetipsum oporteret custodire sine errore edoctus scilicet hoc quod erat agnoverat et quod oporteret illum ad insulam applicare et regnum caducum aliis advenientibus dimittere apertis thesauris suis quorum tunc habebat liberam facultatem ex illis quibus voluit facere accepit pecuniarum multitudinem auri videlicet et argenti et lapidum preciosorum copiosissimum pondus et fidelissimis quibusdam famulis ad illam premisit ad quam ducendus erat insulam. Peracto igitur anni termino in seditionem cives insurgentes sicut et illos qui ante eum fuerant in exilium transmiserunt. Tunc ceteri stulti et temporales reges fame male cruciabantur. Ille vero premissis habundantia divicias perpetuas et delectabiles infinitas habens timoreque ~~[illegible]~~ [illegible] infidelibus et malignis casibus sapientissime

Recipimus sufficiant consilio. Cuncta ergo intellige vanam istam et deceptorem mundum. Cunctos enim principes et potentes et decorem mundi rectores tenebrarum seculi huius qui illiciant nos dulcedine voluptatum et suggerunt ut corruptibilia ut incorruptibilia et mortalia tamquam immortalia et semper nobiscum mansura consideremus. Ergo seductis et nullam sollicitudinem de eternis et stabilibus gerentibus nec aliquid in illa vita convenientibus recipere nobis imminet exitus mortis. Cum iam invadant nos hic maligni et amari suscipientes tenebrarum tineas cum quibus expe- diunt tempus ducunt nos in terram tenebrosam et caliginosam, in terram ~~tenebrosam~~ tenebrarum eternarum ubi non est lux nec vita hominum. Consiliarium autem bonum qui omnia que fecit nota et palam [illegible] docuit studia. Sapientem et prudentem regem meam estio comitate que bona ac rectam viam qui veni monstrare tibi que ducunt te in eterna et infinita bona, super te omnia exponens consulens.

Capitulum decimum octavum Exhortacio ad contemptum diviciarum

Dixit Josaphat seni: Quo ergo possim thesaurum periturarum illic transmittere ut permanentem et incorruptibilem commoditatem abiens reperiam? Quemadmodum tamen [illegible] meum et amorem [illegible] placet [illegible]. Et ait Barlaam: Divitiarum quod ad eternum [illegible] promissio manibus fit egenorum. Josaphat vero ait: Cuncta ergo despiciendo et istam laboriosam assumere vitam ~~[illegible]~~ sicut di-isti laboris traditio est [illegible] ab apostolorum descendens doctrina ad nos. Non tamen per vim est, mentis vero sua quasi melius eligentibus [illegible]. Senex ait: Non lege ideo mihi dictum doceo te. Apostolus homo me si ab aliquo nobis edita. Dixit enim dominus cuidam diviti qui interrogavit eum quid faciendo vitam eternam possideret, et gloriante omnia se custodisse que scripta sunt in lege: Unum tibi deest: Vade et quecumque habes vende et da pauperibus et habebis thesaurum in celis. Et veni sequere me tollendo crucem. Cum igitur inquit Josaphat sit antiqua et nova huiusmodi sit via, Cur non hodie tam multi sequuntur? Senex vero ait: Multi quidem initiati sunt et imitantur, pauci vero perveniunt et remanent negligentes. Pauci enim sunt, sicut ait dominus, qui strictam et artam perquirunt viam, amplam vero et latam plures. Sic ergo salvatoris mandata prophetis ac et apostolis predicantibus ac sanctis omnibus opere et sermone ad virtutis viam arctissimam nos exhortantibus, et si pauci sunt qui hanc ingrediuntur, cum plures speciosam et que ad perditionem ducit eligunt. Non ex hoc indignatio divine huius annihilatur sapientie. Neque enim deus alios nolentium se [illegible] ad iustitiam cogit sponte sua tenebras eligentes. Et ergo propterea [illegible] unusquisque arbitrio et per electionem quod dicitur in hoc seculo. Et Josaphat ait suscitante quid esset liberum arbitrium et quid electio. Audivit senex: Liberum arbitrium quidem est mentis rationalis voluntas sine prohibitione mota ad quodcumque voluit sive ad bonum sive ad malum fit ab actione incessanter. Item cum sit liberum arbitrium est intellectualis anime motus sine impulsu. Electio vero est consultum desiderium eorum que in nobis sunt. Aut consilium eorum desiderabile. Quod enim prediiudicatum ex consilio tenemus eligentes. Consilium vero est desiderium perquirens de hiis que a nobis sunt facienda. Decernimus enim consilium fit, postea id quod iudicatum est diligimus, et cum omnem electionem consilium, et cum omnem vero actionem electio precedit. Non solum actiones sed et ea que sunt inter tam electiones exhibet et docet. Tormentum vero tamen sunt principium enim omnium et initium actionis. Electio est ex hiis que a nobis sunt inducta. Principium enim nostrorum affectuum sunt horum et actiones.

Tunc ait Josaphat: Bene. Sed si alius quispiam ea que tu predicas predicaret, sicut solus es hodie qui ista doces, et sic credibilem sententiam dicta asseris. Quibus respondens senex dixit: Si vera in infidelissima regione ista neminem esse cognosco. Nam pater tuus tyrannica crudelitatibus intolerabilibus hos mortibus tradidit et satagit ne penitus audiatur in vobis hec predicatio. Non tamen in ceteris vero omnibus singulis cantantur ista et glorificantur. Dixitque Josaphat: Nunquid non dimisit ex hiis aliquid didicit pater meus? Et ait senex: Subtiliter et omnino nihil didicit. Clausis enim meis sensibus bonum non vult suscipere, ad malum vero semper pronus est impetu. Quod vellem inquit Josaphat et illum ista didicisse. Ait vero senex: Apud hominem impossibilia sunt ista, apud deum omnia possibilia sunt. Quando quidem tu si tu salvum feceris patrem tuum et meum inimicabilem genitori tui regenerator efficiaris.

Dixit autem Josaphat: De patre meo fiet dominus sicut ei placuerit. Ego vero ex tuis sacris sermonibus presentium cognoscens vanitatem, ab iste ad eandem penitus cogito et tecum reliquum vite mee ducere, ne per temporalia ista et fluida ab eternorum et incorruptibilium excidam ingressio.

Capitulum. Ad idem de illo qui contempta nobili sponsa pauperculam duxit.

Qui senex intulit: Talia hoc faciens perfecto similis es adolescenti cuidam sapientissimo de quo audivi, quia fuit filius ditissimorum parentum. Cui pater suus desponsavit filiam cuiusdam nobilissimi et potentibus locupletissimi, nimis pulcherrimam. Movit ergo sermonem filio suo de nuptiis et quo facere meditabatur annuntiavit. Ipse ille quasi rem malam et nephandam respuens, relicto patre in fugam lapsus est. Ambulans autem declinavit in domum cuiusdam senis pauperis, post estum diei semetipsum repausaturus. Tunc filia senis virgo que erat ei unigenita sedens in ianua operabatur manibus. Ore autem suo deum laudabat assidue, gratias agens ei de ymo cordis. Hanc autem laudes proferentis auscultans ait: Quid est hoc? O mulier, studium cuius autem tam gratia tu una sis paupere et tenuis, quasi pro quibusdam magnis donis gratias refundis et laudas datorem. Cui respondens ait: Nescis quia sicut medicina exigua de magnis langoribus sepe liberat hominem, ita et in parvis dei donis gratiarum actio magnorum auctrix bonorum efficitur. Ego quidem sum filia senis pauperis, gratias tamen refero deo

pro modicis istis donis et benedicto do-
num quem qui hic suscepit multa magna valet
dare. Et ista quidem de hiis que extri-
secus sunt et nostra non sunt ex quibus
non multa possidentibus lucrum aliquod pro-
venit ut non dicam quia et sepius
dampnum sustinet neque minora
accipientibus accidit detrimentum ea-
dem utrisque via pergentibus et ad
eundem pervenientibus finem. Forte non
quam magis sunt nostra et preciosissima
nostra et maxima accepi dei dona
que inenarrabilia et inestimabilia sunt.
Nam secundum ymaginem dei facta sum
et ipsius noticiam habeo mentis et
racione que omnibus aliis sum predita
et ab ipso deo invitata sum ad vitam
que postea misericordie eius. Cuius et ministerio
et contrecepto eum merui et paradi-
si ianua aperta est facile si voluero
intrare michi prebita quod tamen usque
et talibus donis que videntur dites
preponunt et pauperes ut dignum est
ignorans agere conveniens est proponere.
Si autem et modicum laudatorem
largitori bonorum non obtulero
illum exercitatorem. Hoc iuvenis in-
quit illius eximium suspiciens intellectum
eius patrem affatur. Cui et dixit:
Da mihi uxorem filiam tuam. Ada-
mavi enim illam propter intellectum et
pietatem. Tunc senex ait: Non
licet tibi accipere pauperis filiam
cum sis potentium divitum filius. Iuven-
is autem iuvenis ait: Etiam hanc
accipiam si tamen tu non negaveris
eam. Nobilium quippe et divitum
mihi filia fuit desponsata sed hanc
despiciens fugam arripui. Filiam
vero tuam propter pietatem quam habet
in deum et perlaudabilem illius intellectum
adamans copulari ei que omnibus
cogitavi. Senex autem dixit

ad eum. Non possum tibi eam dare ut
ducas in domum patris tui et ab ulnis
meis separes eam. Sum unica enim michi
est. Ego igitur iuvenis apud vos
manebo et vestram suscipiam consuetu-
dinem et splendidum deponens vesti-
mentum senis huius postulatus induit.
Tunc senex in multis temptans eum
et varie ipsius examinans cogitationes
postquam novit mentis illius stabi-
litatem et quia non amore insipien-
tie detentus petiit eius filiam sed
pietatis amore elegit pauperrimam
vitam hanc proponens sine gloria
nobilitati tenens eum manum introduxit
in cubiculum suum et ostendit ei divitias
multas in repositas et ingens pondus
pecuniarum quantum non viderat aliquando
iuvenis ille et ait ad eum. Fili hec
omnia tibi do eo quod elegisti me
fieri heres sponse consequens hereditatem in
omnibus superavisti gloriosos et
dites.

Capitulum xv De doctrina Barlaam de deo creatore omnium

Dixit autem Josaphat quiescente
patre et istud me tangit mi-
rando unde et a te esse dicta de
me estimo. Ergo desiderans magno-
opere ut ista mihi nota facias dici-
as scilicet dei et magnitudinem sapien-
ciam virtutis eius. Tunc dixit ei
Barlaam. Ora deum ut ista do-
ceat te et suam tam infigat men-
tie quia apud homines ipsius eminentie
gloriam et potentiam quis sufficit ipsius
et si omnes qui modo et alii fuerunt
homines lingue una fieret. Deum enim
igitur evangelista et theologus Neo
vidit unquam. Nos vero et ex predi-
catione eorum et ex ipsa rerum natu-
ra quod possibile est ediscimus. Enarrat
enim scriptura. Celi enarrant gloriam
dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Sicut a

aliquis domum cernens splendidissimam et artificiose fabricatam cuius forma ingeniose compacta est et architectura et edificatorem eius mox considerans mirabitur sic et ego de non exstantibus formatus et adductus quod sum et sic plasmatorem atque conditorem videre non possum. Sed tamen ex bene compacta et mirabili fabrica mei ipsius ad noticiam venio proprie eius non sum per se sed potius intelligo quod non a me ipso veni nec me ipsum feci sed ille plasmavit me prout voluit. In principio quidem omnis fecit creaturas creavit agnatas dignitates et creaturas in melius meliori condicione conformavit. Deum subsequentes levius divino suo imperio ad aliud transfert vitam infinitam et eternam. Nullus homo potuit aliquid horum perficere neque rex neque sapiens neque dives nec alius humana conpungens studia. Ex hiis ergo in tam nunc sunt ad suam creatoris magnificentiam productus sum. Cum hiis iterum et bene compactam fabricam et conservationem eciam totius consideravi et vidi quod ipsa omnia secundum se ipsa commutationem subiaceret et corruptioni. Intellectualia quidem secundum liberum arbitrium et nunc a bono profectum et a bono defectum. Sensibilia vero secundum generationem et corruptionem augmentum et decrementum et mutationem qualitatum transmutationem et localem motionem. Ex hiis perdiscunt verbis ineffabilibus ab increato et immutabili ipsa facta esse deo incipientes cursare et semper permanere. Quomodo ergo constare vel ad unius mundi completionem inisse convenirent et indissolubiles permansissent nisi quedam omnipotentis virtus ista constituisset et semper indissolubilia conservaret. Quomodo enim aliquid maneret nisi ipse voluisset. Sicut navis sine gubernatore non potest consistere sed mox submergitur et domus non dicta modica stabit sine possessore. Mundus quomodo stat ipse? Sic etiam magna sunt bona et mirabilia sunt gloriosa creaturam et magnifica atque mirabili sunt gubernatore et sapientissima providentia. Ecce enim celum quanti temporis habet et non deiunctum est. Terre vires non est lassata ex tanto tempore ipse fontes non desinunt fluere ex quo facti sunt. Mare tot et tanta suscipiet flumina non supergreditur mensuram. Cursus solis et lune non mutatur. Ordines diei et noctis non pervertuntur. Ex omnibus istis res fabricis dei vis et magnificentia nobis declaratur testificatione prophetarum et apostolorum. Sed nemo digne considerare quomodo laudare gloriam eius potuit. Misericordia vero eius quia omnia continet et dissipat peccata hominum propter penitentiam. Solus bonus et amator animarum deus. Benedictum sit nomen eius laudabile et superexaltatum in secula. Capitulum 21

Barlaam Josaphat vitam suam narrat

Dixit autem ad eum Josaphat: Ecce multo tempore meditatus es sapientissime omnes propositarum motionum questionum nobis dissolvens non melius id facere michi posse credens quam talia dicendo qualia quantorum contulisti auctorem et auctorem et datorem bonorum deum docuisti esse incomprehensibile incogitationibus humanis etiam magnificentie eius sermonibus evidentissimis ostendisti. Hiis ergo consummasis dic mihi carissime quot annorum ipse es et in quibus locis conversationem quorumque hominum particeps socios habes forsitan in anima mea ex tua predet et nequaquam a te omni tempore vite mee volo separari. Cui senex ait: annorum sunt sicut existimo quadraginta quinque in desertis autem terre Sennaar degens cum commorantibus mecum heremitis eos qui in Christi servitio laborant imitans. Cumque requirit Josaphat sed in diebus amplius enim michi appares septuaginta annorum esse, qui respondit: siquidem a nativitate annos meos computas, dixisti bene hos estimasti, apparens septuaginta annorum esse. Sed nullo a me in mensuram vite computantur quotquot in vanitate mundi expensi sunt. Quando enim vivebam carne, simul spiritu mortuus eram in interiori homine; annos istius mortis minime vite nominabo. Ex quo vero michi mundus crucifixus est et ego mundo, et deposui hominem veterem qui corrumpitur secundum desideria erroris, non iam vivo in carne sed vivit in me Christus. Quod autem vivo, in fide vivo filii Dei qui tradidit semetipsum pro me. Hos merito annos vite et dies salutis vocabo, quos circa xlv computando annos. Dixit autem Josaphat: quoniam quidem vita tu naturalem nonnisi vita vocas, quod vero nisi mortis temporalis mortis dicas appellandum? Cui respondit senex: indubitanter et de hac ita sentio, nequaquam temporalem hanc mortem timens nec mortem eam appellans, quam contempnens patris tui minas absque timore ad te veni. Et salutare tibi verbum annunciavi cum diligenter noverim quia si et ista in notitiam venerit, mille me ut possibile mortibus subiceret. Dixit ergo requirit Josaphat: velles vite pstie extima nimis perpetrandum natum [illegible] vite spiritu [illegible]. Dixit est vos qui tum [illegible] atque constante [illegible]

voluntate. Sed unde et qualis tibi et hys qui tecum sunt in humeris deserto victus vel indumenta et similia variter que se michi enarra. Cui Barlaam: Victus quidem nobis est ex silvis que invenire possit, fructibus videlicet arborum et libere quas heremus desuper rore rigata celesti. Et precepto creatoris obedientes quibus nullus nos impugnat ut nobis concedit plus querentes duri ipse [illegible] mensa vel lege [illegible]. Sine invidia enim omnibus [illegible] illaborata esca et nullo parata veste. Si vero aliquis aliquando commemorans fidelium fratrum panis offerat benedictionem, quasi a divina providentia transmissum suscipimus, illi qui benedictione offerentium fideliter. Indumenta vero lanea et cilicina et melotina innerata aspera sunt [illegible] continua [illegible] ne istam super namque nobis ~~[illegible]~~ operor in estate et hyeme [illegible] nullo ex quo induimus eum deponi licet donec [illegible] penitus corrumpatur. Sic enim sicut per arduis [illegible] future incorruptione vestimentorum induimus [illegible] Josaphat vero ait: Unde hoc [illegible] quo induerit vestimentum? Senex respondit: hoc sibi istud a quodam fidelium fratrum suscepi iter ad te faciens. Non enim congruebat cum consueta veste huc venire. De celo me [illegible] oportet unde veni quo cum [illegible] alieno habitu deposito [illegible]. Rogavit sene ostendi sibi ab eo consuetum vestimentum. Tunc Barlaam exuta qua indutus erat veste foris apparuit Josaphat visio horribilis. Erat enim tota carnibus [illegible] consumptus, denigrata cutis sub ardore solis et omnibus horrens et tensa ac si pellis subtilibus tenditur calamis, laneo vero quodam panno dissuto et valde asperrimo contectus erat a lumbis usque ad genua, similiter hirsuto pallio quo humeros opertus erat. C. 22

Josaphat nolentem eum secum Barlaam suscipit

Hec omnia itaque nimium Josaphat huius dure laboriose conversationis et perseverantie stupuit eminentiam et ingemiscens lacrimatusque ait seni: Cum me de dominatu et anima servitute dyaboli liberare venisti, sine [illegible] apones tuo [illegible] educ animam meam de carcere isto et me tecum sumpto eamus hinc, ut perfecte redemptus de mundi errore signum tunc suscipiam salutaris baptismatis et socius admirabilis huius philosophie et eximie conversationis fiam. Dixit ad eum senex: Homini diviti capre nutriebatur quondam domita, que cum crevisset deserta desiderabat naturali tacta affectu. Egressa igitur die quadam invenit gregem caprarum pascentem et iuncta hiis errabat per campos et silvas. Reversa tamen in vesperum domum suam diluculo famulorum negligentia exibat et silvestribus aggregata capreis pascebatur cum eis, quibus longius ad pascendum recedentibus subsecuta est et illa. Ministri divitis hoc sentientes ascensis equis abierunt post eas et suam capream unam capientes et reducentes domum de cetero exire prohibuerunt. Reliquarum vero persecuti gregem alias quidem occiderunt, alias vero male disperdiderunt. Eundem modum fieri timeo in nobis si me secutus fueris. Nam et tuo consortio carebo et multorum malorum fratribus meis auctor existam. Sed hoc te vult dominus meus quidem signari signo baptismatis et manere in regione ista omnemque studium tenere quietate et mandatorum Christi operatione. Cum autem hoc auctor dederit omnium bonorum, tu venies ad me et reliquum [illegible] sponte simul habitantes ducemus. Confido vero in domino quia et in futuri seculi [illegible] coniuncti erimus et associati. Perfusus lacrimis Josaphat ait ad senem: Si domino ista placet, voluntas eius fiat. Talibus ergo dogmatibus et aliis salutaribus monitis insistens Barlaam filium regis septimanas quoque et orationes ei mandans per multos dies non deseruit eum. Sed [illegible] tota ex integro sciens ortodoxe fidei insinuans et divini evangelii commentans ei insuper et apostolicas admonitiones et prophetica dicta exponens. Nam erat ille a deo doctus, qui totam in se veterem et novam scripturam ferebat, divino afflatus spiritu illuminavit eum ad veram notitiam dei et fidei symbolum exposuit in Niceno synodo docens eum. Baptisavit illum in nomine patris et filii et spiritus sancti. Reversis autem ad hospitium suum pariter missam celebravit tradiditque ei sancta Christi misteria, et exultabat spiritu gratias referens deo et domino Jhesu Christo, dicens ad Josaphat: Dignum te faciat dominus vitam adipisci beatitudine.

C. 23 Zardan dum corde verba Barlaam audit

Ministri autem [illegible] et pedagogi frequentem ipsius Barlaam introitum in palatium cernentes mirabantur. Unus autem qui inter eos precellebat, Zardan nomine, ait ad filium regis. Nosti utique domine mi quantis temporibus tuum timorem meum michi et circa eum mea fides est et sic me quasi famulum fidelissimum ut tibi finem preciperet. Nunc autem quia hunc extraneum frequenter videns colloquentem tibi vereor ne forte secte sit christianorum adversus quos valde hostiliter se habet pater tuus et si hoc est mortifere subiacebo sententie. Nunc quoque ut regi de ipso notificem aut amodo ab eius cessa locutione. Si autem illud non vis facere Ecce me a facie tua nefiam reprehensibilis et alium loco mei huc introduci. Filius autem regis ait ad eum: Hoc ante omnia Zardan fac subsidens tu intra cortinam et audi ipsius ad me sermonationem et postea dicam tibi quid te oporteat facere. Veniente igitur Barlaam ad eum introduxit Zardan et post cortinam posuit eum et dixit ~~[illegible]~~ seni: Recapitula nunc doctrinam tuam divinam quatinus cordi meo infigatur. Exorsus namque Barlaam multa de deo et de fidei pietate commemoravit et de hominis plasmatione et redemptione. Cum hoc etiam non taceret quomodo ~~[illegible]~~ creator mundi salutis sollicitudinem generis benigne pro nobis expedivit. Multaque de munditia vite disputavit et quam vanitate demonstravit. Finita itaque oratione ad hospicium suum abiit. Regis autem filius Zardan temptans dixit: Audisti qualia michi fabulator iste dixit seducere me volens suis persuasionibus mollibus et alienare a iocunda ista delectatione et in fugiendo et extraneo servire deo. Zardan vero ait: Quid tibi visum est in hoc temptare me servum tuum. Novi enim confirmatum in corde tuo descendisse huius viri sermones. Nisi enim hoc esset non utique tam libenter et incessanter cum eo loquereris. Ego vero quid faciam. Ad hunc quidem aspicere non valeo austeritate. Tamen vero regis autem meo in doloribus constituto sollicitatus sum quid respondeam ei quia negligentius illius precepta vigilans hunc ad te venire permisi. Tunc ait ad eum filius regis: Ego quidem maxime erga benivolentie tue illam aliam magis congruam recompensationem agnosces hac digno tuo beneficio. Experiri opportunitati boni manifestum facere tibi ut scies ad quid factus es et creatorem tuum qui te fecit recognosces. Quamvis de mundo tenebras ad lucem transies. Moxque ut audies inextinguibili desiderio illum sequeris. Sed prout video spes mea fefellit me. Iam diu te dixi ad ea que dicta sunt et stolidum. Si vero patri meo ista manifestaveris nichil aliud efficies quam iram et tristicia illius animam replebis. Sed si illi gratia tibi tempore ad nullo usque ad tempus oportunum quiescas de hiis amicus.

C. xl

Josaphat cilicium sumpsit et doctrine finem a Barlaam accepit

Mane autem Barlaam veniens de profectione sua loquebatur. Josaphat vero non eius ~~non eius~~ ferens separationem sustinebat animo et oculi eius lacrimis implebantur. Multa autem senex locutus est et ut immotus permaneret in bono contestabatur quibusque consolatoriis cor illius stabilivit. Et ut se alacriter dimitteret rogavit. Sed et predixit quod non post longum tempus sociaretur ipsi societate inseparabili. Tunc regis filius nolens amplius seni laboribus tantis molestus fore. Zardan de ipso regi manifestaret et tormentis ipsum subiret dixit. Quoniam quidem hoc tibi visum est [illegible] te impedire ut detineam non audeo. Vade igitur in pace, a deo custoditus, et mee miserie in tuis orationibus memor esto apud dominum ut valeam pervenire ad te et conveniam dum faciem tuam semper videro. Et et fac unam petitionem, quam quidem noluisti accipere pro fratribus tuis, sed accipe saltem pro temetipso aliquam pecuniam ad victum et vestitum. Quia vero in hoc obedire non acquievit Barlaam, regis filius secundo petitionem Josaphat facit ne penitus eum deprecationem sperneret et in omni illum dimitteret defensione. Et rursum inquit ei: laneum illud vestimentum et assumptum pallium et tuum in memoria religionis magistri sui ad munimentum sibi contra omnes sathane dispositiones opponere suscipere et aliud a se quo ipso ut dignus a me datum igitur tenens meam semper in memoria facies humilitate feris. Senex vero ait: Vetus quidem et scissum tibi dare et novum vestimentum accipere non decet, ne modici laboris mei retributionem in hac vita recipiam. Ut autem tua devotione non amputem vetus, et quod nichil a meis distant queratur aliciosa. Et illa suscepta. Exuesta fuit igitur et data semi. Cumque Josaphat et ipse indumentum suscepisset, vehementer gaudebat omni quam purpura regali et veste cornea pretiosius illud incomparabilius existimabat. Rursus Barlaam post paululum discessurus novissimam ei doctrinam adhibuit dicens: Frater et fili dilectissime, scito cum multis regi et apostolis quod confessiones tuas deposuisti. Oportet ergo ut firmas istas custodias et militie devotionis impleas quia tamquam promisisti certa confessionis omni [illegible] coram celesti exercitu et testificante nobis non desistente confessiones tuas, quas si custodieris beatus eris. Nichil gratius deo et ipsius professis bonis. Vide enim sit terribile et in hac vita quod est gehenna ignis eterni et tenebre nec gratiosus lucem habens tremantis et numquam desinentis. Vide ac contra mundi bonorum aliter sentiat parat deus semper diligentibus se donatus, cuius pulchritudo quidem cessabit, potestas vero inexpugnabilis et gloria sempiterna. Cuius bona animabus suis reposita ab insensibilibus incomparabili supereminet, que oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Quorum habes frui merito dei magni potentia comitatus. Cum filius regis lacrimis perfusus merore et luctu detineretur et a patre tam amabili et magistro optimo distingui non sufferens dicebat: Cur mi pater mecum tua supplebant aut michi item pastore aut duce salutis mee inspiciam quod ante tui amoris solacium capiam. Ecce enim malum servum et apostatam deo deo in Josaphat et in filii et heredibus ordine constituisti et qui perieram et erraveram ut bestie expositus eram ad devorandum me requisisti et eius qui non erravit dei omnibus copulasti et ostendisti michi compendiosissimam veritatis viam educentem de tenebris et de umbra mortis.

C 27 Recedente barlaam Zardan secretum regi aperuit

Barlaam utrisque lamentationibus illis amputare volens finem iam et in oratione stans elevatis ad celum manibus suis dixit: Respice

Domine suscipe hunc rationabilem ovem tuam accedentem per me indignum ad sacrificium tuum et sanctifica corpus eius animamque tua virtute et gratia. Consummata igitur oratione quibus consolatus est filium iam celestis patris parentes et salutem inter precando exiit de palacio et ibat gaudens et gratias agens deo qui prosperam fecit viam illius in bonum. Exinde itaque Josaphat omni custodia attendebat semetipsum puritate anime pariter et corporis vigilanciis orationibus et abstinenciis conveniens et orationibus totis noctibus. Demoni namque sepius partem amputabat eorum qui secum erant commoratione expeditus. Zardan vero ille talem illius sentiens conversationem tristicia replebatur. Cuius amaro animo agitatus nesciebat qualiter evaderet ad quem finem venire posset. Tristicia igitur comprehensus in domum suam abiit et egrotare se simulavit ut autem in noticiam eius illud pervenit alium pro illo ministrare deduxit filius regis. Ipse vero pro salute Zardan sollicitudinem gerens medicum ei mittit gratissimum et multum curationis studium ei iubet impendere. Medicus namque sciens quod Zardan sit regi carus erat vigilanter ei intendebat. Cum autem de illo omnibus agnovisset regi continuo intimavit dicens: Ego quidem nullius infirmitatis causam in homine isto invenire valeo, existimo tamen quod ex merore quodam obsessus sit infirmatur. Rex autem hec audiens suspicatus est quod contristavit ei filium indignatum fuisse et huius rei gratia contristatum Zardan ab eo discessisse. Discere autem volens rem mandavit ei: Crastina die veniam ad te visitandum veniam ut quod tibi accidit egritudine cognoscam. Tunc Zardan hoc audito nuncio summo diluculo induens se vestimento suo perrexit ad regem. Rege autem instituante que defectionis tue esset causa respondit Zardan: Magnum in proximo timuit et miserrimus ego dignus sum tormentis. Multarum enim mortium reus existo quia tuis preceptis negligenter obaudiens ita dominum meum filium tuum negligentius vigilavi. Ita quidem malignus homo et magus veniens locutus est ei quod ad sectam christianorum pertinet. Deinde narrat enucleatim regi ea que filio eius a sene dicta sunt et cum quanta delectatione et desiderio filius sermone suscepit et quomodo totus Christi effectus est, insuper et senis vocabulum significat.

Capitulum 20 de vano consilio Arachis et insectatione Barlaam

Erat itaque regi ex assessoribus amicus nomine quidam qui primus erat a rege post ipsum in omnibus consiliis adeptus. Erat etiam astrologice artis studio multum pollebat et ait: Ante omnia rex istud faciamus, malignum Barlaam comprehendere festinemus et si hunc nequiverimus reperire, tamen nostra intentione non comprehabimus neque a spe nostra decidemus. Sed deinde ipse autem diversis persuasionibus ac diversis tormentorum generibus coactus et nolens confitebitur falsa et erronea se dixisse et dominum meum filium tuum ad sequendum paternam doctrinam suadebit. Si vero illum comprehendere nequiverimus, alium ego cognosco senem heremitam solitarium qui et Nachor vocatur, persimilem Barlaam per omnia quod non est facile dinoscere illum Barlaam esse

Sed iste de vera scientia est et magister meus in litteris eruditior fuit. Hunc quem allocutus ab illo nocte autem et per singula notificabo. Deinde captum esse Barlaam divulgantes hunc exhibebimus quasi Barlaam seipsum nominantem et doctrinam christianorum nunc se stabilire, qui post multam disputationem in confusione deficiens poterit superari. Cumque ista filius regis viderit quia Barlaam quidem victus est, victor victoribus coronam palmam dabit, liberetque tunc regis filium timebit et quae contra fuerunt facere non tardabit. Conveniet semper ille qui personam Barlaam simulabit et errasse seipsum confitebitur. Hoc ergo audiens rex gavisus est nimis et optimum respondisse dicebat consilium arbitratus et vane certe spei incumbebat. Cum autem vero noviter Barlaam discessisse cognovit, apprehendere eum festinabat. Insidiatoribus ergo et lancearius missis per plures exitus viarum comparavit. In totis vero sex his diebus laboravit, unde fatigatus est. Deinde in ipse in quodam regali palatio in villa posita residens Araches cum militibus non paucis usque ad Sennaar pervenit heremum ad requisitionem Barlaam. Veniens usque ille ad locum omnes [illegible] conturbavit. Cumque non se eum vidisse asserentibus, ad deserta ipse princeps quos venerantur exiit multorum heremitarum transmisso superius montes circuiret et valles, invias et crypta inde pedibus et manibus reperiendo. [illegible]

De cuneo heremitarum qui ferebant reliquias sanctorum

Cum ibi per eos qui secum erant ad supremum montis cacumina pervenit, super quem stans videns sub ipso monte cuneum heremitarum ambulantem, et statim precepto principis omnes super eos cucurrerunt et tenuerunt. Tenentes viros venerabiles et signa heremitice conversationis in vultibus ferentes. Ille vero qui precedebat eos sicut abbas peram super portabat laneam plenam reliquiis quorundam sanctorum patrum. Considerans vero ipsos Araches postquam non vidit Barlaam, agnoscebat quippe eum constitutum, et valde contristatus ait ad eos: Ubi est erroneus ille qui filium regis seduxit? Tunc ille qui peram gestabat dixit: Non est inter nos ille. Absit. Fugit enim nos gratia Christi persequens, se in nobis habitationes habet. Ait princeps: Cognoscis ergo illum? Et inquit heremita: Quem loquimini seductorem, demum qui est dyabolus qui in medio vestrum habitat et apud vos latitat et ibi conversatur. Princeps autem dixit: De Barlaam ergo te requisivi et dixi, ubi sit interrogamus te. Monachus autem ait: Si Barlaam querebas, optabat quare te dicere ubi est qui de errore convertit et liberavit filium regis. Ille frater noster est et sanctis conversationibus socius, exemplis iam diebus non videmus eum. Et ait princeps: Eia quidem morte vos interficiam nisi eum Barlaam exhibueritis mihi. Et quid inquit heremita mundialium certius quod tenacius amittes potius timeamus vitam amittere et a te iterum formidemus mortem, potius enim tibi gratias confitebimur.

Si nos cultum amatores quorum subditis vite ita confident fortes ac sustinentes miseri si adipisci fortitudinem congaudentie celerrime gemitus. Initias eis apposuit plagas et tormenta quorum magnitudinis et fortitudo a tyranno digne inaudita visa sunt. Deinde quatuor eos ante faciem eius attracti fuerunt. Quos cum vidisset furore succensus est et furiose sit cedi eos imperator dixit iubet. Postquam autem vidit eos crudelibus plagis laceratos nimis ultra impium iussit nimia questione cederes iubet. Et ait ad illos: Cum ossa ista defunctorum auferretis, si ergo illorum amatores ossa eorum simulat habetis, hos penam et vos cum quibus ut desideratis adepti estis nos eciam in fedatis divine illius cohortis principes et magistri quod non in nostris minas compatiens ac si nichil iste contigisset ei libera voce et sereno vultu exultante in se signans gratia ait: Ossa ista munda et sancta custodimus. O rex illorum in sanctis amore eorum sunt mirabilium vero et exempli eorum et adeo dilecti consolationibus in memoria nostri ipsos adducentes et ad similem zelum excitantes in prime eorum spectantes et delectantes in quibus in eo conversati sunt et mortis nobis memoria compunctam et sanctificatorum nos horum tacta lumina. Certe enim te fuisse dixerim. Contra in lingua defensemus. Tu vero tua propugnans contraria materias comparatus omnium devoratores. Rex enigmata de quibus sompno isto excita aperi clausos oculos tuos et vide ubique splendentem sibi

Dei mei gratiam. Et tu alii temetipsum similem illius facito. Tunc rex ait: Ab hac stulta interrogatione quiesces. Barlaam illico ostende michi aut experieris tormentorum genus quod nunquam accepisti. Hec igitur responsis: Nos enim ex quo nunquam agere aliquid non est consuetum nec nunc ullo pacto dabimus assensum. Nos autem hominem communicantes esse patrem et custodem nostrum et qualitatem in manibus tradidemus in manibus. Quodcumque nostri tormentorum genus exhibe. Nobis enim vivere Christus est et mori quod eo lucrum optimum. Rex hiis furore accensus tyrannus misit dignas unde eorum abscidi linguas et vero oculos manusque sed et pedes detruncari. Data igitur sententia apparitores quidam crudelitates atque lictores et inhumane et immisericordes metallorum detruncabat et linguas eorum unguibus detrahentes crudeliter abscidebant. Oculos vero ferreis unguibus eruebant, pedes et manus securibus abscidebant. Isti ergo illi et omni conscientia digni animo constanti quasi ad epulas invitati viriliter accedebant ad tormenta invicem semetipsos exhortantes et ad mortem propter Christum sine timore accedentes. In talibus ergo et tam diris tormentis perseverantes animas suas sancti homines illi Deo reddiderunt xxvii numerum confecerunt.

Capitulum vicesimum octavum de simulato Barlaam et Nachor

His itaque sic consummatis Arachis philus rex Arachi dixit primo consilio facto ad eum nichil in presenti et Nachor illum

accipie. Arachis itaque intempesta
nocte speluncam illius adiit. Nam
in desertis habitabat divinatoriis va-
cabat artibus. Cum Arachis ei co-
siliorum adinventionibus reseratis
ad regem summo diluculo venit.
Et equitibus ab eo remissis posu-
lans et acceptis ad persecutionem
barlaam egredi se simulavit. Exe-
unti quoque et desertum invenienti appa-
ruit quidam vir de valle quadam
egrediens, illosque ad prospiciendum eum
properare conspicatus cum velociter
comprehendentes ad se adduxerunt. Illo
quo substitit et quis esset et
cuius professionis aut quis vocaretur
ille quidem christianum semetipsum
vocavit. Barlaam nominavit
sicut edoctus erat. Gaudio itaque
repleti Arachis sicut appetebat
hoc assumpto velocius ad regem rediit
cum missis et ad regem intravit. Et
ait rex in audientia omnium assi-
stentium: Tu es demonis opera-
tor barlaam? Respondit ille: Dei
operator sum et non demonis. Noli igitur
maledicere me iniuste cum mihi gratias
agere debeas quia filium tuum
deum verum colere docui et ab omni
errore liberavi et quod reconciliavi
deo et omni conviviis ipse adortu-
m indidi illum. Rursum autem rex
quasi iratus ait: Iustum esset quidem
ut sermonis commiter et in responsionis
pro facultate publica absque ulla in-
terrogatione perderis sed mansuetudinis
naliter ista infinitate quousque adco-
stitutam diem postea habebo neque
de te et siquidem obedieris in
indulgentia dignus eris. Sin autem
male peribis. Sic locutus Arachi
illum tradidit custodiri diligentissime

mandans. Sequenti itaque die surgens
inde ad filium ivit palatium. Et
audivit quod raptus esset barlaam per-
veniensque fama ipsius regis filium. Qui
cum audisset vehementer nimis doluit
et nullo modo a lacrimis abstinere
potuit. Gemitibus et lamentationibus
deum exorabat et in auxilium regis
invocabat eum. Non despexit quoque illum
nec diutius affligi permisit benignus
ac misericors deus suum et inmensam
per visionem noctis iam notificat
fortitudinem illi immittit et ad presta-
talis confortat agonem et fiduciam
prestat. Gaudio quoque plenum et confide-
ntia et sine dulcissimo parlante
constantium et dolore plenum cor su-
um reperit. Rex itaque sic ista compa-
gens et ita considerans conturbaba-
tur, quod omnia dixisse existimans et Ara-
chi commissis credebat. Quare

Cum rex filium qui a barlaam seductus sit reprehendit

Post duos autem dies perrexit
rex ad palatium filii sui et
venit in occursum illius egressus non oscu-
latus est eum ut solebat. Irato
similis ingressus est in regale cubiculum
et mestus sedit. Deinde filium advo-
cans ait: Fili mi, quare est ista fa-
ma que in auribus meis insonuit et
defectionibus anima mea conturbatur.
Nullus enim hominum tanto aliquando reple-
tus fuit gaudio in filii nativitate
ut ego. Nunc quanto ego in tua nece
quoniam in ipsum contristatum puto sicut tu me
in tristitia posuisti et mea in hono-
re iusti canitiem simulque abstulisti
oculorum meorum et meorum vires
eradicasti uxorem. Timor enim quem
de te erat michi et quod verebar
accidit michi. Sic factus consilio se-

seductoribus verbis obaudiens et consilium male sapientium meos parentes consilio et nostrorum deorum istis derelictis alieno servisti deo et quod sperabam cum omni militie et curie custodia et senectutis habere baculum et fortitudinis regnique successorem optimum delinquere. ea que inimicorum et hostium sunt non erubuisti ostendere michi in te cum non oportebat ni amplius te obedire et mea sequi doctrinam quam dolosi et pravi dixerunt obaudiendo fatuitati et stultilogiis amaritudinem tibi quod dulcia suggerentes vitam. Et quod amarissimis deliciis dimisti et asperam quoque viam quam filius mane ambulare cepit. Sed michi fili carissime in patri tuo acquiesce et longe ab istis deliramentis secedendo venem et sacrificia diis conquis et manifestus. Cum vos si forte libaminibus eos placare potueris ut veniam tibi offensionis prebeant Multa ergo talia Rege parabolas quiescente et nunc quidem irridente ac increpante. filiola vero essente atque laudate Videns stultissimus suo nemus quia non oportet iam esse in angulo et occulto sed super candelabrum et in excelso poni ut manifesta fiant omnibus confidentia sit et constantia ipse eius ait Quod erat me actum est domine pater numquam negabo Tenebras fugi et ad lumen currere et errorem deserui veritati acquiescens et demonibus abrenuntiavi corporis federatus sum et dei patris filio et verbo quod quidem totum quod est fecit et qui et hominem de limo terre formavit et vitalem ei flatum fecit et in paradiso deliciarum posuit qui tam per transgressionem vero mandatum illius et morti addictum principis dyaboli et omnium tenebrarum subditum non deseruit. Sed omnia faciendo ad antiquum honorem voles cum reducere totius factor creature et minister gratis actor homo factus est propter nos de virgine sancta natus inter homines est conversatus Et pro nobis indignis et ingratis famulis suis mortem suscepit et morte crucis omnibus solvit precium dolorum et prima redemptio deserret et celorum portas iterum nobis panderet. Ipse enim est vita hominum stabilitas motorum et illuminatio omnium dulce dulcedo et amicitas saciabit et omnium desiderabilium summa. Igitur cum tam tenuiter tabulisque bonis occurrentibus michi gauderem quidem quoniam de malignorum servitute demonum liberatus dolebam tamen quod animam meam dominam perdidissem eo quod tu deus et pater meus talium non esses particeps bonorum. Deum vero incessanter orabam ut traheret te ad se. Deme igitur pater dulcis ferus noli frustra laborare quod numquam me poteris a bona confessione in honore

C^o 30 Iram patris filius placavit nititur eum ad rectam viam convertere

REx igitur ut audivit hec omnia statim commotus est et furore repletus sibi astantes iam de ei loquebatur et amarissime deridens fraudes et studio plus aut Et omnibus horum michi auctor malorum nisi ego ipse qui sum te deposui et talia tibi feci qualia nullus aliquorum patrum fecit filio suo meo to quod in tua nativitate astrologi dixerunt te malignum fore vicium et pessimum acerrimumque parentibus inobedientem. Nunc vero si meos non obedieris consilio et a mea discesseris filiatione quoque patris inimicus effectus illam faciam tibi rem quam nec eciam hostibus suis aliquis ostendit. Tunc Josaphat inquit: Cur rex in mea successu quo ego talium particeps effectus sum bonorum tristaris? Et quis unquam pater in filii felicitate contristatus apparuit? Aut quomodo pater iam talis et non inimicus reputaberis? Non enim patrem meum de reliquo vocabo te, sed discedam a te sicut aliquis fugit a serpente. Si cognoveris te inde saluti mee et ad perditionem me coartaveris violenta manu. Sed potius abiice pater et albuginem atque caliginem de oculis tuis excute. Cum igitur insane teneas ac defendis modo vanitatem florum marcescendam et peritura gloriam atque abhominandas fetidissimasque delicias et vere ac publice eventibus tamen dissimulas passiones que ad tempus quidem delectant sensus stultorum, postea vero amariores felle fiunt retributiones. Etiam putes iocunditates non perditioni subiacerent et fluxui sed perhennis foret permansura, cum divinis similis nec sic oporteret te bonis et eternis dona ista preferre. Quanto enim sol nocte profunda splendidior est et lucidior, tanto et eo amplius bona promissa diligentibus deum et omni thesauro et gloria gloriosiora sunt et magnificentiora. Cum vero et fluxui omnia et corruptibilitati subiacent et quasi visio et sompnium et umbra pretereunt et perit, et nunc potius credendum est non stanti et nature ponenti quasi levis vestigiis quam homini compermitti. Quare sic comprehendere ut potius de corde et imprudente corruptibilia mortalia infima et fragilia incorruptibilibus preferre et eternis immortalibusque et infinitis et temporalibus horum consilio in successibus premia bonorum illorum in confusione. Non intelligas iste pater. Non presumis que tu sentis et adhibebis permansuris. Non preferes vilitatem violarum lucem tenebris et vitam quam umbre mortis. Rex autem stupefactus est quoque et ira repletus tum dictum eius et quibus quidem verbis non valebat quod et hoc quod non dimiserat filius eius quin et ipse ad derogationem deorum pro non potuerat. Sed totum eorum se insinuaverat et derisit vitam. Et amoenis tamen claritatem ob eterna tenebrarum consuetudine non penetrant precepit et post isti aut mali aliquid de illo disponere propter naturalem amorem non potuit. Cum natus surgens discessit et dixit: Utinam nunquam natus esses ut in lucem istam processisses talis futurus blasphemator deorum et paterne spretor amicitie et admonitionis. Nisi enim obediens fueris mihi et diis nostris exerceis multis pro te variis afficiam tormentis malis te interficiam.

Capitulum 31 Josaphat in oratione prostratus et orationem regis per visionem cognoscit

Hoc patre minante et cum ipso discedente, ipse per cubiculum filius ingressus ad primum ad interiore omnibus semotis orabat: Domine deus de profundo cordis clamavi. Dulcis spes et veracis promissio, tu in refugium ad te confugientium respice votum cordis mei quoniam ac manifesto oculo et ne derelinquas me. Te enim vices submissionis tue insum fortes efficiuntur quoniam solus es adiutor inseparabilis et deus meus qui benedictus omnibus cuncta glorificandus in secula. Amen. Ratiocinatus dum consolatorem in corpus suum descendisse et constantia repletus perseveravit tota ~~oratione~~ in nocte in oratione. Rex autem Arachi nuncio suo nota faciens de penis et dampnum e contrario tractantem irremeabile signans voluntatem consilium ab eo accepit cum eo amicabile potius ac suavem faciendam esse questionem et asperam collocutionem blanditiis suavibus potius esse trahendum. Venit igitur rex sequenti die ad filium et sedens complexus adulavit eum. Optabit te, inquit, fili mi, meis obedire preceptis et omnibus sed quoniam durus existens et inobediens ita fortiter restitisti mihi tua potius quam mea cupiens facere voluntatem. Veni ut postposita contumacia et vana contentione pariter cedamus veritati. Et quidem Barlaam qui te seduxit captus a me ferro vinctus tenetur. Congregabo etiam magnam et omnes amicos et galileos in unum congregabo conventionemque manifeste clamationem preparatam ut nullus christianorum metuat sed omnes sine timore conveniant. Et sic in dei beatitudine considerabimus et suadentes nobis cum vestro Barlaam assequimur quod optatis vel suasi a nobis ulterius voluntatibus preceptis meis obedire et consentire. Videns vero iuvenis per visionem sibi demonstratam propugnacula in confessione apostolicas voluntas domini fiat. Et sic condescendisti ipse enim bonus dominus qui prestet. Credens ne a veritate deviemus in ipso confidit anima mea et ipse miserebitur mei. Tunc ita iubet rex omnes congregari ydolatras videlicet et christianos literis quidem ubique transmissis precurrentibus per civitates et villas clamantes ut nullus christianorum timeat se aliquid mali passurum. Ex precepto omnibus in unum conveniant ad spontaneam nostram tractandam veritatis inquisitionem futurum cum principe ac duce eorum Barlaam. Scribit vero pontifices et cultores ydolorum et supplices caldeorum et iudeorum qui in toto regno illius reperiri possunt. Et quosdam magos augures et divinas. Convenit itaque ad regem multitudo magna de sua exercitanda secta christianorum. Vero unus inventus est solus in auxilium veniens illis qui putabatur esse Barlaam nomine Barachias. Alii fidelium mortui erant ab infamia fidelium persecutionum qui per civitates erant occisi. Alii vero in montibus et speluncis latitabant timore imminentium malignorum et non videbat in aperto venire. Ille vero solus cum esset fortis animo ad agonem processit veritatis. Capitulum 32.

Nachor in consilium vocatus a filio suo capitur et illaqueatur.

Residente ergo rege in tribunali excelso et elevato precepit sibi filium mitti. Ille vero ob patris reverentiam et honorem hoc noluit facere sed in terra prope illum sedit. Assis tentibus itaque hiis omnibus Ait rex Rethoribus suis et complicibus primo ipsius seductoribus et stultis corde Ecce certamen vobis adiacet et agonis magnitudo ex duobus enim hodie alterum fiet vobis Aut enim vincentes eritis Barlaam et eos qui cum eo sunt marguetes et gloriam maximam et honorem a vobis et ab omni senatu consequimini et coronis victorie condecorabimini Aut superati cum omni confusione pessime trademini morti et omnia vestra populo dabuntur ut et omnis deleatur memoria vestra de terra Corpora vestra bestiis dabo ad devorandum et filios vestros perhenni condempnabo servituti Hiis itaque dictis a rege Filius quoque illius ait Iuste hodie iudicasti O Rex Corroboret dominus hac voluntate tua Sed et ego eadem dico Magistro meo et conversus ad Nachor ait Nosti o Barlaam in qualibus me gloria invenisti et deliciis Et verbis plurimis suasisti michi ut a paternis quidem discederem legibus et moribus et ignoto servire deo ineffabilibus quorundam et eternorum bonorum promissionibus seducendo mentem meam ad sequendam doctrinam et meum exacerbandum dominum et patrem Nunc ergo quasi in lancea existima temetipsum stare ita si vinceris imminentem scito meam esse doctrinam tuam ordinibus quibus me docuisti Erroneos ipsos et margues qui nos hodie dimicaturi sunt et tu confutaveris plus oratoribus qui aliquid fuerint et pro

Nota

dimicatori vincitur vos liberet Ego quidem est in tua permanebo doctrina et in eo firma usque ad fine vite mee Si vero superatus cum vilitate cum contra te confusionibus in hodie auctoritatis exercitus Statim meam iniuriam vindicabo in te manibus meis Cor tuum et linguam extrahens canibus ad devorandum ipsa cum reliquo corpore tuo Ne autem discant omnes per te ne presumant filios regum in errorem mittere Hiis auditis sermonibus Nachor tristis effectus est valde videns semetipsum decidisse in foveam quam fecit et laqueo quem abscondit esse comprehensum et gladium suum in cor eius ingressum Animadvertens in semetipso et cognoscens melius esse regis filio adherere et partem illius defendere quatinus evadet periculum sibi imminens Gaudebat enim quod erat ei finaliter per tormenta perditi ut modicum illum exacerbaret totum enim ex divina fiebat providentia propter eos qui adversarios contra tuerentur Etenim ad ubia veteri utique ultores in ydolorum Nachor quemadmodum ille Balaam qui sub Balach aliquando maledicere israhel proposuerat Ex contrario multis plus benedixit Sedente itaque rege in throno suo Consedente quoque filio patri iaximus convenerunt et insipientes qui quasi gladium linguas exacuerunt ad destructionem vitanis Convenerunt et innumerabiles philozophi ipsi ad spectaculum istius certaminis convenit dixerunt quod per

Nota

victoria potietur.

Capitulum 33. Idem contra populum suum vera loquitur de deo et errore caldeorum

Tunc unus rhetorum sapientior omnibus dixit ad Nachor: Tu es barlaam qui impudenter et inverecunde dijs nostris contumelia et omne dedecus inferens et dilectissimum regis filium in errorem induxisti et crucifixo servire docuisti. Despiciens ergo Nachor rhetorem illum responsione nullo dignum iudicavit. Jam autem multitudinem plenarium indicens et aperiens os suum sicut asina balaam quod non presumpserat dicere, illa locutus est et ait ad regem: Ego rex providentia dei veni in mundum et considerans celum mare et terram et solem et lunam admiratus sum ornatum eorum. Videns autem mundum et que in mundo sunt omnia quod secundum necessitatem moventur, intellexi moventem et tenentem esse deum. Omne enim movens fortius est moto et tenens fortius contento. Ipsum igitur dico esse deum qui constituit omnia et tenet, sine principio et sine fine, inmortalem et nullo egentem, superiorem omnibus passionibus et defectibus, ira et oblivione et ignorantia et ceteris. Per ipsum vero omnia constituta sunt. Non indiget sacrificio et libamine neque aliquo eorum que apparent. Omnes vero illo indigent. Manifestum est vobis, o rex, quattuor genera esse hominum in hoc mundo. Ceterorum sunt apud nos qui dicuntur deorum adoratores, et Judei et Christiani. Ipsi autem rursus qui multos colunt deos in tria dividuntur genera: Caldeorum scilicet, Grecorum et Egiptiorum. Nam isti fuerunt principes et magistri ceteris gentibus in multorum deorum cultu et adoratione. Videamus ergo horum qui sunt principes veritatis et etiam qui erroris. Caldei namque nescientes deum erraverunt post elementa et ceperunt colere creaturam post creatorem suum, quorum et quasdam figuras facientes nominaverunt figuras celi et terre et maris, solis et lune et ceterorum elementorum et luminarium, et concludentes in templis adorant deos vocantes eos, quos servant diligenter ne rapiantur a furibus, et non intellexerunt quod omne quod servat maius est servato et faciens maius est facto. Quid ergo dico de elementis? Qui dicunt celum esse deum errant. Nam videmus ipsum convolubile et secundum necessitatem motum et ex multis constitutum. Nam astra ordine et spatio feruntur de loco ad locum, de signo in signum. Et quedam quidem occidunt, alia autem oriuntur, et secundum tempora iter peragunt ut perficiant estatem et hiemem sicut ordinatum est eis a deo, et convincuntur quod eos secundum inevitabilem nature necessitatem cum celesti ornatu. Unde manifestum est non esse celum deum sed opus dei. Qui autem putant terram esse deam errant. Videmus enim illam ab hominibus contumeliam patientem et dominationi eorum subiacentem, defossam et compressam et inutilem factam. Nam si igne torreatur efficitur mortua. Insuper et si paulo amplius inundatur, corrumpitur et ipsa et fructus eius. Conculcatur autem ab hominibus et ceteris animalibus, sanguine interfectorum inquinatur, effoditur, impletur mortuorum, fit theca corporum bestiis. Itaque se habentibus non recipitur terram esse deam, sed opus dei ad utilitatem hominum. Qui autem putant aquam esse deam erraverunt. Nam et ipsa ad opus

hominum facta est et creatorem sub-
iaceret eorum pollutus. Corrumpitur
et minuitur tabescit et tingitur colo-
ribus et frigore congelatur et squalori-
bus inquinatur et ad civitatum sordium
ablucionem assumitur. Ideo impossibile
est aquam esse deam sed opus dei.
Illi vero qui attribuunt ignem esse deum
errant nam ignis factus est ad usum
hominum et purificaret illorum creatori.
Circumfertur de loco ad locum et
accenditur ad elixandas carnes
diversas et ad torrendas. Adhuc ad — assandas
et mortuorum corpora comburenda.
Multis enim modis corrumpitur
ab hominibus et extinguitur propter quod — clauet
non est congruum ignem deum existima-
re sed opus dei. Cum autem homines
putant esse deum errant. Videmus
quippe istum mori secundum naturam
et crescit ad senectutem et se
nolente. Et alii quidem letantur
et alii tristantur indigent et potu et
vestitu. Est et nascitur et moritur
et crescit et patiens et muta-
tiones multas habens. Corrumpitur
etiam multis modis ab elementis et ma-
lis et imminente morte sibi. Non
congruit ergo hominem esse deum sed
opus dei. Errore igitur magno
erraverunt caldei post opiniones
suas.

C 3m De errore Grecorum et Egiptiorum

Veniamus nunc ad grecos ut vi-
deamus qualiter de deo
sentiant. Greci namque dicentes se
esse sapientes stulti facti sunt de-
terius caldeis introducentes plu-
rimos deos factos esse alios qui-
dem masculos alios feminas omnium
viciorum et iniquitatum auctores magistra-
tum et adinventores istos et patronos
habentes sive neque adulterent ra-
piant occidunt et omnia mala fa-
ciant. Introducitur enim ab eis ante omnes
deos Saturnus et huic prefuerunt fili- — Saturnus
os suos qui genuit multos pueros
de Rea et insaniens comedit filios
suos. Dicunt enim Jovem abscidisse
sibi virilia et proiecisse in mare unde
Venus fabulose dicitur nata. Alligatum
enim suum patrem Jupiter proiecit in
tartarum. Deinde inducitur Jupiter — Jupiter
quem ferunt regem esse aliorum deo-
rum et transformatum esse in alia ut
cum mortalibus mulieribus adulteria
committeret. Introducunt enim hunc transfor-
matum propter Europam et in aurum propter Da-
nem. Et in cignum propter Ledam et in sa-
tirum propter Antiopem. Et in fulmen
propter Semelem. Et ita genuisse ex
hiis filios multos. Liberum. Cyz et Syn-
zetum. et Amphionem. et Herculem.
Apollinem. et Arthemiam. et Per-
seum. Castorem et Pollucem.
Helenam. et Minonem. et Radaman-
tum. et Sarpedonem. Et no-
vem filias quas appellavit musas.
Deinde inducunt de Ganimede — Gannimedes
contigit quod venit hominibus imitari
hec omnia ut fiat adulter et mas-
culorum concubitores et aliorum malorum
operum patratores secundum imitatorem dei
sui. Quis autem credit deum esse ad-
ulterum aut sodomitam aut
parricidam. Deinde inducunt — Vulcanus
et Vulcanum quendam deum esse
et istum claudum et tenentem malle-
um et forcipes et fabricantem arte
querentem victum suum. Ergo ege-
nus erat quod non convenit deum esse
nec claudum. Deinde Mercu- — Mercurius
rium inducunt esse deum cupidum
et furem et avarum et magicum et
contrapellem et sermonum interpretem

Sed non convenit deum esse talem.

Asclepius
Esculapium etiam inducunt esse deum medicum et potiones conficientem et emplastra componentem victus gratia, indigentia enim premebatur. Novissime vero fulmine ictus a Iove propter Tyndarei Lacedemonis filium interiit.

Mars
Mars autem inducitur deus esse belligerator et zelotes et cupidus ovium et aliarum quarundam rerum. Novissime vero adulterio perpetrato cum Venere ligatum esse fertur a parvulo Cupidine et Vulcano.

Bachus
Bachum vero inducunt deum esse nocturnas agentem festivitates et magistrum ebrietatis et evellentem uxores proximorum. Et furiosum et fugitivum. Novissime autem a Tytanis occisus est.

Hercules
Herculem vero inducunt ebrium fuisse et insanum et suos occidisse. Et ultimo igne consumptum interiisse.

Apollo
Apollinem quoque inducunt deum fuisse zelotem, insuper arcum et pharetram gestantem, aliquando vero citharam et tybiam et divinatorem hominibus mercedis gratia.

Dyana
Dianam vero inducunt sororem illius fuisse venatricem et arcum habuisse cum pharetra et sic errare in montibus solam cum canibus ut caperet cervum aut aprum.

Venus
Venerem autem dicunt deam esse et adulteram. Nam aliquando habuit mechum Martem, aliquando vero Anchisen et aliquando Adonidem, cuius et mortem deflet querens amasium suum, quem dicunt etiam ad infernum descendisse ut redimeret Adonidem a Proserpina.

Adonides
Adonidem quoque inducunt deum esse venatorem et hunc violenter mortuum esse a apro percussum et non potuisse auxiliari miserie sue. Hec omnia et multo plura turpiora et maligniora fabulantur Greci, o rex, de diis suis. Que neque dicere oportet neque in memoriam omnino deferre. Unde sumentes homines occasionem a diis suis perpetrant omnem iniquitatem et luxuriam et impietatem, polluentes terram et aerem pessimis suis actibus. Egipcii vero scelestiores et stolidiores his existentes deterius omnibus erraverunt gentibus. Non enim contenti fuerunt Caldeorum et Grecorum cultibus, sed et insuper bruta animalia inducunt esse deos, terrestria et aquatilia et arbores et semina, et contaminati sunt omni insania et luxuria deterius omnibus. Quidam enim eorum coluerunt ovem, quidam vero hircum, alii vero vitulum et porcum, nonnulli vero corvum et accipitrem et vulturem et aquilam, alii vero cocodrillum. Quidam autem cattum et canem et lupum et simeam et draconem et aspidem. Et alii cepe et allium, spinas et ceteras creaturas.

C 37 de errore iudeorum et vera fide cristianorum

Veniamus ergo, o rex, ad iudeos, ut videamus quid sentiant et ipsi de deo. Hii namque existentes de stirpe Abrahe, Ysaac et Iacob habitaverunt in Egypto. Eduxit autem illos deus inde in manu forti. Nam sepius diis gentium servierunt. Et missos ad se prophetas et iustos interfecerunt. Deinde postquam complacuit filio dei ut veniret in terram, negantes eum tradiderunt eum Pylato presidi Romanorum et crucifixerunt eum, inmemores beneficiorum eius et innumerabilium miraculorum que inter eos operatus est, et perdiderunt propria iniquitate. Colunt etenim nunc solum deum omnipotentem, sed non secundum scientiam nam Christum negant filium dei et sunt compares gentibus licet appropinquare aliquo veritati videantur, a qua se ipsos elongaverunt. Ista vero de iudeis dicta sufficiant.

Christiani autem a Christo dicuntur. Hic enim filius dei altissimi predicatur qui de celo descendens propter salutem hominum de spiritu sancto ex Maria virgine natus absque viri semine et salva matris integritate carnem suscepit et hominibus apparuit ut a multorum deorum errore ipsos revocaret. Cum mirabili sua dispensatione per crucem mortem gustavit spontanea voluntate post tres dies resurgens post xl dies in celos ascendit. Duodecim discipulos habuit qui post eius in celum reditum exierunt in omnibus orbis provinciis et docuerunt illius magnificentiam. Unde et adhuc ministrant iusticie predicationis illius christiani vocantur. Et hii sunt qui super omnes gentes terre invenerunt veritatem. Cognoscunt enim deum creatorem et actorem omnium in filio unigenito et spiritu sancto. Preterea cum hec via veritatis sit, ambulantes per eam in regnum ducit eternum promissum a Christo in futura vita. Et ut noveris rex quia non ego a me ipso hec dico, scripturas christianas intuens earum invenies ex veritatem me nichil dicere. Quapropter quiescant stulti prophetes tui adversus Christum vana loqui. Expedit enim vobis deum creatorem colere et incorruptibilia illius auribus percipere verba ut condempnationem evadentes et tormenta vite interminabilis vite eterne heredes esse inveniamini.

Capitulum tricesimum sextum de fine certaminis quo Nachor omnes confutavit.

Ut ergo prosecutus fuisset ista Nachor rex quidem furore agitabatur. Rhetores vero illi et sacerdotes ydolorum muti stabant non valentes contradicere nec quod infima quidem et nullius momenti verba inveniebant. Filius autem regis exultabat spiritu et letabunda facie glorificabat deum qui in somnio consilium dedit confidentibus in se. Nam per hostem et inimicum veritatis veritatem defendit et eum omnibus principibus condignum ita sermonibus monstravit. Rex quidem acriter iratus fuisset Nachor, nichil tamen mali in eum exercere potuit. Eo quod coram omnibus iusserat ei ut fiducialiter et sine ullo timore ageret pro christianis. Multum tamen ipse contradicens connivebat per enigma ut cederet iste disputandi ut paterentur se vinci a rhetoribus. Sed Nachor multo magis convalescebat dissolvens oppositiones eorum et silogismos et inducens persuasiones erroris contraria vero usque ad vesperam disputatione. Iussit rex dissolvi concilium quasi sequenti die iterum de hiis tractaturus.

Capitulum 37

Josaphat cum secum ducit et secrete arguens gratias egit

Filius autem dixit regi, Sicut in principio precepisti iustum iudicium fieri domine iusticiam et finem impone de duobus alterum faciendo. Aut meum magistrum permitte mecum manere nocte ista ut sit conferamus de hiis que ipsis ergo respondes aduersariis nostris. Tu autem demum tuos tenens assertores contra nos meditamini quod voluistis. Aut tunc in promissis accipe mercedem tuam ad tempus. Ecce ego ut quod finit ~~[illegible]~~ apud te mens quidem erit in timore et tribulatione. Tunc vero in gaudio futurus sum et requie, et hoc non videre me iniustum esse iudicium sed violentiam esse potentibus et fidelibus prouidentiorum. Dissipatus itaque rex eundem sermonibus suis quamvis confusus et turbatus tibi penes se retentis Nachor transmisit filio ipse adhuc in illo continens et fraternitatem compromiserat in certamine. Abiit ergo Regis filius ad palatium suum quasi quandam olimpiacam victoriam de aduersariis reportatus habens secum Nachor quem singulariter ad notitiam ait ad illum. Ne contempnas me ignorantem omnibus sermonibus. Scio enim diligenter te non esse sanctum Barlaam sed Nachor astrologum. Et miror quomodo nobis visum est talem fallaciam supportasse et tante cecitatis me putasse ut media die lumen per omnem susciperem. Sed bene sermo cantatur quia cor fatuum vana cogitabit. Cogitatio igitur vestra inanis et ipsum illud vanum fuit et omnis fatuus. Sed operibus tuis operatus es cum intellectu pleno. Iam Deo Nachor gaude et exulta. Quoniam igitur contendebas ipsa quia defensor veritatis hodie factus es et non contaminasti labia tua pollutis sermonibus et dolosa simulatione sed potius illam commisisti ab ignatoribus et corde et virtute christianorum dormiunt absendo. Ego autem sciturus te meum advenientes duabus de causis. Ne videretur rex seorsum te suspiciens tormentis addiceret eo quod non sibi placentia comminasti et ut quantum habet quod et hodie operatus es tibi recompensarem. Secundum quod est retributio ista sunt ut ostendam tibi dextram a via mala et lubrica quam hactenus incessisti. Et ut ambules per rectam et salutarem semitam quam non agnovisti sed sciens et sponte de male agendo effugisti. Baterisque ac properis tempore quietem dominum intelligere. Nachor intellectualis existens et per omnibus solum desiderans vitam ut caperet istum absconditum quem latens thesaurum istum et corruptibilia despiciens. Non enim per omne cum eis periculum sed cum sis mortalis discedens hinc postmodum peribit et omnibus aliis qui ante nos fuerunt. Et vere tibi si igne permissionis omnis [illegible] illuc ubi iudicium iustum et retributio operum. Et non abierunt singulis cum fructibus eius sit retributio. C. 38

Nachor in verbis eius compunctus ad heremum convolavit

Nachor ergo compunctus in verbis istis ait: Benedixisti o rex. Benedixisti. Non enim et ecce [illegible] et quod non mentitus deum per quem omnia facta sunt. Et futurum iudicium suo quia ex iustis scripturis hoc audivi. Sed mala consuetudo veteris solemnitatis et vitiis oculos texerunt cordis mei et tenebras profundas apposuit cogitationibus meis. Nunc autem in verbo tuo velamen tu obscuritatis detrahens ad lumine retro pulsus domini forsitan miserebitur mei et famula prime aspiciet sermone nec apostate sunt

Inpossibile michi videatur remissionem peccatorum meorum que in tanta nimis commissa sunt adipisci posse quia sciens et non ignoranter peccavi ab infancia usque ad hanc etatem. Hec ut audivit regis filius mox spiritu sancto inflammatus intuitus in corde contabuit et cogitationem Nachor ad desperationem inclinatum revocare cepit. Et ad stabilitatem fidei Christi erexit dicens: Nulla, o Nachor, sit tibi dubitatio. Scriptum est enim: possibile est deo et de lapidibus istis excitare filios Abrahe, qui Christus summa benignitate eminentiam omnibus ad se venientibus celeste aperit ianuam, nulli salutis denegans introitum, sed misericorditer recipit penitentes. Nam vero prima et tercia et sexta et nona et undecima hora equaliter omnibus mercedes reddit sicut patet in evangelio. Itaque licet hactenus in peccatis consisteris, sed flagranti corde accesseris eorum qui a iuventute pondus diei et estus portaverunt consortio digna efficieris. Hec et alia multa de penitentia fusius locutus, convincens in magis incitando Nachor et pollicitus remissionem peccatorum promittens regnum [illegible] et plurimis exemplis edificans penitentia paratus est semper ad suscipiendum penitentes. Languidum illius iam velut bonus medicus confortans plene restituit sanitati. Dixit enim confestim Nachor ad illum: Tu quidem, o nobilissime puer, et corpore constitutus hiis mirabilibus mysteriis perseverans in bona confessione usque ad finem. Et nullo modo ut tempus hac de tuo corde amputet. Ego vero vadam pro salute mea querere et per penitentiam deum placare quem irritavi. Non enim ulterius videbo faciem. Si tamen volueris. Letus igitur vehementer factus est regis filius et [illegible] sibi percipiens complexatus eum osculatus est et attentissime pro eo oratione fusa et commendans eum deo emisit de palatio. Egressus autem Nachor compunctus corde ad profundissima heremi quasi currens pervenit, demum et mansionem cuiusdam sacerdotis hore conditi speluncam attigit. Ubi absconditus ille latitabat propter regis timorem. Cui humiliter prostratus abluit pedes lacrimis imitatus meretricem de evangelio et divinum postulabat baptisma. Sacerdos ergo cum divino plenus esset gratia intellexit id divinitus fieri et gratissimo post multos dies catechizans eum et instruens diebus non modicis demum baptizavit eum in nomine patris et filii et spiritus sancti. Mansit itaque Nachor cum eo penitentiam agens de peccatis suis et benedicens deum qui non vult aliquem perire.

C 31 Rege cum cultum deorum vacillante Theodas magus accersitus est

Mane autem discessu Nachor cognito rex decidit a spe quam detinebat in illo. Videns autem suos sapientes et prudentes rhetores in tali superatos, indignatus erat inimicis. Et illos quidem contumeliis plurimis et dedecoribus afflictos, quosdam sevius vehementer flagellatos, nonnullos eorum oculis orbatos eicit a facie sua. Ipse enim quodammodo recognoscere cepit falsorum deorum infirmitatem, licet perfecte lumine Christi respicere non voluit. Nam confusa caliginis spissa [illegible] nebula adhuc cordis eius velabat oculos. Veruntamen iam sacerdotes non honorabat nec festivitates agebat.

Et libamina non exhibebat ydolis sed vacillantem utrobique mente gestabat. Hinc quidem infirmitates cognoscens deorum suorum, inde vero timidus atque diligentia formidans euangelice questionis. Ex traditione autem malignis tenebatur modis. Vehementer voluptatibus fruebatur corporis et omnibus vitiis nimie apprime inhiabat. Erat autem tempus illud solempnitatis cuiusdam festorum deorum celeberrima in civitate illa. Solebat autem ipse rex interesse festivitati et sacrificiorum largitate hanc exornare. Unde metuebant pontifices templorum videntes eum negligenter circa cultum eorum et tepide se habentem, ne forte ex toto subtraheret presentiam suam a templis et privaretur ipsi regali munificentia quam dabit eis et ceteris oblationibus. Congregantes itaque adeunt antrum quoddam remotissima positum heremo ubi habitabat quidam vir magus vacans artibus et errori ydolorum actibusque [illegible] Theodas nomine quem rex honorabat magnifice et ut amicum colebat. Et ingressi dicunt quod ipsius dominationem ad inquietum et periculum pervenisse suum regnum. Ut ergo sordidi sacerdotes pervenerunt ad illum, hunc in auxilium sibi invocant et factam regi deorum hesitationem manifestam faciunt. Et qualiter regis filius egit Chaldeorum nacione. Adversus eos publice concionatus sit. Et quia nisi ipse ipsis occurrens nos annihilaturus est, spes nostra deficiat sacrificiaque deorum cultorum cultusque perierunt. Tunc igitur Theodas armis puri diabolica sibi malicia et [illegible] armatus multos malignorum spirituum vocavit quos ad mala facienda moneat peritissimos et quibus ille semper ministris utebatur. Et in hiis confisus ad regem. Ut autem nunciatum est regi adventus eius et intrat quidem virum olim baiulans melote precinctus. Rex autem exsurgens de sede sua et procedens obviam illi osculatus est eum et allata sede sua iuxta se sedere fecit.

C. Eo hinc consilio Rex omnes ad solempnitatem deorum convocat

Tunc Theodas ait Regi: Rex in eternum vive nimirum deorum benignitate protectus. Audivi autem te certamen magnum egisse adversus Galileos et splendidissime victorie diademate esse coronatum. Ideoque veni ut letabundum simul solempnitatem celebremus. Immensosque pulcherrimos et decoros iuvenes mox liberis diis sacrificemus. Tamen oportet et malia [illegible] hiis offeramus ut habeamus eos deinceps adiutores invictos et per omnem vitam nostram placabiles. Ad hec rex ait: Non vicimus o senior, non vicimus, sed debiles potius superati sumus. Nam quos nos putabamus esse subditos, hii nos facti sunt subito, hii nos facti sunt et bachantes et ammirantes et [illegible] victores. Nunc vero signa [illegible] et fortitudo ad auxilium deorum te perfecte mihi et [illegible] ei gerenda amicicia mea. Tunc Theodas tales dedit Regi rusiones Galileorum quidem confessiones et paralogismata. Noli inquit formidare, quia non sunt [illegible] ab eis adversus nos venerabiles et perpetuo. Quia si nostra omnia sunt facilius devincitur quam solum [illegible] motum [illegible]. Neque enim arte faciem meam venire sustinebit. Nec meum sermonem sufferre et interrogationes et oppositiones meas facere. Sed ut istud etiam compendium et totum contrarium vestris verbis nos erudiat et summum votum vestrum nobis concedat. Exorna solempnitatem huius celeberrimam et pietate deorum quasi quedam arma fortia indue et bene tibi erit. Sic gloriabatur confidens in malicia et cooperatione malignorum spirituum. Ex toto regno fecit obliviscens verba salutaria que cor illius aliquantulum tetigerunt. Et ad consueta rediit in homine. Unde littere regales mox ubique transmisse sunt ut convenirent omnes ad exercendam solempnitatem deorum. Tunc videres confluentes populos omnes et boves et arietes adducentes multa. Omnibus itaque congregatis singulis rex cum seductore Theoda ad templum abiit cunctis ad sacrificium adducens centum viginti et aliis multis animalibus celebrabat prophanam solempnitatem adeo quod resonaret inde civitas a vocibus brutorum animalium. Et ipse aer pollueretur nidore sacrificiorum. Ce1

Idem de Josaphat cum mulieribus se iungendo consilium dat

His itaque consummatis et nequam spiritibus valde gloriantibus propter victoriam Theode et gratias ei referentibus templorum sacerdotibus. Rex itaque ad palacium rediit et ait Theode. Ecce sicut iussisti totum expendimus studium in exornatione solempnitatis et sacrificiorum liberalitate. Ergo tempus est ut promissa adimpleas et filium meum qui a nobis dissensit cultibus ab errore christianorum liberes et clementibus diis reconcilies. Ego enim omnem artem et machinas agitans nullum morbi huius inveni curatorem. Tu nunc denique sapientie que nichil magis in fortunium communicato. Si ergo per te liberatus ab hoc morbo videro filium meum diis famulantem et delectationibus voluptuose vite huius et regni perfruentem, statuam a te erigens auream sicut diis sacrificabo illi et ab omnibus honorari te faciam per infinita tempora. Theodas autem ante attente concionatus maligno et ab illo edoctus totum mali et execrabile lingua illius et os effectus ait ad regem. Si impetrare vis filium tuum et vincere illius pertinaciam depone omnem curam. Arte enim non prevalebis. Reperies sic facile mollescit et tenerescit rigida eius cogitatio sicut cera a facie ignis. Eiectis ergo assistentibus filio tuo et ministrantibus longe ab eo, iube mulieres decoras et speciosas valde et ornatas mediari semper ut sint cum eo assidue et ministrent ei conveniant et morentur cum eo. Ego autem de spiritibus unum qui ad huiusmodi ordinati sunt mittens ei fortius libidinis ignem succendam. Quod postquam contigerit ipse cum una sola talium mulierum non omnia tibi concesserit procul dubio desperabit eos tibi et de regno tuo et supplicans digna. Nichil enim ut facies mulierum alludere et seducere iuvenum cogitationes prevalet. Et audi narrationem meo sermoni testificantem. Quidam rex filios masculos habere non poterat. Unde vehementer tristis erat et hoc infelicitate

infelicitate non modicum estimabat. Cum autem in huiusmodi esset anxietatibus nascitur ei filius et super hoc gavisus est. Dixerunt autem ei peritissimi medicorum quod si infra decem annos solem vel ignem videret omnino lumine privaretur; hoc enim oculorum illius compositio signabat. Rex itaque ut audivit talia fertur speluncam in quadam petra excidisse ut ibi filium cum nutricibus suis retrusisse ut nullomodo usque ad completum decem annorum lucis claritatem videret. Finitis autem decem annis de antro puer adducitur nulla mundialium rerum per visum noticia habens. Tunc iubet rex omnia sibi secundum genus exhiberi. Et ostendi ei viros quidem in uno loco, alibi vero mulieres, alibi aurum et argentum, ibi margaritas et lapides preciosos, vestes splendidas et ornamenta, currus preciosos cum equis regalibus, et ut breviter dicam omnia secundum ordinem et genus ostendant puero. Sciscitante vero ipso quibus horum unumquodque vocaretur regis ministri indicarunt. Cum autem mulieres videret anxie anxie querere fertur spatarius regis ludendo dixisse demones eas esse qui seducunt homines. Cor autem pueri illarum desiderio plus quam ceteris rebus anhelabat. Ostensis igitur sibi omnibus ad regem reducitur. Cum interrogat rex filium quid amplius amaret ex omnibus que videat, cui respondit: Pater, nisi demones illos qui seducunt homines. Nullius eorum que hodie demonstrata sunt sicut illorum amicicia exarsit anima mea. Et miratus est rex ille in verbo pueri. Et vide quam tyrannica res est amor mulierum. Et tu igitur non aliter putes superare posse filium meum nisi hoc modo.

Capitulum. Josaphat spiritu fornicationis vexatus oratione se armat

Accepit rex verbum libenter. Adducuntur ei electe puelle et valde speciose quibus et ornatu illustrant splendido ut assidue ad continuandum pueri sint ydonee. Famulos quidem et ministros pueri omnes eiciunt de palacio, istas vero illorum loco constituunt. Statimque ipse assident ei et eum complexu ad exercendum suum coitum illiciunt omni gestu et verbis incitantes ad libidinem. Non habebat alium ad quem respiceret aut cum quo loqueretur aut que sitiret ipse; namque erant ei omnia. Theodas vero interim ad illam malignam speluncam redit et libros prophanos inspiciens per quos talia operari potuit convocat malignorum aciem. Et ad bellandum contra Christi militem transmisit. Malignus vero spiritus alios quosque nequiores secum assumens demones cubiculum adiit fortissimi iuvenis et irruunt in eum vehementissime carnis succendens caminum. [illegible] vero illa sua dyaboli suggestiones sentiens et bellum cernens mulierum cogitationum super se fortiter venientium habebat. Mox vero amor libidinosus divinum amorem composuit et in memoriam reduxit sermones illius pulcherrime et ineffabilis glorie Christi immortalis sponsi mundarum animarum et nuptiarum de quibus nefarie exierunt qui nuptialem polluerunt tunicam ligatis pedibus et manibus in tenebras exteriores cogitans et lacrimis perfusus percutiebat pectus suum ut malignas inde cogitationes effugaret. Deinde surgens et manus in celum extendens ferventissimis lacrimis et gemitibus Deum invocabat in auxilium et dicebat: Domine Deus omnipotens, misericors et miserator, spes desperatorum et destitutorum adiutorium, recordare mei indigni servi tui in hac hora et propicio me oculo respice. Et libera a gladio demoniaco animam meam et de manu canis unicam meam. Et cum dixisset Amen, divinam sensit consolationem celitus super se venientem et statim maligne discesserunt cogitationes. Ipse vero in oratione usque mane consistit et agnitis machinamentis dyaboli cepit corpus suum amplius affligere fame et siti et alia contricione. Totis namque noctibus stabat super pedes suos, psalmos ipsi indicens in memoria quam primum fecerat Deus describens in celo lumen splendorem iustorum et ignem malorum gehennam commemorans assidue, ne ociosam et vacuam suam hostis inveniens animam cogitationes illi malas facile aspergeret et mentis mundiciam pollueret. Capitulum.

Puella regia eum de fornicatione multiplici colloquio temptat

Videns igitur hostis destitutum se et omnino desperans semetipsum taliter posse strenuum devincere, invenire aliam vadit mentis seductionem. Nam regis filiis est una iuvencularum illarum que cunctis erat formosior et regis fuerat filia que captiva de patria alienata est patri et regi Avenner quasi quoddam munus eximium fuit oblata. Omnia enim ad maliciam principia machinamentorum facile et cito malignus invenit. Deinde regis filio a dextris corruens passionis caritatem erga puellam immittit ei, quasi sub obtentu intellectus et ornamenti mentis illius, quia esset ingenua et de regali genere, patria et sua et gloria esset privata. Cum hiis et cogitationes submittit ei ut liberaret eam ab ydolis et christianam faceret. Itaque loqui puelle cepit regis filius et divine notitie sibi verba proferre dicens: O mulier, cognosce viventem in secula Deum et noli huic errori de ydolorum corrumpi. Sed Deum Christum intellige creatorem esse omnium rerum et beata eris desponsata immortali sponso. Multaque talia dicente illo dixit ea: Si mee salutis domine mi in sollicitudinem geris et cupis Deo tuo me offerre et hylarem animam salvam facere, fac et ipse unam peticionem meam. Et omnibus statim diis patriis abrenuncians tuo adherebo Deo. Coniungere mihi in nuptiarum copula et ego preceptis tuis gaudens obediam. Cui ille: O mulier, inaniter tale mihi pretendis duram peticionem. Ego enim licet fortitudinis tue geram sollicitudinem salutis, inquinare tamen corpus meum per turpem commixtionem omnino mihi est et omnino impossibile. Quella autem explanans illi totam viam et iungens: Quare, inquit, talia fans tu omni completus sapientia ut quid pollutam rem et turpem nominasti commixtionem? Scio enim et ego expers non sum christianorum librorum. Et multa volumina legi in patria mea, multosque christianos mecum colloquentes audivi. Nonne scriptum est in quodam virorum librorum honorabiles nuptiae et thorus immaculatus. Et melius est nubere quam uri. Et quod deus iunxit homo non separat. Nonne antiquos iustos patriarchas scilicet et prophetas uxores habuisse docent scripturae vestrae? Nonne Petrum ipsum quem principem apostolorum dicitis fuisse coniugem scriptum est habuisse? Omnibus enim auctoritatibus stultum nuptias pollutionem dicis appellando. Valde videris alienum a veritate dogmatum vestrorum errare. Cui ille respondit: Etiam mulier, licet se habeant ista quemadmodum dixisti, ista conceduntur volentibus uxores ducere, sed non eis qui semel promiserunt Christo virginitatem illibatam servare. Ego enim ex quo lavacro purificatus sum divini baptismatis a pueritia et ignorantiae me delictis immunem me ipsum servare Christo spopondi, et qua ratione quod deo promisi violare potero? At illa rursus ait: Sic et ista de mea voluntate ~~mea~~ quemadmodum proposuisti. Aliam quandam minimam quidem et fere nullius petitionem meam perfice. Si vis salvam facere animam meam, concumbe mecum hac nocte et mane me promitto pulchritudine nostra et ipse meos statim decore et promitto tibi quod summo diluculo christiana fiam et omni abrenuntiem cultui deorum, et erit tibi non solum indulgentia pro dispensatione ista, sed insuper mercedem recipies pro salute mea a deo tuo. Nonne plerumque principes et religiosi omnes quae apostoli sunt dispensatores egerunt pro tempore, non semper in proprio manentes? Nonne Paulus circumcidisse Timotheum propter meliorem dispensationem? Et licet ex christianis sit christianus circumcisio tamen ille non restituit hoc facere. Etiam

multa talia in scripturis tuis invenies.

Capitulum XL Josaphat dominus felicitatem sanctorum et penas reproborum per visionem demonstrat

Haec igitur dicens et blandiens retia et laqueos a dextris et sinistris disponebat. Cepit animus illius motum rigoris qui deponendo proposita illius et deliberationem nutabundam efficeret. Seminator autem malitiae et virtutum inimicus vacillans cor illius ostendens cum suis canibus vinariis aggressus dominum Christi militem omnes spiritus illius animae virtutes incitabat et diversis amorem puellae suggerentes ignem vehementissimum concupiscentiae succenderunt in eum. Cernens autem ille seipsum fortiter inflammatum et ad peccatum captivatum et cogitationes suas ad puellae salutem et ad dei inspirationem quasi summo esse proposito actionem compositas et occultatas ei hostis immissiones, et non esse peccatum pro salute animae semel mulieri misceri, ingemiscens de fronte animae percussus. Mox semetipsum ad orationem contulit et flumina lacrimarum ex oculis largiter profundens clamabat ad deum qui salvos facit sperantes in se: In te domine speravi, non confundar in aeternum, neque irrideant me inimici mei qui optimas habent. Vero cum lacrimis orans et multas genuflexiones faciens collocavit seipsum in pavimento et soporatus paululum vidit semetipsum a quibusdam terribilibus raptum et loca quae numquam viderat pertransientem, et ad quoddam deductum maximum pratum decoris floribus bene redolentibus exornatum, ubi arbores quidem erant [illegible] et variis fructibus ornatus exoticis quibusdam et mirabilibus foliis arbores dulcem sonum reddebant aura quadam tenui agitante et insatiabilem et suavissimum odorem emittebant. Sedes quoque posite erant de mundissimo auro et lapidibus preciosis fabricate nimium splendorem reddentes et lecti lucidi preciosissimis stratis decorem omnem narrationem superant. Aque etiam preterfluebant limpidissime ipsos letificantes oculos. Per hunc mirabilem campum isti et maximum campum terribiles illi deducentes illum in civitatem introduxerunt ineffabili fulgore splendentem. Et ex auro quidem obrizo muri eius erant. Et de lapidibus quos nullus aliquando vidit propugnacula altissima. Quis illius referre prevalet civitatis decorem et claritatem. Lux autem desuper infusa radiis suis omnes plateas ipsius perlustrabat. Et etherei quidem exercitus splendidi in ea consistunt cantantes quod auris etiam mortalis numquam audivit. Et vocem audivit dicentem: Hec est requies iustorum, ista est leticia eorum qui placuerunt domino. Inde deducentes illum terribilissimi viri illi repedabant. Cum iocunditate illa et gaudio totus perfusus: Ne privetis me, aiebat, hac privetis me ineffabili gaudio isto. Sed concedite mihi in minimo particula civitatis huius angulo quiescam. Illi autem dicebant: Impossibile est te nunc hic esse. Sed cum labore multo et sudore venies huc, si tamen vim inferre potueris. Hec dicentes et maximum campum iterum transeuntes ad loca deduxerunt tenebrosa et omni feditate et tristicia et tribulatione et turbine plena, ubi fornax estuabat igne succensa et vermium genus atque serpentum erat intra flammas vivens et alias cruciens. Et vox audita est dicens: Iste est locus peccatorum, ista sunt tormenta eorum qui pravis actibus ac turpibus semetipsos polluunt. Postea eduxerunt eum inde illi qui eum induxerunt.

Capitulum xli. Idem in se reversus egrotat et patrem se visitantem sceleris arguit.

Statim in semetipsum reversus tremebundus erat totus. Flumina lacrimarum decurrebant ex oculis eius. Omnis enim pulcritudo illius impudice puelle et ceterorum fetidior stercore atque putredine ei videbatur. Volvens autem in animo eorum que videbat memoriam desiderio bonorum et timore malorum super lectum suum decubuit nequaquam surgere valens. Nunciatur regi egritudo filii, qui postquam venit interrogavit quidem quid accideret. Ille autem refert ei per ordinem que viderat et ait: Ut quid laqueum pedibus meis expandisti et decipere animam meam voluisti? Nisi dominus adiuvisset me, paulominus in inferno habitasset anima mea. Et nunc, o pater, quomodo aures tuas obturasti ne audires vocem meam bona tibi suggerentem? Saltem ne me prohibeas per viam rectam incedere. Hoc enim desidero, hoc ambio ut ab omnibus renunciis liberatus ad locum pergam ubi Barlaam Christi famulus habitat. Et cum eo residuum principibus vite mee expendere. Si autem vi me continere volueris, videbis me cito pre tristitia et angustia mori, et neque tu pater de [illegible] vocaberis neque filium me ulterius habebis. Cum igitur quod desperatus apprehendere intendit, [illegible] recedit cum ira sue et male mestus ad semetipsum in suum abiit palatium. A Theoda quoque qui missi fuerant nequitie spiritus adiutores suum conveniunt, venientes ad eum confusi deiectionem confitentur. Et licet fuerint mendacissimi, tamen casum sue deiectionis aperte intulerunt. Ille autem sic ait: Vos infirmi et miseri, quod ab uno puero estis superati. Quo respondentes nequivimus sustinere nec eius aspectum Christi virtute et vexillum passionis eius quod crucem vocant. Rex autem undique destitutus Theodam iterum advocat eique dixit: Omnia que nos docuisti, o sapientissime, complentes, illam virtutem consecuti sumus. Nunc autem si alia tibi ars residua est et illo experientiam capiamus, forte inveniemus huius mali solutionem.

Capitulum lx Josaphat contra Theodam certamen init

Pergente vero Theoda ad colloquium filii venire, mane rex assumentes secum eum ad visitandum pergit filium. Et inde sedens loqui cepit exprobrans et reprehendens eum de inobedientia sua et contumaci voluntate. Ille vero demum confirmante et nichil preponendum esse Christi veritati clamante, procedens in medium Theodas ait: Quid contempsisti, o Josaphat, in immortalibus diis, ut conversus ab eorum cultu destitisti? Et patrem tuum iratum ita ad iracundiam provocasti? [illegible] fre

omni populo. Nonne ab ipsis prestitum est pro vita? Nonne et ipsi exhibuerunt te patri, oratione eius exaudita, et de sterilitatis vinculo liberaverunt? Cum autem ad Theodam: Audi, erebi profunditas et palpabilium tenebrarum, fetor babilonium, semen canaan, longeve ac misere senex. Cum de te conatus salutis predicationem per quam errabundi viam invenerunt, per quam perditi et male captivati reducti sunt. Quid melius est, dic michi, servire deo omnipotenti cum filio suo unigenito et spiritu sancto unito et immortali principio et fonte bonorum, an demonibus perditis et vanitatibus ydolis, quorum gloria et laus adulterium est et puerorum corruptio et tota impietatis opera. Cultores profectus est tuo ydolo animal quod offerunt ei. Nam ydolum homo fecit, qualia vero deus creavit, et eo longe te videri intellectuale est animal rationabile. Nam illud cognoscit tenentem se. Tu vero deum ignoras per quem de nichilo factus es, per quem vivis et conservaris. Nos igitur cognitum vos insipientes et cecos et sine intellectu istos consimiles quoniam vos similes eorum defecistis. Mimetice quippe non pietatis sunt opera vestra. Nam studiosi bellorum militaris apparatus ille ydolum erigens vocavit Martem. Libidinosi vero furentes vicium suum deum fecit quem vocavit Venerem. Iste vero propter vinolentiam fecit ydolum quod vocavit Bachum. Ceteri vero et aliorum malorum concupiscentes suorum viciorum statuerunt ydola. Ita passiones suas

Deum venerari et ideo in deliciis suis fuit ab eis impudice saltationes et huiusmodi cantica inquinat et huiusmodi operum fuit. Quis sustinebit eorum turpitudines referendo quae sunt commemorari. Isti tui cultus sunt, o Theoda, statuis insensibilior. Haec me suades adorare, haec colere. Ego vero Deo meo serviam et illi sacrificabo meipsum, toti Deo creatori et principi universorum per Dominum nostrum Jesum Christum spem nostram, per quem accessum habemus ad patrem in uno spiritu sancto, per quem redempti sumus de amara servitute in sanguine eius. Quid enim tam pulchrum est quam ista confiteri et talem colere Deum bonum et benignum, qui mandat misericordiam et continentiam, simplicitatem, munditiam iubet, iustitiam docet, fidem exhibet, pacem praedicat, ipsaque veritas nominatur et est ipsa caritas, ipsa bonitas. Hic melius est colere quam deos tuos nephandos et diversos turpes operatores actionibus et nominibus.

Capitulum LX. Idem eidem de stulta suorum sapientia confundit

Dixit autem ad eum Theodas: Certe manifestum est quod nostram sectam multi et magni sapientes et narratores tam egregii quod ista mirabiles crediderunt. Et omnes reges terrae et potentes [illegible] et nihil falsitatis habentes susceperunt. Galileorum vero quidam rustici pauperes et viles homines praedicaverunt, et ipsi pauci numero nec duodenarium supradictes. Quid ergo paucorum et vilium atque rusticorum praedicatio praeponenda est multorum et magnorum sapientia tanta splendentium et doctorum? Quae est autem ista assertio hominis vera dicentes et illos mentiri? Ad haec filius regis respondit: Sicut tu, Theoda, asinus es et omnibus brutis obtusius et sine intellectu permanes, ut porcus aspidibus obturatus aures ne audiant vocem incantantium. Consulte certe quod non intueris te in sensum veritatis. Hoc enim ipsum quod a multis quidem sapientia admirata et magnis cultibus laudata sunt et a multis regibus defensa, praedicatio vero evangelii a pauperibus et vilibus viris praedicata, quod ostendit divini ~~divini~~ cultus magnam virtutem et eorum malignorum dominationem infirmatam et extinctam. Si enim ab hominibus exposita fuisset fides nostra et a pluribus reges et potentes habuisset cooperatores, merito dicere posses humana virtute confici. Nunc autem cum eius piscatoribus sanctum depositum evangelium ab omnibus vero tyrannis prevaluit et postea orbem implesse universum, quia in omnem terram exivit sonus eorum. Quid dices? Patet aliud quam divinam quandam esse et inexpugnabilem virtutem pro salute hominum semetipsam astruentem. Nam crucifixus ille tum ipse omnes languores hominum curabat, demones quos vos timetis quasi deos non solum ab hominibus pellebat corporibus, verum etiam ab ipso exterbaverunt mundo crucis signo per quod omnes crediderunt magnum et omnia beneficia et necessaria esse fecerunt. Quid ergo potes dicere de sapientibus tuis et rhetoribus quorum stultam fecit Deus sapientiam, fautores dyaboli, quod memoria dignum reliquerunt seculo? Quid potes dicere de ipsis nisi irrationabilitate et stupiditate et artem vanam ornatu verborum tenui contegentem. Sapientissime fecisti nec

C. 88. Theodas compunctus heremum petit

Theodas autem hiis auditis sermonibus quia sermo plenus erat divine sapientie quasi tonitrui fragore consternatus sine voce obstupefactus mansit et vix sensit miseriam. Tetigit enim obtenebratos cordis illius oculos sermo salutaris. Multum igitur de pravis suis actibus compunctus gentis et idolorum errores condempnans ad lumen veritatis convertitur. Ex illo tempore a maligna conversatione sua discessit et in semetipsum exercendis virtutibus et magnis artibus hostem exhibuit quantum ad hoc tempus erga illa arcana habuit. Tunc enim in medio consilii stans rege presidente magna voce clamavit: Vere rex spiritus dei habitat in filio tuo. Quare victi sumus et nullam responsionem valemus habere contra hiis que ab ipso dicta sunt. [illegible] vere magnus est deus christianorum et magna fides eorum et magna misteria. Conversus autem ad filium regis ait: Dic michi o illuminata anima, suscipiet me deus dominus Jhesus Christus si discessero a malis actibus meis et convertero me ad ipsum. Etiam inquit veritatis preco, etiam suscipiet te et omnes qui convertuntur ad ipsum suscipiet, et non qualitercumque sed sicut filium quidem de longinqua reversum est regione, de qua iniquitatum crustis oblimata exuit, et hunc apprehendens osculatus est et priori confusione sublata mox eum veste induit salutari. Nam et Dominus ait: Gaudium fiet in celo super uno peccatore penitentiam agente. Et iterum dicit: Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam. Noli hesitare o homo neque ambigas sed veni ad Christum deum benignum misericordem et illuminare et facies tua non confundetur. Mox enim ut descenderis in piscinam divini baptismatis omnis confusio veteris hominis et tota sarcina multorum peccatorum sepelietur in aqua et in nichilum defluet. Theodas igitur instructus sermonibus exiit continuo et execrabile istud antrum penetravit et sue magice artis libros assumens velut totius actionis malicie et misteriorum demoniorum thesauros igne combussit. Deinde vero speluncam adiit sanctissimi illius viri ad quem Nachor venit et de se in veritate omnia pulverem super caput eius aspergens gemitusque gemitu emittens et abluens semetipsum lacrimis quod ordine [illegible] execrandas suas in se actiones. Ille vero cum ad salutandas male et de fraudulentis draconibus fana[illegible] bus edocendas artificiosas esset invitavit illum verbis salutaribus, promisit remissionem peccatorum, spondet fore iudicem. Deinde eum [illegible] et ieiuniis multis diebus pro hiis que delinquerat mandavit lacrimis et gemitibus deum pro illo exorans.

Cam. 89. Rex consilio Arachis regnum cum filio dividit

Hiis itaque peractis Rex igitur spe destitutus vehementer tristis erat et plurima commotione in animo ferebatur. Convocans autem in unum quotquot de consilio diligebat perquirebat ab eis quid de reliquo fa-

=ret filio. Multa autem consilia multis supponentibus Arachis ille supremus memoratus illustriorum ducum et primus consiliariorum existens ait: Quid oportebat rex filio tuo facere et non fecimus suadendo ei nostram sequi doctrinam et nostris famulari diis? Sed ut vides ad opposita utitur. Ita contrarius ei ut forte ex fato contentio ista atque divina. Igitur si tormentis eum tradere volueris et cruciatibus tu hostis eius nature et pater non vocaberis et illum amittes qui pro Christo mori cupiet. Restat igitur ad faciendum istud ut dividas ei regnum et in parte quam concesseris regnare committe. Et si gravibus negociis et curis secularibus fuerint eum ad mundi laborem sequendum convictum ex sententia diis nobis proveniet. Nam mores fortiter iam roborati facile delere non possunt. Et ex persuasione corporis spe visus fuit confirmandi. Si autem in secta permanserit christianorum, hoc proprium non amisisse filium et erit tibi magnum defectionis gaudium solacium. Hec dicenti dicente omnes laudaverunt sensu complexis consilium. Consensit itaque rex sic et ista deponi. Mane autem facto accersito rex filio ait ei: Iste ultimus mihi iam ad te sermo fili. Cui non ~~consensisti~~ nisi consensisti obaudieris et hoc saltem cor meum in omnibus non vis bene sanas paternam tibi. Illo autem sciscitante que essent ista, ubi quam inde cepit autem laborans inobedientem te ad omnia reperi ut acquiesceres sermonibus meis, veni iam regnum meum dividens in una parte te esse et regnare faciam. Ut itaque tibi animo libenti quecumque desideras pergere via. Cognoscens autem ille divina valent-ia et tibi adlapsum sine deliberationis proponere regem cum obedientie consensit ut ipsius manus evaderet et desideratam sibi viam ambularet. Conspiciens autem ait regi: Ego autem desiderabam dominum ihesum qui vere quem ostendit in via salutis. Ut cunctis abrenunciando terrenis cum ipso residuum vite mee expenderem. Sed quia pater me non permittis ut deserta pergam, in hoc obediam tibi. Nam in quibus non mediatur manifesta perditio et a deo alienatio bonum est patri obedire. Rex igitur maximo repletus gaudio dividit statim in duas partes universam sibi subiectam potentiam. Ordinat filium regem et civitatem quandam magnam et populosam constituit ei in caput regni et omnia tribuit que erant congruentia regi.

C. 30 Qualiter Josaphat se gessit in potestate regni et que fecit

Tunc autem Josaphat regimini potestate accepta cum venit ad civitatem in qua regnaturus erat, deinde passionis signum id est crucem Christi venerandam in magis orbis turri posuit. Templa vero ydolorum et delubra universa aggrediens destruxit et usque ad fundamentum diruit ipsaque fundamenta effodit nullis relictis reliquiis delinquentibus. In medio civitatis templum magnum et speciosum domino edificavit prout capit multitudini ut frequenter conveniat ad exhibendum deo cultum perfectum ... adorationem deceptorem ostendit ydolatrie et predicatorem confirmat evangelium dei ... deceptionem docet et mandata predicat adventum eius passionemque notificant crucis per quam salvati sumus resurrectionis vitae et ad celos ascensionis memoriam cum hymnis deminat diem celebrat illis advenientes semdi in portu fidelibus ho- et suscepit parvorum supplicia Et eo amplius detrahebat omnes ad sceptrum quo erat quidem opibus mirabilis mansuetus et modestus modestis constringens sic in brevi tempore cuncto subiecto sibi populo Cives scilicet et rustici diversis doctrinis maioribus ut abnegarent et quidem multorum deorum errorem et templa magna fidei Et eis diffusus doctrinis christo confirmarent Qui in montibus et speluncis propter timorem patris eius fuerant sacerdotes scilicet et monachi Et episcoporum pauci ecclesie de abditis suis cum gaudentes veniebant Ipse autem eos qui propter christum in talibus de[?]serant malis et tribulationibus obviam exeundo honorifice suscipiebant et in suum introducens palatium pedes lavans capita abluens et perunguens christianam autem confessionem preparat baptizari eos qui ad deum conversi fuerant iubet et baptizatur princeps primus et quotquot in dignitate erant deinde milites et [illegible] ligna verba et baptizati non tantum animarum receperunt salutem sed et quantacumque laboribus fuerant gravati corporalibus et febribus vexati omnia deponebant et omnes qui firmati et corpore roborati de divino fonte egrediebantur hinc et confluebant ad regem Josaphat videntes multitudines de templis eorum illis ac delubris in quibus consulti fuerant demones propter causam acutissima pellebantur et miseriam que eis supervenerunt in multorum audi-

-entia confitendo flebant Et liberata est tota regio illa et terra una se ductione eorum luceque fulgebit una claritas fidei christianorum Agitur rex beatissimus se omnibus prebebat exemplum et ad similem multos inflammabat intentionem Et credebat sciebat enim et ante omnia hoc regis opus esse ut omnes doceret deum timere et iustum secundum iustitiam sed in hoc autem maxime deum imitabatur quod nichil estimabat omnia quoniam hunc servabant ab eo carceres et qui in metallis erant exclusi Et qui a creditoribus erant suffocati et omnibus largiter ministrabat Pater erat orphanorum omnium et viduarum et egenorum tutor et illi qui erat pater eius subditi et ponens adherebant victum et eundem abnuentes vitam evangelizabant Et domus quippe Josaphat crescebat et confortabatur domus autem Avennir minuebat et infirmabatur C[apitulum]

Qualiter deus gloriosus patrem eius visitavit

Hectis rex Avennir considerans et vite absque sero in senium dies suos cognovit errorum in fine multorum deorum et vanam seductionem et tamen quemos ipsius ignorans in lucem prefert a se meditatur sibi ... consiliaribus visitaverat enim eos omnes ex alto salutaris Eandem ordine Josaphat filium suum visitat et ipsi hoc manifesta filio facere Scribit igitur scripti die epistolam Josaphat continentem hunc modum Rex Avennir dilectissimo filio Josaphat bene vale Cogitationes plurime fili karissime mea subintrantes animam conturbant Nam circa omnia dies deficientia quadmodum penitus deficit que videre te sunt christianorum super potestatem te ple- devit et sensi veram esse quam in veritate predicabant Multa quidem mala tibi ostendimus infelicitates heu christianorum nos paucos occidimus qui cooperante sibi inexpugnabili virtute roboratus adversus nequam demones dimicavit. Nec autem crassam illam nebulam de nostris auferens oculis lucem quidem veritatis modicam [illegible] prebuerat. Sed hanc lucem nubes alia male deceptionis repellens obnubilavit temptationum multitudine opponens meorum malorum. Et quia abhorrabit ego sum iam christo et ei suscipiendus ut apostata et hostis illius factus. Quid igitur ad ista dilectissime fili dicis. Spem michi [illegible] alicuius facto et quid me oportet facere tuum patrem doce et ad noticiam rei quod expedit me perduc. Hanc epistolam Josaphat suscipiens ea que in ea continentur legendo [illegible] sicuti gaudio sit et admiratione replebatur. Moxque ingressus in suum cubiculum ad dominicam ymaginem corruit et lacrimis terram irrigando ait. Gratias tibi ago domine [illegible] Deus misericors quoniam patienter sustinuisti et pacienter sustines excessus nostros et hactenus nos [illegible] dimisisti. Nos enim digni eramus olim proici a facie tua et exemplum fieri in seculo isto sicut pentapolim habitantes facientes fuerunt quos igne et sulfure combussisti. Sed immensa pietas tua misericordie effusa est super nos. Inde etiam regali officio ad domum patris sui [illegible] properabat.

Capitulum [illegible]
Qualiter filius eum instruxit et de sacro fonte suscepit

Tunc autem patri annuntiatur quod adventus filii egreditur confestim obviam illi. Et complexatus osculatur [illegible] fecit gaudium et celebrem festivitatem peregit in adventu eius. Quando plura post hec pariter in singularitate consederent et que dicerent quid disserit pater filius. Et cum [illegible] prima sit que alia nisi que a spiritu sancto fuerant administrata per que piscati sunt christo piscatores totum mundum et illiterati sapientibus sapientiores ostensi sunt. Multa quidem ei de deo locutus est et fidei pietatem ostendit deinde inestimabilem benignitatem dei enarrat qualiter et quomodo paratus sit semper ad suscipiendum penitentiam ad se venientium et quam non est terminus clementie eius pietatis. Insuper Si tamen voluimus [illegible] ago. Ex multis hoc exemplis et scripturarum confirmans testimoniis sermonem finem posuit. Compunctus itaque rex in hac deo docta sapientia voce magna et flagrantissimo animo salvatorem christum confitetur ab omni demonum errore discedens signumque vivifice crucis adorans sub aspectu omnium et auctorum media voce predicat verum deum nostrum ihesum christum et [illegible] confitetur impietate et [illegible] christianos [illegible] et homicidia [illegible]. Magna porcio ad pietatem efficitur ut in eo quod dictum est a paulo completum esse videtur. Ubi habundavit iniquitas ibi habundavit et gratia. Multa quoque sapientissimus Josaphat rex qui aderat magistris [illegible] suis et omni populo de deo et de pietate eius fidei [illegible] et quasi ignea lingua nomen [illegible] caritate Sancti spiritus gratia suscipiens omnes excitat ad glorificationem dei quod ex una voce omnibus clamantibus. Magnus deus christianorum. Non alius deus preter dominum nostrum ihesum christum cum patre et spiritu sancto glorificandus. Zelo itaque divino succensus rex in mente qui surgit fortiter adversus ydola que erant in palacio suo ex auro et argento facta et in pavimentum ea proicit. Deinde per minuta dividens et egenis distribuit efficiens sibi de inutilibus faciens postea cum filio ydolorum templa et delubra omnia prostravit ipsi ad ipsa subruerunt fundamenta. Ecclesias autem deo oratoria in locis ipsorum edificavit non solum in civitate sed etiam in regione omni studio eadem perficiunt. Maligni vero spiritus qui habitabant in delubris eiulantes pellebantur et inexpugnabile esse dei nostri virtutem frendentes confitebantur. Omnes autem in circuitu regionis et innumerarum gentium multitudines ad piam fidem christi concurrebant. Tunc episcopo veniente cathezizat rex Avennir et divino perfruitur baptismate in nomine patris et filii et spiritus sancti. Josaphat eum de divino fonte suscepit et carnalis genitoris spiritualis regenerationis auctor effectus est. Cum quo et tota civitas et in circuitu regio universa divinum meruit baptisma accipere et filii lucis effecti sunt qui prius erant tenebrarum. Fugata autem languor et omnis demonum calamitas procul a credentibus pulsa est, confestim autem et sani omnes animabus et corporibus erant. Et aliqua alia miracula ad confirmationem fidei facta sunt. Ecclesie reedificabantur et christiani qui absconditi erant propter timorem exibant et suas accipiebant ecclesias et alii de sacerdotibus et monachis ordinabantur ad pascendum gregem christi. C. iz

Qualiter et ipse pater in conversione se gessit et de morte eius.

Rex quidem Avennir sic deinde post illam felicem conversionem et penitentiam agebat de his que fecerat. Totum quidem regalem principatum filio tradidit, ipse autem apud semetipsum solitariam vitam deducens, pulverem semper capiti aspergens, suspiria et gemitus emittebat, lacrimis semetipsum abluendo, solus soli ubique puro vix colloquebatur, indulgentiam ab eo suarum postulans culparum. In tantam vero compunctionis et humilitatis abyssum semetipsum deposuit ut non auderet dei nomen suis nominare labiis. Et vere hic filii exhortatione confirmatus sic per bona imitatione similatus ad virtutum processit viam ut supergrederetur pietatem post [illegible] usque terminum. Per iiii vero annos ita vivens in penitentia et omni virtute in egritudinem decidit de qua et mortuus est. Cum autem et finis eius appropinquavit cepit timere et terreri in memoriam reducens mala que fecerat. Josaphat autem verbis consolatoriis alleviabat tristitiam et formidinem que sibi contigerat dicens: Noli pater timere, non penitet eum peccata penitentium se ad deum inestimabilem eius bonitatem; ipsa quippe sub mensura sunt et numero quantitatis sunt, illa vero immensa est et innumerabilis. Non enim potest quod subiacet mensure immensum superare. Talibus verbis consolationis in vitas quibus animam bone fidei efficit. Deinde extendens pater manus gratias agens bona retribuit illi et diem benedicebat in qua natus fuit ipse dicens: Fili dilectissime, fili non meus sed celestis patris, que retribuam tibi gratiam? qualibus benedicam te benedictionibus? quam tibi gratiarum actionem deo offeram pro te? Perditus enim eram et inventus sum per te. Et per lacrimas et frequenter deosculans filium. Deinde oravit dicens: In manus tuas ~~commendo~~ domine commendo spiritum meum benignissime deus. Et ita in penitentia animam deo reddidit. Tunc filius eius Josaphat lacrimis honorans patrem mortuum et exequias dignas illi exhibens posuit corpus eius in monumento inter viros sanctos, non tamen cooperuit vestimento regali sed penitentie texit cilicio. Stans autem super monumentum manibus in celum elevatis et flumina lacrimarum ex oculis deducens oravit ad deum. vii diebus nullo a monumento [illegible] immemor ubi

Et post octaua autem die ad pala-
tium reuersus cunctis diuiciis indige-
ntibus distribuit quatinus per angustam
huius portam non impeditus possit
permeare.

C xl De substitutione Barachie in regno et fuga Josaphat

Quadraginta dies obitus pa-
tris memoriam ei perficiens
Conuocauit omnes principes et militari
precinctos ~~[illegible]~~ baltheo et urbani plurimi popu-
los conuocatos sedensque pro tribunali
Dixit in presentia omnium Ecce sicut vi-
detis Rex Auenir pater meus sicut
vnus de pauperibus mortuus est et abiit
Nichil illi nisi modica ratione reddi-
tur gubernationis prius vite nullum
de omnibus [illegible] secum [illegible]
nisi tamen que egit opera qualiacumque sunt
conscriptum et omnibus humana fortu-
natum contingere constat nec aliter
Nunc ergo audite me omnes et fra-
tres qui nostri in vos conuersationem
mea quemadmodum exemplo christum confes-
sus et seruus eius esse merui omnia
tenens odio christum concupiui soli Deo
non erat desiderabile ut a strepitu
quiete et a vana conuersatione subtra-
hendo me / solus soli vacarem Deo /
in silencio et in quiete seruire do-
mino meo Deo / Sed impediuit me
patris mei obstinatio / et mandatum /
honorandi parentis contendentem /
Verumtamen Dei gratia et cooperatione
non frustra laboraui nec in vanum
tales dies expendi. Nam ipsum
reconciliaui et vos homines huic
[illegible] Deum et dominum omnium do-
mini tui. Non autem ergo hoc fieri sed gratia
Dei mecum. Tempus est ergo eundi quo
deducet me ipse et reddi uota
mea que voui ei. Nunc ergo vos con-
fidenter quemcumque velitis preesse vo-
bis et regnare / tamen enim perfecti es-
tis in voluntate domini et nichil
vos latet preceptorum eius. Hec ut
audiuit populus ille et viderunt co-
gitatos, tumultus factus est et planctus
et post confusio maxima fit. Flentibus
omnibus et lamentantibus sua desolatione
Talia lamentationes cum lamentatio-
nibus et sacramentis obtestabantur
se non eius dimissiones [illegible]
Et comprehensiones et discedere pe-
regrinationis gressibus [illegible] ipso
et principibus omnibus. Rex vero ba-
[illegible] volens silentio aspectu
eorum se obedire promisit obstina-
tionem. Constitutos cum et ipsum sig-
num vultu sereno domum dimisit.
Ipse autem vnum de quibus dixi fuit
et carius pre ceteris et qui fidei puri-
tate et prudentia vite admira-
bilis Barachias nomine et supe-
rius sermone indicauimus singulariter
assumens secrecius alloquebatur et
rogantes flagitabat ut regnum
susciperet et cum amore Dei guber-
naret quatenus ipse desidera-
tum viam peragat. At ille negare
cepit et respondens omnino et di-
cere. O rex quam iniustum est iudicium
tuum quod pro nostro amandatum nobis
sermo Si enim proximum tuum diligeres
sicut et teipsum ut dixisti. Qua ratio-
ne quod ipse deponere festinas impo-
nere mihi. Nam si bonum est reg-
nare ipse retine. Si bonum est tunc fac
illud nec scandalum atque offen-
diculum mihi imponas illud et vis
me supplantare. Postquam autem talia
dicentem et assentientem vidit a
colloquio cessauit et clam tempes-
ta nocte epistolam quidem scripsit
ad populum et omnem pietatem contu-
nantem quas deuout in domino
conseruari et quale vita ei esse
qualesque reponebat que conuersati-
ones. Deum non alium quam barachiam
preciperet in regalem principatum eis

assumens et in suo cubiculo cartam in
qua epistola scripta erat dimittens clam
omnibus de palatio egreditur.

De reditu eius et confirmatione Barachie in regno C VI

Sed penitus latere non valuit
una siquidem ~~dicte~~ diluculo hoc auditum
est et turbationem repentinam et luctum
populo exhibuit. Tanta celeritate mul-
ti ad inquisitionem eius egrediuntur pro-
pter fugam eius nimio satagentes ve-
rum in vanum cessit eorum studium. Nam
cum omnes occupaverunt vias un-
dique montes circumdederunt et in-
vias tenuerunt valles et torren-
te quodam hunc invenerunt manus
